BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
17 A
27

13.7.e.9

VI B 10

TRACTATVS DE NVLLITATIBVS PROCESSVVM AC SENTENTIARVM, CAVSARVM

Patronis, cæteriſque Legum ſtudioſis, & in foro præſertim Romano uerſantibus non minus utilis q̃ neceſſarius, inter alia oſtendens quot,& quibus modis proceſſus,ac ſententiæ per modum nullitatis impugnari, & impugnatæ ab eiſdem nullitatibus defendi ſeu reparari posſint. à D.

SEBASTIANO VANTIO ARIMINENSI.

pulchro & eleganti ordine etiam cum ſuo Indice Alphabetico Compoſitus.



HIC LIBER EST
CONVENTUS ... MARIAE
FF. EREM. EXCAL.
S. AUG.

VENETIIS *Franciſ. Bindonus, excudebat.*
M D L V.

ILLVSTR. AC REVER.

FVLVIO CORNEO EPISCOP. PERVS.

SEBASTIANVS VANTIVS.

S.

CVM *ſuperioribus diebus (patrone amplisſime) inter cætera, quæ domeſticè, plerunque habere ſoles, ſuauisſima illa tua colloquia, de ciuilium cauſarum patrocinijs ſermo obtigiſſet, illos iamdiu non modice tibi ſtomachum mouiſſe affirmabas, qui pro litibus inuoluendis (ueritate poſtpoſita) nil aliud quam (ut ipſi uocant) nullitates promouent, illas omni*

ſtudio perquirunt, & totis eorum ulnis amplexantur, ac ueluti retia pro iudicibus & litigatoribus illaqueandis tendunt, & paſſim illorum pedibus anneſtere procurant: quos litium fautores tanquam ueritatis & publicæ quietis hoſtes, & inimicos abhorrebas, ac omni proborum uirorum conſortio indignos arbitrabaris. Et cum tibi (modeſte tamen & ratiocinandi cauſa) reſponſum fuiſſet nullitates (ſi modo non per calumniam proponerentur) non ita à iudiciorum limine protinus expellendas, fugandaſque: cum per eaſdem earumque remedium leges ſacratiſſimæ, & publica iura tueantur, reprimantur temerarij, & non uocati, non auditi, non defenſati uocentur, audiantur, & defenſentur: tutaq; propterea remaneat

inter improbos innocentia. Idcirco ſi eſt iuris remedium, legum tutamen, pœna temerariorum auxilium commune, & defenſio oppreſſorum, quod ob cauſam publicam introductum, & in commune utile ſit, dici conueniet, neq; odio habendæ ſunt. Cumque (inter loquendum) quid eſſet nullitas ipſa, undeque originem traxerit, ac de eius multiplici ſpecie: & quis litigatorum coram quo iudice, qualiter, quoties, & intra quod tempus eandem in iudicio proponere, qualiterq; ſententiæ quæ nullitatum uitio ſuppoſitæ dicuntur, defendi ac reparari poſſent, aliquantiſper fuiſſet diſputatum: tu cui ſermones huiuſmodi non uidebantur omnino iniucundi, poſtquam premiſſa audiuiſti, ac pro ſolerti & acerrimo iudicio tuo, rerumq;

 agen-

agendarum experientia multoties ſubtiliter & accurate reſpondiſti: poſtremo in me conuerſus, qui nullitates aliquantulum defenſaueram, quod ſi pro litium immortalitate diſpendijſqúe & laboribus euitandis ſubleuandisq́ quiſpiam ſeriatim & compendioſe quid hæc eſſet nullitas hodie uſqueadeo decantata, undeque proueniret, & qualiter illi obuiam iri poſſet, & reliqua eandem concernentia, ex antiquorum iuriſprudentum ſententia perſtringeret: ut res præ manibus & quaſi ad oculum, & in aperto magis eſſet, utique poſteritati non modice profuturum opinabaris. Cumque me ad in munus obeundum ſæpius adhortatus fuiſſes, inflammaſſesq́; ſæpiusq́; ueluti opus egregium futurum, quamuis laborioſum, laudaſſem:

affir

affirmaſſemq́; illud idem aliquando co-gitaſſe, ſed ad tale munus prouinciamq́; capeſſendam ex pluribus inhabilem, & impotentem me exiſtere reſpondiſsem: Tu iterum atque iterum, quaſi quòd me de illis ex propoſito loquentem audi-uiſſes, ad illud idem peragendum magis atque magis impellere non deſtitiſti, & poſtremo loco iuſsiſti. Quibus tandem iuſsionibus cum ulterius reſiſtere nec uellem, nec poſſem, ignorantiæ potius quàm inobedientiæ & ingratitudinis uitio culpari uolui. Abs te igitur pri-mo omniq́; poſteritate (ſi unquam tales uigilias ad poſteros uenire contigerit) de erroribus meis, ac imperfectione ue-nia impetrata, cum niſi abs te coactus & iuſſus talia auſus fuiſſem hiſce pro-ximis diebus, quibus dum per Fe. Re.

Paul. III. Pont. Max. obitum, alienis negotijs uacuus domi conſiſterem, tuarum iuſſionum memor, priuato quodam ſtudio mihijpſi (quia pro alijs dignum non putarem) opuſculum hoc perfeci, tibiq́ue qualecunque ſit, quaſi illius præcipuo authori, & cauſæ impellenti, æternitatiq́ue nominis tui tranſmitto, conſecro, & uoueo, ac à te ſolo quòd poſteritas, ſi quid forte boni dictum fuerit, uel ex eo commodum aliquod ſenſerit, acceptum ferat rogō atque obteſtor. Te autem (patrone humaniſſime) ne cum primum ad has ineptias noſtras oculos ſeu manus appoſueris ſtatim, irrideas, quæſo: de quo ſi benignitatem tuam, & quod tu mandaſti non agnouiſſem, non modice uererer, cum non me lateat aures tuas purgatiſſimas his non

parum

parum offenſum iri, utpote quæ eloquentiſsimorum uirorum lectioni, ac uerborum elegantiæ & candori aſſuetæ ſint, quodq́; tu ab ineunte ætate grauiſsimorum uirorum ſententias audire, legere, & amplecti ſolitus fueris, præſertim illius celeberrimi legum interpretis, & conſultoris præcipui PHILIPPI CORNEI *progenitoris tui, cuius ac uniuerſæ domus, & familiæ tuæ ſplendor, & gloria ubique gentium inno'eſcit. Vel potius (& hoc magis ſuſpicandi cauſam præbuit) quòd in anunculi tui ſacratiſsimorum Canonum & Legum defenſoris parentis, & patroni, necnon eloquentiæ fontis uberrimi conſortio educatus fueris: qui nuper ſummæ ipſius erga omnes pietatis admirabilisq́; rerum gerendarum*

 expe-

experientiæ, doctrinæ incomparabilis, ac prudentiæ & ſanctiſsimorum uitæ ac morum intuitu, ad ſummi tandem apoſtolatus apicem diuino quodam numine, ac pari omnium Chriſti fidelium conſenſu uocari: & aſſumi promeruit. Hic eſt IVL. III. Pontif. Maxi. idemq́; optimus princeps ſub cuius ſalutari umbra, ac felici regimine quiete uiuimus, & Chriſtiani nominis ſalus, decus, religio conquieſcunt. Quem ut tibi diutius nobisq́; ac uniuerſo terrarum orbi incolumem ſeruet, Deum Opti. Max. ſuppliciter exoramus. Vale, & has noſtras primitias, meq́; ipſum ea qua ſoles humanitate, complectere. DATVM Romæ anno Iubilei milleſimo quingenteſimo quinquageſimo.

Vantij, ad Lectorem præfatio.

POSTQVAM *eo decurſum eſt, ut noſtris hiſce temporibus uniuerſa pene orbis et urbis tribunalia, illorumq́; ſubſellia nullitates undique reſonēt: uixq́; aliud quàm nullitatum cognitio in foro audiri poßit, innumeræq́; ſuper his quotidie dubietates oriuntur: in infinitumq́; protrahuntur iurgia, & ſententiarum effectus impediuntur, adeo quòd plerunque litigatores poſtpoſita rei, de qua agebatur cognitione, quaſi inextricabili quodam proceſſuum labyrintho inuoluti, confuſioneq́; ac metu perterriti, litem ipſam et ſententias maximis impendio & laboribus quæſitas, ac iura propria taliter adumbrata deſerere coguntur. Qua de re (ſi aliunde non eſt ſuccurſum) ut ſimili morbo aliqua adhiberetur medela, non modicæ utilitatis futurum arbitrabar, ſi quiſpiã materiam hanc nullitatum, per uaria legum uolumina diſperſam, in unum quaſi corpus perſtringeret, aliquoq́; breui et facili compendio, quid ſuper unaquaque nullitate, ex his potißime quæ frequentius accidunt, ex antiquorum iuriſprudentum ſententia tenendum foret, ſummatim nobis oſtenderet: quo fieret, ut & cauſarum promotores, defectus ac nullitates facilius cognoſcẽdo, ab illis præcauerẽt, pulſati uerò & fugientes per calumniã illarum prætextu non diutius fugerent. Ius autem dicentes quid ſuper illis coram ſe propoſitis ſtatuendum eſſet, modico labore & celeri ſtudio cognoſcerent. Cum igitur hoc inter meipſum aliquando cogitaſſem, prouinciamq́; huiuſmodi pro quadam*

dam animi mei ſatisfactione, & priuato ſtudio his paucis horis quibus datur occaſio, aggredi uellem in limine ipſo uaſtitate, & confuſione negotij, ingenijq́; & doctrine mo dicitate, ac temporis inopia perterritus, opus omnino de-ſperans retroceßi. Dumq́; *diebus proximè elapſis eccleſia* Romana *per obitum fe. me.* Pauli *iij. paſtore carente, à cæteris negotijs non diſtractus, me* Romæ *quaſi otioſum do-mi continerem: hoc iterum in mentem uenit. Cumq́; ad id maximopere etiam unius patroni mei ſuaſionibus impelle rer, iterumq́; de meipſo non confidens, humiliter diuinum numē inuocaſſem, per quod res ſæpius deſperatæ ad finem perducuntur optatum, ita dubius & hæſitans, quaſi per ſomnium audire uiſus ſum.* Intellectum *tibi dabo, & inſtruam te in uia hac qua gradieris.* Perge, et ego ero in ore *tuo, doceboq́; quid loquaris: ſtatimq́; ſub ſpe ſancti numi-nis aſſumpte calamo, has quaſi ſymplegadas, & chaos con fuſum ingreſſus, triginta dierum curſu, citra, indefeſſo & currenti calamo opuſculum hoc qualecunque ſit peregi, in quo ſi quid boni forte repertum fuerit, id totum diuinæ ſa pientiæ, à qua uenit omne bonum. Si quid uerò (quod ma-gis uereor) perperam & male dictum offendes, imbecilli tati & imperfectioni meæ adſcribas, & pie corrigas ue-lim, & rogo.* Et *quoniam non me latet, quòd is qui ſcribit, multos (inquit* Hieronymus*) ſumit iudices, dum facile al ter in alterius ingenium inuehitur: & quòd is ſolus mali gnantium linguas euitat, qui nihil ſcribit: propterea ſciò non defuturos, qui has noſtras locubrationes carpent, quaſi imperfectum & defectuoſum opus: eo quòd multa materiam ſubiectam concernentia prætericrim: quos ro-gatos uelim ut naturam eiuſdem ſubiecti, quod nullis penè*

finibus

finibus clauditur, conſiderent, ſciantq; minus intentionis noſtræ fuiſſe (cum & ſi uoluiſſem non potuiſſem) omnes & ſingulos nullitatum articulos & quæſtiones quæ tot ſunt, quot negotia eſſe poſſunt, ob caſuum uarietatem, & multiplicitatem ſigillatim recenſere. Sed inſtituti noſtri fuit aliqua uſu magis quotidiana, et in iudicijs frequentiora ordine aliquo ſeruato (ut facilius quærenti obuiam eſſent) ſummatim et quaſi per indicem oſtendere, ac legentibus ſuper his inueſtigandæ uberius ueritatis et altius ſcribendi iter & aditum præbere. Illos uero qui non ſenſum, ſed uana nominum uocabula amplecti deſiderāt, ſi eaſdem uigilias noſtras quaſi obſoletis uocibus refertas, et parum diſertas irridebunt, cogitent, rogo, naturam eiuſdem ſubiectæ materiæ omnis pœnitus facundiæ incapacem, impoßibileq́; fore, ob crebras, quas citare neceſſe fuit, authoritates, ac cum his quos ſequor authoribus, non balbutire. Inſuperq́; legum profeſſoribus parum conuenire, quod in ſermonum folijs glorientur, cum longe ſatius fuerit bonas horas in rerum quàm uerborum cognitione cōſumere. Alijs uerò aliter mordētibus ſatis ſit illud eiuſdem Hieronymi, dum inquit, Sæpe rodentes in publico detrahunt, quod in angulis libenter legunt. Sed de his hactenus, ne longior ſit prologus quàm fabula: Curandum eſt ſemper placeas, doctiſq́;, boniſq́;: Summa quidem laus eſt diſplicuiſſe malis. Ordinem igitur præſentis tractatus, & in quo loco defectus ſeu nullitates contingentes reperire poßis, legendo ſequentes titulos & rubricas, quibus totus diſtinguitur tractatus, per teipſum facile cognoſces. Vale ergo (benigne Lector) & lege ſi pius es, ac boni conſule.

RVBRI-

PRAESENTIS TRACTATVS.

1 Quid ſit nullitas, unde dicatur, ac originem traxerit: & nunquid ſit odioſa, uel fauorabilis. pagina. 3

2 De modo & ordine uidendi proceſſus, et cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ. 15

3 Coram quo poßit & debeat nullitas proponi: & quis dicatur iudex competens in cauſa nullitatis. 26

4 Quis poßit dicere de nullitate. 39

5 An quælibet ſentẽtia, et a quocũq; ẽt maximo magiſtratu prolata per remediũ nullitatis impugnari poßit. 60

6 Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi, ac ſuper ea libellus et ſentẽtia cõcipi, & formari poßit. 74

7 A quo, et qbus modis poßit et debeat nullitas probari. 100

8 Quoties, & intra quod tempus de nullitate agi poßit: & nũquid ipſa aliquos iuris effectus pariat, et quos. 112

9 De nullitate ex defectu iuriſdictionis: & unde, ac quibus modis proueniat tam in iudice ordinario quàm delegato. 140

10 De nullitate ex defectu iuriſdictionis delegatæ. 218

11 De nullitate ex defectu inhabitabilis, ſeu mandati comparentium: & unde, ac quibus modis regulariter proueniat. 260

12 De nullitate ex defectu citationis: & unde, ac quibus modis regulariter proueniat. 332

13 De nullitate ex defectu proceſſus, ac ſolennitatis & formæ ipſius ſententiæ. 391

14 Qualiter, & quibus modis ſententiæ & proceſſus qui dicuntur nulli defendi, ſeu reparari poßint. 457

MATTHAEI DE MELLO
Cruſeyenſis ad Authorem.

Intactum noſtris prius, excultiſsime Vanti,
Temporibus lætor te reperiſſe modum:
Quo licet arma foro tribu.ıs, tamen inde medelam,
Et miſeræ partes quo tueantur, habent.
Virgilium carmen, laudet facundia Marcum,
Oblectant (fateor) nos tua ſcripta iuuant.
Hinc tibi gaudebis partum indelebile nomen.
Cætera cum pereant, fama perennis erit.

LAVRENTIVS PARISIOLVS
Peruſinus ad Legum ſtudioſos.

Candida cum primum Saturni ceſſerat ætas,
Deſeruit terras πάντα τε κοινὰ φίλων.
Illiusq́; locum ſubiere meumq́;, tuumq́;:
Atque aliena ſibi uisq́;, dolusq́; tulit.
Hinc tetri iuris nulli extricabillis error,
Inſaniq́; fori longa ſenecta moræ.
Vndique laudandus quare modo Vantius hauſit
Quicquid in immenſo corpore iuris erat:
Iudicijq́; omnis quæ ſit natura, quis ordo
Edocet, ut cauſas littera nulla premat.
Sic fuerit doctis nullius cauſa laboris
Hic liber, indoctis maximus artis honos.
Huc igitur facilis legum ſtudioſa iuuentus.
Currite: pro cunctis hic ſatis unus erit.

VTILIS ET FREQVENS TRACTATVS D. SEBASTIANI VANTII ARIMINENSIS.

Super quotidiana materia Nullitatis proceſſuum, ac ſententiarum quibuſuis litigatoribus, cauſarum patronis, & iudicibus maximè neceſſarius.

IN RVBR. SEV TITVL.

Quid ſit Nullitas, unde dicatur, &c.

SVMMARIA.

1 *Nullitas quid ſit, & eius definitio, ſeu deſcriptio.*

2 *Nullitatibus pro declarandis, ſeu reuocandis quando in iudicio factæ ſunt, competit iudicis officium nobile.*

3 *Officium iudicis nullam præſupponit obligationem.*

4 *Officium iudicis quod pro declarandis nullitatibus competit, denegari non debet.*

5 *Iudex abſque cauſa omittens cognoſcere nullitates propoſitas tanquam negligens in adminiſtrando iuſtitiam in ſyndicatu tenetur.*

6 *Nullitates extra iudiciales aliquando actione de dolo, aliquando actione ex eodem contractu reuocantur.*

7 *Nullitas dicitur auxilium commune, & uera defenſio.*

8 *Appellatio dicitur auxilium commune, & qualiter definiatur ſecundum communem opinionem.*

9 *Nullitas quomodo differat ab appellatione.*

10 *Nullitatis remedium competit pro irritando, & irritum ac nullum declarando.*

11 *Nullitas unde dicatur, & quid ſignificet.*

12 Nullitatis uocabulum apud antiquos legum conditores, & iureconſultos non fuit in uſu, ſed ipſi alijs uocabulis utebantur.

13 Legum profeſſores artem boni, & æqui, & illius notitiã, non autem uerborum profitentur: ideo ueriores potius, quàm diſertiores illorum ſermones deſiderãtur.

14 Nullitas, ſimul cum ipſa lege orta eſt, quia ex tranſgreſſione legis naſcitur.

15 Nullitas dicitur pœna.

16 Nullitatis remedium fuit admodum neceſſarium, & utile, & quid prætendat.

17 Factum de facto debet tolli de facto, & in hoc iudex facilis eſſe debet.

18 Nullitatis remedium eſt fauorabile, quia in commune utile eſt, maximè quando concernit defenſionem, ut nume. xxix.

19 Temerarij ſunt reprimendi.

20 Nulla eſt maior iniuſtitia, quàm nullitas.

21 Iudex fingens ſententiam nullam eſſe aliquam ſimilitudine iudicij puniri debet.

22 Nullitas ex actis inſurgens dicitur notoria, & omnino re uocanda eſt.

23 Nullitas ſæpe in iudicio proponitur, ut lis in longum trahatur: ideo ſi de ea non conſtabit, exceptio reputabitur calumnioſa, & parum fauorabilis, & num. xxx.

24 Validitati actus in dubio fauendum eſt, & pro ea præſumendum.

25 Habilitas perſonarum præſumitur ad hoc, ut ſuſtineatur actus.

26 Præ-

26 *Præſumitur ex duobus factis illud præcedere, quod facit actum ualere, uide aliqua exempla.*

27 *Relatio ad aliud, ut actus ſuſtineatur fieri poteſt, non ut deſtruatur.*

28 *Nullitatis materia ex quo cenſetur pœnalis, non eſt ampliãda.*

31 *Iudex an, & quando debeat nullitates admittere, ex actis maturè deliberabit, & in dubio expeditioni cauſæ fauere debet, procedendo tamen prout hic.*

Quid ſit Nullitas, unde dicatur, ac originem traxerit, & nunquid ſit odioſa, uel fauorabilis.

QVONIAM (ut inquit Cicero) Omnis quæ à ratione ſuſcipiunt inſtitutio, à diffinitione proficiſci debet, ut intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur: Propterea, cum in præſenti tractatu de nullitatibus agere propoſuerimus, quid ſit ipſa nullitas, de qua acturi ſumus, hic ante omnia, quærere, & diffinire oportet. Et quia omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt, ex quo per eam ſubſtantia, et quidditas rei per ſua propria eſſentialia poni debet, ideo nullitatem deſcribendo potius, quàm diffiniendo, omisſis pluribus quæ diſputationis cauſa dici poſſent, et capiendo eam prout quid in concreto, poteſt dici quòd ſit uitium, ſeu defectus rei geſtæ, ob legis transgresſionem proueniens, ut de ſe ſatis patet. Sed ſi conſiderabimus nullitatem ipſam, prout quid in abſtracto, ac facultate agendi, iuriſque remedio, et legali ſubiecto ita deſcribi poſſe

1 uidetur. Quòd eſt ius, et commune auxilium, ad irritandum ſeu irritum nuntiandum actum de quo quæritur, competens.

Et quamuis hanc deſcriptionem ab aliquibus noſtris antiquis, uel modernis doctoribus tactam, non repererim. Nihilominus quòd nullitas hoc modo ſumpta, ſit ius, ad inſtar appellationis, poſſesſionis, uſusfructus, ſeruitutum, & reliquorum, quæ in iure conſiſtunt, quæ tanquam iura, ab eiſdem antiquis patribus diffinita ſunt, non uidetur incongruum.

2 Quale autem ius ſit, uidelicet nunquid actio, exceptio, ſiue iudicis officium, breuiter, ſi agetur de nullitatibus in iudicio factis, pro illis declarandis, ſeu reuocandis officium iudicis nobile, competet, vt voluit Innoc. in cap. fin. circa finem. & ibi Ioan. And. & cæteri ſequuntur extra de offic. iudi. & idem Innoc. in c. ſępe. col. iii. de appel. & Spec. de offic. om. iud. §. iudicis officium, verſi. item cum petitur ſententiam. ii. col. & Bal. in addit. ad eundem ſub tit. de ſenten. verſi. an poſsit declarari, col. vii. Idem voluit Bart. in. l. 1. verſi. Quæro ergo quo iure. colum. iiii. C. quād. prouoc. non eſt neceſ. & in. l. ſi expreſsim. verſi. quæro ergo quo iure. col. vi. de appel. & Franc. in cap. dilecto. q. iiii. extra eo. titu. & Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocātur. q. xii. ff. de pact. Anchar. & Imol. in cle. i. in. iii notab. de re iud. & Alex. cōſi. ccxxv. Ponderatis. verſi. pro hoc etiam facit. col. v. volu. vi.

3 Licetque iudicis officium nullam prȩſupponat obligationem, vt in. l. qui per colluſionem. §. fi. ff. de actio. empti. & l. Quintus Mutius. ff. de ann. lega. adeò quòd declarare, vel non declarare nullitatem, in arbitrio ipſius iudicis reſidere videatur, tamen
4 ex quo officium iſtud. quod imploratur, ex iure partibus competenti inſurgit, & tanquam auxilium legale, & proprium ipſorum litigatorum in iudicio actionis loco proponitur, quòd iudex illud impartiatur, & illi deſeruiat neceſſe eſt, ut declarat idem Spec. de offic. om. iud. §. poteſt. uerſi. ſed quæ uis eſt alleg. l. iiii. C. de poſtul. & l. metum. §. ex hoc. ff. quod met. cau. & ponit Inno. in d. c. fin. in prin. extra de offi. iud.

5 Et ſi iudex denegaret, id eſt quod iudicium nullitatis coram ſe propoſitum cognoſcere, abſque legitima cauſa recuſaret, faceret iniuriam proponenti, iuxta ea quæ ponit Bar. in l. i. §. permittitur. ff. de aqu. quoti. & æſti. ac eſſet locus appellationi, per text. & ibi not. in. l. 1. C. ſi ſæp. in integr. reſt. fu. poſt. cum aliis poſitis per do. Feli. in. c. exceptionem. col. ii. de excep. & ipſe tanquam negligens in adminiſtrādo iuſtitiam ad partis damna, & intereſſe in ſyndicatu teneretur, iuxta ea quæ uoluit Bart.

Bal.

Bal. & alij in.l.ſi mancipia.C. de furt. & idem Bart. in.l.iiii.§.in eum.ff.de dam.infec & in.l.i.C.quomodo,& quando. & in.l.nõ quicquid.§.i.ff.de iud.&.l.ſi.ff. de extraor. cogni.& Ang.per illum tex.in authen.ut iud.ſi.quo. ſuffra.§. uolumus, cum ſimil. de quibus per Alex. conſi.xi.circa princ.libro primo.

6 Si autem ageretur de nullitate actus extra iudicialis, ueluti contractus ſi nullitas dolo contrahentium prætenderetur, tunc propoſita de dolo actione agi deberet. l. eleganter in princ.ff.de dolo.l. ſi dolo. & ibi per gl.C.de rei uend.& ponit Alex. conſi. cxxii. quoniam.i.col.lib.vi.

Si nullitas ex contractu,& partiũ conuentione proueniret,actione ex eodem contractu deſcendente, agendum foret. l. exempto.§. is qui uiam.ff.de actio. emp.l. ſed Celſus.§. ſi fundus annua.ff.de contra.empt.& docet utrunque Bart.in.l.quæ ſub conditione.§.de hoc iure.ff.de condi.inſtit.& in.l.i.C.de Theſau. & ſequ.Anch. in.d.cle.i col.iii.de re iud.

Nullitas igitur eſt ius, quandoque iudicis officium, & quandoque actionem ſeu exceptionem tribuens.

7 Quòd autem remedium iſtud ſit, etiam commune auxiliũ patet ex ſe, & probat tex. in.l. in cauſæ. in prin. ff. de mino. & non ſolum auxilium, quinimo nullitas, & remedium hoc uocatur, & eſt mera defenſio, ut uoluit Ioan. And.in nouel.in.c.i. de reſcript. in.vi.quem ſequutus eſt Bal.in.c.i.§. iudices. col.iii. uerſi. quædam ſententiæ.de pace iuramen. firman. & in. l. ſcire oportet.§.ſi.ff.de excu.tut.& in.l.i.col.ii. C.de iur.& fact. igno. & Fel.in.c.ex parte.col.penul. in princ.extra de offic. de leg. & Franc.in.c.dilecto. q.xlii.col.iii.de appel. & Bal. in.l.ſi quidem in.iii. not.C.de excep. & in.l. peremptorias. col.vi.uerſi.quæro quid ſi ſtatim.&c.C. ſentent.reſcin.non poſ. dum uoluit elapſo termino ad excipiendum,opponi poſſe nullitatem, ex quo eſt defenſio, ut ibi per eum, & ſequitur Paris in trac. de ſynd. in.§. an ſi ſententia eſt lata.uerſi.nam quidam cum ſimil.

8 Et quoniam appellatio dicitur etiam commune auxilium, ut eſt tex. in.l.iii.§. falſus.ff.rem rat.hab. & l.i. et. ii. C. quand.

9 prouo.non eſt nec.Idcirco loco differentiæ poſita ſunt ſupraſcripta uerba (ad irritandum ſeu irritum nuntiandum actum de quo quæritur.)Hæc enim eſt propria qualitas, et effectus ipſius nullitatis, per quem iſtud ius, et remedium ab alijs differt,appellatio nanque non principaliter ad irritandum, ſed ad iniquitatẽ,

& imperitiam iudicis corrigendam, ac pronunciatum ſuſpendendum, ſeu(attento præſenti ſtatu) extinguendum, competit, ut.l.i.in prin.ff.de appell.iunct.l.i.§.fi.ff.ad turpil.l.cum apud.ff. iudi.ſol.l.furti.in prin.ff.de his qui not.infa. Sic eam diffiniunt communiter ſcriben.ut aſſerit Feli.in rub.de app.& Alex. cõſi. clxxxviii. uiſo.col.iiii.in fi.lib.ii.Et quoniam incidit ſermo de Alexandro,& Felino,non mireris(lector) ſi ſæpius in præſenti opuſculo ipſos citatos reperias: quia cum ſint doctores copioſiſſimi, eoſdem multoties ſolos, uidelicet Alexandrum in conſi. & Feli. in lectura(breuitati cõſulendo)adducere uolui,ut de Alexandro fecit ac faciendũ conſuluit deciſ.Neap.c. in cauſa.

10 Ad propoſitum redeundo quod remedium nullitatis etiam pro utroque competat, uidelicet pro irritando actum, qui non eſt ipſo iure nullus, ſed ope exceptionis annullandus, ac etiam pro declarando, & enunciando actum ipſo iure nullum, habes exempla toto tit.C.ſi à non comp.iud.iunct.ti. C. quando pro uo. non eſt neceſ.ff. quæ ſenten. ſine app. reſcind.& probatur in l. ſi mater.C. de cõtra.em.& § alio autem, cum.§. ſequi. inſtit. quib. mod.teſta.infir.& in cle. paſtoralis, in fi. de re iud.c.i. de iura.calum.in.vi.c.primates.ii.q.i.& in.c.cũ dilecta de reſcript. & ponit Franc.in.c.dilecto. q.iiii.&.q.xiiii. de appel. & ſæpius in fi.Decretalium reperias huiuſmodi uerba (irritãdũ diximus) ut in.c. in noſtra, in fi.de procur.c.fi.in.fi.ne ſed uacan c. ut noſtrum.c.ex parte.in fin. de app. prout etiam reperies (irritum nuncietis, &c.)ut in.c.cum contingat,de of.dele.c. ad audientiã c.cõſtitutus.c.dilecti,in prin.c.cum cauſam,de ap.cũ ſim.ex quibus manifeſte colligitur remedium hoc ad utrunque cõpetere.

11 NVLLITAS autem deriuatur à ſuo primitiuo Nullus nulla nullum, ſicuti falſitas à Falſo, ueritas à Vero, & ſic de ſimil.Nullus uero deſcendit à non, dictione tamen currupta, & ullus, dictione integra,quaſi non ullus.Vllus autem idem ſignificat quod aliquis: ut Cic.in oratione pro reditu ſuo,quis.n. ullam ullius boni ſpem haberet in eo,cuius primum tempus ætatis palam fuiſſet ad omnes libidines diuulgatum, &c. & text.in l.i.§. hæc autem uerba.ibi, nec eſt ulla ſententia,&c.ff.quòd quiſquiæ iuris,&c.& in.l.ſi mulier.§. ſi dos. ibi.quia eſt uerisſimũ, nec talem promisſionis obligationem ullam eſſe, &c.ff. de dol. & alibi ſæpe,ac ſæpius etiam, præſertim apud comicos, reperies hoc uerbum nullus ſum.q.d. periĵ, & factus ſum nihil.

Eſt

12 Eſt tamen aduertendum quia nuſquam reperi, quòd de iure-
ſſorum.aut.c.legum conditores, ac dictione, & uocabulo, nul-
litatis.uſi fuerint,ſed per alia uerba, & elocutiones, quòd actus
nõ ualeret,exprimebant, ut puta nullũ.irritũ, inane, inutile, uel
nullius roboris,aut momenti exiſtere, nõ ualere,nõ tenere,nul-
las habere uires,uiribuſque non ſubſiſtere,non iure,non rite,uel
recte, aut male uel perperam, & inefficaciter factum,infirmum
eſſe firmitatem non habere, et pro non iudicato, infecto, caſſo,
irrito, nullo,& non rato haberi,& ſimilibus, prout patet infra
ſub rub.quot, & quib.mo.nullitas propo. poſſ. ubi iura de his
loquentia adducta ſunt.Sed moderniores noſtri utriuſque iuris
interpretes, ac etiam Decretalium conditores hac dictione(pro
ut etiam alijs recentioribus uocabulis) indifferenter uſi ſunt, ut
ex eorum codicibus ubique patet, & cle.ad compeſcendas.in fi.
de ſequ.poſ.& fru.& cle.ut calumnijs. poſt prin. & cle. paſtora-
lis.uer. nos circa de re iud.ego itaque ſciens iuri operam dantes
artem boni,& æqui, illiuſque notitiam,non artem, & fucos uer-
borum profiteri, ab illisque ueriores potius,q̃ diſertiores ſermo-
nes deſiderari,ut inquit tex.in.c.ſedulo.xxxviii.d.prout de in-
firmo dicebat Seneca, qui non quærit medicum eloquentẽ, ſed
curare ſcientem,ideo abſit(ut dixit Io.An. in reg.infamibus.de
reg.iur.) ꝙ per ſophiſmata uerborum naturã iminutemus, quia
nõ artẽ bene loquendi diſcimus,nec facundiæ oratorum rheto-
rumque operam damus,quorum officium eſt falſatis ſermoni-
bus ſigniẽtare mendacia,prout hæc ſunt uerba eiuſdem Io. An.
ex mente Didimi ad Alex.in.c.i.de cõfeſ.in vi.et facit tex. in.l.
quoniam indignũ.C. de teſtib. et l.ii.C.commu.de leg.li.ii.C.de
cõſt.pec.c.quãuis.c.indignũ.&.d.c.ſedulo.xxxviii.d.uſui igitur
uerborũ dictorũ prudentũ noſtri temporis adhærens,et nullita-
tem dixi & ſententias quaſi per os illorum,ac naturaliter,prout
ipſi ſcriptas nobis reliquerunt, ſimpliciter in toto præſenti opu
ſculo recitaui : dicant quid uelint elegãtes,iuuat. n. me cũ tantis
patribus errare,ſi uerbis præſentibus.ad cõi lingua uti errare eſt
in hoc(quia peto ueniã,excuſandus ſum,cũ non ad pompã, ſed
pro cõi praxim exercentiũ utilitate dũtaxat laborauerim,aggre
gando authoritates,et loca,& materiã ſparſam ordinẽ redigẽdo.
Ex præmiſſis (ad propoſitũ redeũdo)quid ſit,& unde dicatur.
14 Nullitas colligi poteſt,traxit autem originem, eadem nullitas
ab ipſa lege,& cum ea ſimul orta eſt : nam cum primum ciui-

tates condi, et magiſtratus creari cœpiſſent ad humanam audaciam coercendam, et nocendi facultatem reprimendam, leges et ſacri canones in medio poſiti ſunt negotijs peragendis certas formas inducentes, ad illaſque obſeruandas uitas hominum adſtrinxerunt, ut habetur in l.ij.§. quia diuinæ C. de uete.iur. enucle.l. leges ſacratisſimæ, et.l. humanum. C. de le.c.i.et.c.ij. iiii. diſt. ac perpetuo edicto iuſſum eſt ab omnibus eaſdem leges obſeruari debere, ut d.l.ij.§. has itaque leges, et adorate, et obſeruate, etc. et.§.fin. in auth. de iu.c. iudicem.iii. q.vii.in odiumque ac pœnam tranſgreſſorum aliter geſta, et lege interdicente facta, pro infectis, caſſis, et inutilibus haberi, ac nullius roboris, et momenti fore eadem lex uoluit, et ſtatuēdo decreuit extuncque remedium iſtud in lucem proditum eſt. ut.l.indubium.C.de leg.l.unica.C.qui pro ſua iuriſd. l. pacta quæ contra.C.de pact. l.ex precio.C.ſi cer.pe.c.quæ contra ius: de re. iur. c. imperiali. xxv.q.ij.et in auth.ut med.li.non fier. ſacr.iuſ.circa fi.eſt bonus tex. in.c.ſi religioſus.ibi conſenſus ſic preſtitus non teneat, et in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto uiribus euacuatur, etc. de ele.in.vi.et hinc dici conſueuit, quòd annulla-
15 tio actus eſt pœna, ut.l. ſenatus.ff.de cont.em.per Bar.in.l.Turpia.ff.de le.i. et in.l. prætor ait.ff. de no. op. nuntiat.l.i.ff. de his quæ pro non ſcrip. Bal. in.l. nemo martyres. C.de ſacro. eccle. et in.d.l. non dubium cum alijs de quibus per Fel.in.c.ij.col.i.de teſt.poſt Ab.in.c. cognoſcentes.col.ij.de conſt. quod ut dixi eſt intelligendum, quando annullatio prouenit ratione prohibitionis. ſecus ſi proueniat ratione defectus ſolennitatis, ut declarat Alex. conſ. xc. omisſis col.i.lib.vii Et Nicolaus Boer. in deci. parlamenti deciſ.i.nu.xvi.poſt Soci.in conſi.cxii.in prin.uol.iij.

Igitur per poſitionem legis inſurrexit cognitio, et remedium nullitatis, quia ubi non fuiſſet lex nec preuaricatio, per legem nanque cognitio eſt peccati, inquit Diuus Paul ad Ro.c. iij. et iiii.ex tranſgresſione itaque, et præuaricatione legis naſcitur, et prouenit uitium, et defectus nullitatis.

16 Et quidem lex fruſtra fuiſſet poſita, ſi contra illius tranſgreſſores, ac in fauorem publici iuris, et oppreſſorum aliquod ſalubre remedium non adinueniſſet potuiſſet nanque unuſquiſque inauditus, ac nulla præcedente cauſa, et cognitione etiam per nō iudicem rebus ac proprio patrimonio priuari, et ſpoliari, contra naturalem iuſtitiam ac propriam ſubſtantiam legis, ſecundū

ea

ea quæ poſuit Inno.in.c.quæ in eccleſiarũ.extra de conſt.cũ aliјs de quibus p Alex.conſ.lxxvii.in cauſa.col.iiii. uer. nam ratio, lib.ĳ.et Zab.in cle.i.§.fi.col.fi.de ſequeſt. poſſ.et fru. et Philip. deciſ.cõſ.cccex.col.iiii. li.v.Taliterq́ priuatus et ſpoliatus quaſi nudus et inermis ſine et auxilio legis adminiculo remãſiſſet. ad hoc igitur lex ipſa introduxit remediũ et ius iſtud,per quod nil aliud quam ꝙ leges et iura fuerunt contempta et non ſeruata in præiudiciũ alicuius prætenditur, petiturq́ ex integro canonice et legitimè procedi,et perperam factum, in irritum reuocari, ac de facto factum de facto tolli, et in priſtinũ reſtitui debere, iuxta text. in cle.Paſtoralis.in fi.de re iu.c.primates.ij. q.j.c. frater noſter.xvi.q.j.c.j.et per tot.ĳ.q.ĳ.ꝙ iudex facere debet:nam ſicuti fuit facilis ad faciendum, ita facilis eſſe debet ad perperam factum reuocandum.ut uult text.in l.j.§.hoc edictum.ff.ſi mul. uent.no.quem pro ſingulari ad hoc ponit Rom. ſing. dcclxvi. poſſeſsio.et conſi.cccxx.hæc iſtarũ col.j.in fi.eſt gl.in.l.ſi ꝓcuratores in uerbo manumitti.ff.de iu.fiſ.et in.l.ſi minor, in prin. ff. de euic.fuit celebre dictũ Innoc.in c.dilecti.etc.querelam,col. ĳ.extra de elect.quod magnificat Fran.in.c.j. in princ. de relig. do.in vj.cum aliјs de quibus per Alex.ad propoſitum.conſil.v. in cauſa.col.ĳ.uerſ.nam primo.li.ii.et conſi.lii.in cauſa, col. ii.li. vii. et conſi.clxxix. in cauſa in fi.li.vi. plura accumulat Feli.in c.qualiter.j.col.viii.uerſi.iii.limita.de accu.cum ſi.

Per hoc igitur remedium uocabũtur,audientur, et defenſabũtur, nõ uocati,non auditi,non defenſati merita cauſarũ diſcutientur,ueritas, patefiet,ac leges et iura publica tenebũtur, omniſq́ dolus, fraus,et machinatio excludetur, et tuta remanebit inter improbos innocentia:et propterea non immerito lex uocat remedium iſtud auxilium commune, et meram eſſe defenſionem dixerunt Io.An.Bal.et alii legum uertices, ut diximus ſupra.

18 Si eſt ergo iuris remedium,legum tutamen, pœna temerariorum auxilium commune,et uera defenſio oppreſſorũ, et ob publicam cauſam introductum,ꝙ ſit fauorabile et benigne recipiendum.dici conueniet,cum in commune utile ſit,ut in ſimili dixit tex.in.l.ſi quis in graui.§.hi quoque ibi:quia in commune utile eſt etc.ff.de Senat.Silleia.l.de pupillo.§. publicam cauſam.ff. de ope.no.nuncia.l.i.§.fin.C.de cad.tollend.l. prouinciarum, in fi. C.de feri.l.actione.§.labeo.ff.pro ſoc.cum aliis, de quibus per Pau.de caſt.conſ.xxiii.uiſo puncto,col.ii.relato et cõprobato p

Dec.cõſ.dclxix.uiſo,& perlecto.nu.v.lib.v. & de quo p eundẽ in cõſ.x. uiſo.col.i.in fi.et cõſi.dclx.reuocatur,nu.vi. et faciũt ea quæ poſuit Alexand.conſi.cxiii.uiſo.colum.i.lib.v. dum loquitur de remedio appellationis quod eſt fauorabile,quia eſt defenſio,quòd etiam ponit Rot.deciſi.ccclxiiii.cum iura.in no.

Et ſi ex hoc lites protrahuntur,et litigatores in expenſis ac longitudine cauſæ defatigantur, ſibĳpſis,quia magis canonice procedere debuerant,non alteri imputandum eſt: quia damnũ quod quis ſua culpa ſentit ſibi & non alteri imputare debet. Illorum igitur temeritas et nullus alius ſibiipſis impedimento eſt. argumen.tex.in.l.ueteres.in fin.ff.de itin.actuque priua.et.l.ſiue manifeſtis.§.tandiu.ff.ds condi.furt. et eorum quæ ponit Rot. cii.fatalia,in fi.in not.fauere itaque nullitati et huic remedio, eſt fauere legibus iuſtitiæ,et publicæ utilitati.ac inſolentes et teme
19 rarios reprimere ut facit Papa in capitu.qua fronte.et ibi doct. extra de appellatio. et dicto capi. ſi religioſus. de elect. in vi.
20 Nulla etenim maior eſt iniuſtitia quàm nullitas, inquit. Aegi.in conclu.cccxliii. appellans, poſt inno.in.c. dilecto, de ap-
21 pel.ibidem relatum. Et ideo Bald. non indecenter monebat iudices, ne per malitiam fingerent ſententiam eſſe ualidam, cum nulla eſſet: quia ultra damna et intereſſe partis, tanquam falſi iudices ſimilitudine iudicii punirentur. ut per eundem. in.l.i.colum.iii.uer.caueant tamen iudices etc. C.ſi à non comp. iud. et Thom. Faſt. cauſ. iiii. du. xiiii. ſuper deciſio. dominorum de Rom.et facit text. in.c. ſi quis dixerit iuſtum iniuſtum abhominabilis eſt apud deum etc. et. c. uæh qui dicitis bonum malum etc.xi.q.iii.

22 Quandocunque igitur nullitas allegata apparebit, præſertim ex actis et proceſſu, prout plerunque prætenditur, ex quo tunc dicitur euidens et notoria, ac omnem calumniam excludens, omnino per iudicem reuocanda eſt, ut docet Bart. et doct.in.l.iii §.condemnatum.ff.de re iud.et Canoniſtæ in cle. ut calumniis.eod. titu.cum alĳs de quibus per Alexand. conſil. cclxxxii.col.i.nu.iii.lib.vi.conſi.lix. num.xvii.lib. iiii. et conſi. lxxvii.nu.ii.lib.ii. et per Dec.conſi.viii. nu.vii.lib.i.

23 Si uero nullitas propoſita non ita appareret, ſed altiorem requireret indaginem, quoniam (ut experientia docuit) nullitas ſæpe in iudicio proponitur, ut lis in longum protrahatur, idcirco tunc non ratione ipſius remedii intentati, quod legitimum

gitimum et fauorabile eſt ex ſui natura, ſed ratione dubietatis, et calumniæ præſumptæ ac conceptæ in proponente, ſuper qua lex diſponit, remedium et cognitio huiuſmodi parum fauorabiliter et benigne in iudicio recipientur. arg. tex. in .l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. Et ſentit Bald. in .l. ſi quis in conſcriben. col. iii. uerſi. tertio caſu. C. de pact.

24 Nam ratione dubietatis fauendum eſt ualiditati, et pro ea aduerſus nullitatem capienda interpretatio. l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. l. ſi inter. in fi. l. quotiens. ff. de reb. dub. l. ſi quando. ff. de leg. i. eſt deciſ. Rot. ccccclxviii. utrum ſi contra uerum, in antiq. hinc uidemus quòd pro ea, uidelicet, quod actus ſit ſolennis et ualidus, quouſque de contrario non conſtiterit, præſumitur. ut in glo. in. l. ſi poſt diuiſionem. in uerb. non poſſe. C. de iur. et fa. igno. et ponit Bal. in. l. ii. in fi. C. de edic. diui Adr. tol. et in. l. ſcriniarios. C. de teſt. mili. Abb. poſt gl. et alios in. c. ſicuti. col. iiii. uerſi. ſed quia ſupra, de re iu. cum aliis de quibus per Deci. conſil. xi. diuino igitur. col. v. uerſi. uiſis. li. i.

25 Prout etiam quando actus habet debitam formam ut ſuſtineatur, habilitas perſonarũ præſumitur. c. in præſentia. ubi Ab. de proba. Idem Abb. in. c. cum uirum. in. iiii. not. de reg. in. notat Bal. in. l. cum te. col. i. C. de probat. et. l. i. circa fi. C. de precib. im pe. offer. eſt deciſ. Rot. cccxliii. No. ꝙ non præſumitur in antiq. et deciſ. vi. in no. Aegid. cõcl. cxxxiiii. habilitates. ponit Dec. d. cõſi. xi. col. v. uerſ. uiſis igitur. uol. i. et cõſi. dclxxxii. col. ii. lib. v.

Et regulariter in dubio (ut dixi) capienda eſt interpretatio quòd actus potius ualeat quam pereat. l. quotiens. ff. de uerb.

26 oblig. hinc eſt quòd ex duobus factis illud ſemper fingitur precedere, quod facit actum ualere, ut eſt doc. Bar. in. l. non ſolum. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nun. et Bal. in. l. cum in teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hær. inſt. ponit Alexan. conſi. lxxxi. lecto. col. iiii. uerſi. et cum fuerit. li. iii. et conſ. cxii. ſuper col. i. lib. v. ut puta ſi eadem die conſtet appellatum, et deſuper præſentatam commiſſionem ſeu reſcriptum, etiam quod non conſtet quòd appellatio præceſſerit nihilominus ex quo ſuper futura appellatione reſcriptum impetratum non ualeret. c. fina. de reſcr. et. c. ii. de appell. ut ſuſtineatur commiſſio, præſumitur appellationem præceſſiſſe, et commiſſionem ſubſecutam: ut tenet Rot. Deci. ccx. ſi immediate. in no. et faciunt ea quæ ponit Deci. Neapol. ccclxxxvi. Si uno. iii. per totam.

Sicuti

Sicuti econtra ad ſuſtinendam ſententiam excōmunicationis non præſumitur quod appellatio ſententiam præceſſerit,ſed aſſerenti illam preceſsiſſe incumbit onus probādi.ut not.Ioan. and. ſuper glo.penult.in c.uenerabilibus,de ſentent.excommu.in.vi. et tenet Rot.cccxvii.Nota quod ubi aliquis.in ant.cum aliis de qui.per Feli.in.c.apoſtolicæ. col.vii.uer.adde etiam,de excep.

Item excuſatio unius ex condelegatis in dubio præſumitur præceſsiſſe, ad hoc ut geſta per alios ſine eo,ſint ualida,ut ponit Biſsignet,deciſ.j. ſub tit.de Præſumpt. ex eadem regula expeditio literarum ad beneficia, ad euitandam nullitatem proceſſus, tempore debito facta præſumitur,ut docet Caſſad. ſuper reg.de ci. iii.cum duabus ſequen. et Gomez. ſuper eiſdem regulis in compendio utriuſqne ſignaturæ. fo.lxxxii. uer. et eſt aduertendum. Sicuti etiam præſumitur,quòd mors impetrationem beneficii præceſſerit, etiam quòd ſub eadem die utrunque reperiatur, ut per Caſſad. dec. xxi. de præbend. et quòd quis acceptauerit benefic. intra menſem datum ad acceptandum , ut inquit Rot.deciſ. ccccxxv.No. ꝙ ſufficit. in antiq.cccccxxix.ſi aliquis.eo.li.cum ſimil.In dubio itaque præſumimus quòd actus ualeat, et præſumptio iſta ualiditatis ſuperat omnes alias præſumptiones,ut ſcri.Deci.in.c.quoniam Abb.col.vi.de offic. delega.et in conſil.ccccxlviii.uis tota.col.iii.nu.xvii. et latius conſi.lxxvii.col penult.lib.i.et conſil.cccxliiii.applaudent, in fi.lib. iii.et facit tex.in.c.niſi.de præb. quem in notabili . caſu allegat
27 Ro. ſing.xv.quòd ſi delegatur,quinimo ut actus ualeat relatio ad aliud fieri debet, ſi congrue fieri poteſt, ut docet Bald. in. l. pactum quod dotale.q.xv.C. de colla. licet ad effectum quòd actus non ualeat, relatio ipſa fieri non poſſit,ut per Bart.in.l.cū uulgari.ff.de do. præleg.not.in.l.talis ſcriptura.ff.de leg.i.Card. in conſil.lxviii. in quæſtione.cum aliis de quibus per Dec.conſil.xi.diuino igitur.col.vii. uer. comprobatur , hoc lib. i. et. d. conſi.lxxvii.nu.iii.et.v.
28 Inſuper quia annullare et deſtruere actum,dicitur pœna, ut ſupra diximus,et conſtitutio annullans cenſetur pœnalis, propterea in dubio materia hæc non uidetur extendenda,per text.in.c. eccleſia noſtra. uerſi.denique ſtatutū. extra de ele. et per regulā Odia reſtringi,et fauores conuenit ampliari, et in terminis uoluit glo.in.c.decet.§.ordinari.in uerb.proceſſus, de immu.eccle. in.vi.quam declarat et multum commendat Abb.in.c. qua frō

te.colum.ii.de appell.et.c.cognoſcentes col.i.de conſti.et Fel. in c.ii.extra de teſti.et Caſſad.deciſ.vi.de præbend.in fin.

29 Si ergo(concludendo) nullitas propoſita ſufficie͠ter apparebit. remedium iſtud ac ius dicendi nullum benigne ac fauorabiliter recipi conueniet,per ea quæ primo loco diximus,maxime qu͞a do nullitates propoſitæ non ſimpliciter figuram , ac ſolennitatem iudiciorum, ſed defenſionem partis,et cauſæ cognitionem, ac naturalem iuſticiam cõcernent,prout eſt defectus citationis, iuriſdictionis,mandati,& cauſæ cognitionis:ut in ſimili diſtinxit glo.in uerb.defenſiones.in cle. ſæpe.de uerb.ſignifica. & la

30 tius dicam dum ponam de eiſdem, ſed ſi fuerint aliæ nullitates non ita releuantes, uel quòd de his parum conſtiterit , tunc ob præſumptionem ualiditatis actus, præſumptamque calumniam proponentis, ac pœnalitatem,non ita fauorabiliter et benigne

31 recipientur,& propterea bonus iudex ex meritis cauſæ animi ſui motum informabit, ac omnibus mature conſideratis & circumſpectis, quid agere expediat, ſecum deliberabit,et in dubio ueritatem ipſam ſequi,& cauſę expeditioni fauere,ac litibus fin͞e imponere debebit,arg.tex.in cle. ut calumnis , de ſenten. & re iud.l.ii.C.de fal.aut.quæ ſupplicatio.C.de preci.imp.off.c. ſuſcitata,extra de in integ.reſt.et facit gl.in.c.ſuper eo. in uerb. tenebit,de offi.deleg.et.l.fina.C.de ord.cogni.ad illius nanque officium principaliter ſpectat lites diminuere.l. quidam æſtimauerint,in fin.ff.ſi cert.peta.l.ii.in princ.ff.de aqu.plu.ar.l. properandum,in princ.C.de iudi.pro quo ſumma ope, antiqui legum cõditores nixi ſunt eaſdem lites nunc antiquorum declaratione, nunc uero nouorum iurium editione, prout poſſibile fuit,reprimẽtes,et coarctantes,ut habetur in proœ.vi.Decr. & patet toto tit.C. ut inf.cer.tẽ. et de tem.app.per totũ.&.d.l properandũ, cum ſi.Ita tamen ad expeditionem properet iudex,ne legitimas defenſiones partium abripiat,ne ue præcipiti perſuaſione condemnet,quem culpa uon grauat, aut erubeſcenda uarietate immutet,poſteaquam iuſſerit: ut inquit text. in.l. fin. C. de modo mulc.Mature igitur & deliberate ad ſententiam properet, et cauſam expediat his modo & forma quibus docet text. aureus in c. Deus omnipotens.ii.q.i.c. quæro. vi.q.i.c. iudicantem.xxx. q.ult.c. ſumma opu.xi.q.iii.l.iudices.C.de iud.cum ſimil. de quibus ad propoſitum per.d.Parid.in tracta.ſynd.in.§. an ſi iudex ex forma,col.ii.ubi plura et notabilia dicta poſuit.

Ex

Ex his breuiter habes quid ſit nullitas, ſiue ius dicendi nullum. unde dicatur ac originem traxerit, & quando pro fauorabili,ſeu odio a habenda ſit.

Et quamuis hic ex antiquorum ordine quotuplex ſit nullitas poni deberet,nihilominus etiam quòd ipſa ex uarijs et multiplicibus cauſis oriri poſſit (ut infra uidebimus) quia eadem nullitas quoad ſe unica eſt,et ſimplex , neque ullam ratione ſui patitur ſectionem: propterea hanc rubricam dimittendo, proſequendo utiliora,dicamus primo de modo uidendi proceſſus, & cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ, quod erit pro iuuenibus ſpeculum, quo nullitates ipſas ſpeculari,et facile illas cognoſcere poterunt.

IN RVBR. SEV TITVL.

De modo & ordine, &c.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictionis defectus primo loco quærendi ſunt, quia eſt ponere falcem ad radicem.*

2 *Iuriſdictionis ordinariæ defectus & nullitates, quæ eſſe poßint.*

3 *Iuriſdictionis delegatæ defectus & nullitates qualiter conſiderabuntur.*

4 *Nullitates ex defectu & inhabilitate principalium litigatorum.*

5 *Nullitates ex defectu mandati & poteſtatis cōparentiū.*

6 *Citationis defectus & nullitates.*

7 *Nullitates ex defectu proceſſus.*

8 *Nullitates ex defectu ſolennitatis,ac formæ ipſarum ſententiarum.*

De

De modo & ordine uidendi proceſſus & cognoſcendi nunquid ſententiæ ſint ex aliquo defectu nullæ.

POSTQVAM primo loco uidimus quid ſit nullitas,ac unde dicatur et proueniat, et nunquid ſit odioſa uel fauorabilis, conſequens eſt,ut antequam ad ulteriora progrediamur, aliquid circa modum reperiendi, et cognoſcendi nullitates ipſas, de quibus agere intendimus, ac etiam pro faciliori cognitione et memoria eorum,quæ ſparſim et latiori manu inferius dicturi ſumus,hic ſub breui compendio, etiam omiſsis ſcribentium auctoritatibus, ſummatim præmittamus, ut euidentius pateat quot et quales, ſint defectus quibus ſententiæ et proceſſus impugnari poſſunt,de quibus principaliter in præſenti libello tractabimus,illiſque ſic breuiter decurſis, ut ſciant litigatores et ſe defendere,et ab illis, priuſquam fiant,præcauere.

1 Dico igitur eum, qui de uiribus proceſſus ac ſententiæ diſputare,et defectus ſi quis interfuerunt, detegere contendit. in uidendo proceſſum, cautum eſſe debere, ut in primis ponat falcem ad radicem, ideſt, diligenter quærat primo de iuriſdictione et poteſtate iudicantis, quia cum illa ſit baſis, et lapis angularis,ac præcipuum fundamentum iudicij, eo ſublato cætera corruent.

2 Videatur itaque primo, ubi, et qualiter ex proceſſu conſtet, de poteſtate,qua uſus eſt in procedendo is,qui ius dixit, ſiue uti ordinarius ſiue tanquam iudex ab alio delegatus proceſſerit: nam ſi formiter de poteſtate huiuſmodi non conſtiterit, ſententia et proceſſus regulariter non ualebunt.

Et ſi tanquam ordinarius iudex proceſſerit, et ſatis conſtet quod tempore proceſſus fuerit ſeu haberetur pro tali, erit uidendum nunquid fuerit iudex competens,ratione rei ſeu cauſæ, litigatorum temporis,et loci.

Ratione nanque rei ſeu cauſæ, etiam ordinarius poteſt eſſe iudex incompetens, puta quòd cauſa eſſet meri uel mixti imperij, et iudex pedanæus, uel ex municipalibus magiſtratibus, extiterit, aut cauſa ſit ciuilis et ciuiliter mota, et iudex qui

cognouit et fuerit latrunculator,et ad maleficia deputatus, uel econtra ꝙ iudex ciuilis cognouerit cauſam criminaliter motã, uel fuerit iudex ſecularis,& cauſa eccleſiaſtica & ſpiritualis, aut iudex ad certam ſpeciem iuriſdictionis,ac ad determinatas cauſas,puta executiuas breuiores,uſurarum, cauſas fiſcales, cauſas ædificiorum,cauſas ripales, ſeu mercantiles, uel ſimiles, iuriſdictionẽ illius limitãtes,deputatus:& ipſe cognouerit, cauſam ſub ſpecie ſuæ iurisdictionis nõ cõprehẽſam,aut cognouerit,& ſententiam protulerit in cauſa ad eius curiam non deuoluta, puta quòd non data negligentia domini feudi,ordinarius cognouerit cauſam feudalem, uel Metropolitanus, cauſas ſubditorum ſuorum ſuffraganeorum,antequam appellaretur ad ipſum, aut iudex Romanæ curiæ cognouerit cauſam ad eandem Romanam curiam legitime non deuolutam: ſiue quòd iudex ſe intromiſerit in cauſa propria,aut ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata,uel ſimilibus ſub poteſtate ſua non cadentibus.

Ratione litigatorum iudex etiam ordinarius poterit eſſe incõpetens,puta ꝙ ſit iudex ſecularium,& litigatores ſint eccleſiaſtici,uel aliĳs ratione domicilĳ, rei de qua agitur contractus, ſeu delicti uel quaſi notorie non ſubditi,aut uigore priuilegĳ à lege uel ab homine conceſſi,& iudici notificati,exempti aut per mortem ab omni uiuentium iurisdictione ſubtracti et ſeparati.

Ratione loci erit incompetens, ſi extra territoriũ ſuum, uel in territorio, ſed in loco exempto,ut in eccleſia cum eſſet ſecularis iudex,aut extra locum ſolitum maiorum in quo ius dici conſueuerat,iudicauerit,maximè quando eſſet locus inhoneſtus,uel partibus non tutus: quia iuriſdictio contentioſa ſuis territorio & loco deſignatis circunſcribitur.

Ratione temporis iudex erit incompetens, ſi tempore quo non erat amplius iudex, ut quia finierat, uel aliter expirauerat magiſtratus,uel extra tempus inſtantiæ ipſius cauſæ ius dixerit, aut tempore quo iuriſdictio, ſeu officium ſuum erat ſuſpenſum, & conquieſcebat,puta tempore noctis, feriarũ uel tempore quo aderat,ibidem maior magiſtratus,uel quãdo iudex aliquo impedimento naturali,ſeu accidentali iuriſdictionis impeditiuo detinebatur,ut quia erat effectus mentecaptus,ſurdus,mutus,uel notorius hæreticus, aut à ſuperiore publice excommunicatus.

Siue iudicaſſet tempore quo iuriſdictio facto partium ſuſpenſa fuerat,ueluti pendente dilatione,aut propoſita.formiter legiti-

ma

ma recuſatione,ſeu appellatione,uel relatione, aut remisſione fa cta ipſius cauſæ adſuperiorem (licet hoc caſu potius ſit finita q̄ ſuſpenſa iuriſdictio)uel conſultatione, ſeu quauis alia dilatione à iure uel ab homine conceſſa pendente, uel quòd proceſſiſſet in cauſa ſimiliter lege permittente,puta in cauſa petitorũ, poſſeſſorio pendente,ſuſpenſa,aut poſt allegatum iuſtum & rationabile ex parte litigatorum ut infirmitatis,carceris,obſidionis, uel cuſtodiæ,ſeu uinculorum,aut loci, ſeu itineris propter bella,hoſtilitates, capitales inimicitias, peſtem notoriæ non tuti impedimentum,aut coram alio pari,uel maiori magiſtratu ſuper eadem re præuentionem & litiſpendentiam: his etenim caſibus ſuſpenditur adeo,& impeditur iuriſdictio,ut efficaciter & ualide exerceri non poſsit.

Conſiderabitur etiam,ſi is qui ius dixit erat iudex ſolus, uel aſſociatus, & ſi fuerint plures, nunquid maior pars iudicauerit, & nunquid tempore ſententiæ,ſe ſimul congregarint, & ſimul ſententiam tulerint. Item ſi tempore latæ ſententiæ erant certi de illorum iuriſdictione,uel potius ex proceſſu con ſtaret, quòd dubitabant, uel errabant circa eam, puta cum eſſent iudices ordinarij, tanquam iudices delegati pronunciauerint, uel econtra, aut dixerint quatenus nobis competat iuriſdictio &c. aut uſi fuerint aliquibus uerbis dubitationem circa fundamentum iuriſdictionis demonſtrantibus, quod etiam procedet,ſi unus duntaxat foret iudex.

3 Et præmiſſa quæ diximus de iuriſdictione iudicis ordinarij, à fortiori in delegata,quæ longe debilior eſt,locum ſibi uendicabunt,circa quam,ultra ſuperius dicta, erit etiam diligẽter aduertendum primo,ubi,& qualiter conſtet de huiuſmodi delegatione,quia pro ea regulariter non præſumitur. Et poſito quòd legitime de ea conſtet, aduertendum erit nunquid per ſimilem delegationem competierit illa poteſtas, qua uſus eſt delegatus in tali cauſa,conſiderando poteſtatem, & uoluntatem delegantis,capacitatem ipſius delegati,& rem ſeu cauſam delegatam.

Delegantis poteſtas conſiderabitur circa hoc, uidelicet nunquid fuerit talis,quòd alteri potuerit iuriſdictionem ſeu cognitionem demandare,puta ſi erat iudex ordinarius, ſeu delegatus à principe.Item ſi delegationis tempore eam,quam alteri dedit, habebat ipſe iuriſdictionem habitu,& potentia, tunc ad actum reducibili: nam ſi præſes antequàm ingrederetur prouinciam

ſibi decretam,uel priuſquàm fuiſſent ſibi literæ ſuæ iuriſdictionis præſentatæ,aut priuſquam confirmaretur (caſu quo in officio ſeu dignitate ſua eſſet quis confirmandus) et poſſesſionem officij actualiter nanciſceretur,uel priuſquàm conſtaret de impedimento collegæ,quando fuiſſent dati cum clauſula, quòd ſi non omnes etc. alij cauſam ſubdelegaſſet, nihil faceret, cum eo tempore haberet ſolum iuriſdictionem habitu,et nõ actu, ideſt ſibi non competeret adhuc illius liberum exercitium, licetque ex poſt illud ſibi ſuperueniret,puta quòd prouinciam ingrederetur,uel præſentarentur literæ etc. Tamen delegatio intempeſtiue,et nulliter prout extunc facta,non conualeſceret,fruſtra ergo alteri daret,quod ipſe non haberet:propterea ſi iuriſdictio delegantis quouiſmodo foret ſuſpenſa,uel impedita,aut ceſſaret tempore delegationis,uel ratione loci in quo fieret,puta quòd delegans mandaſſe, ut ipſe ſubdelegatus in alieno territorio, uel ultra duas dietas, aut quòd in loco minus inſigni,cauſam cognoſceret,non ualeret cum effectu talis delegatio.

Voluntas etiam eiuſdem delegantis erit admodum conſideranda,quæ ex facie delegationis apparebit, uidelicet nunquid delegatio ſub aliqua conditione,uel modo emanauerit aut.ſi cognitio,uel diffinitio totius negotij,uel ſolius partis, aut cognitio tantum,commiſſa extiterit: uoluntas etenim delegantis, et mandati forma ad unguem ſeruanda ſunt.

Erit inſuper animaduertendum,nunquid uoluntas prima delegantis,expoſt tacite,uel expreſſe ceſſauerit, puta ſi delegans eandem cauſam alteri ex certa ſcientia commiſiſſet, uel illam ad ſe aduocaſſet,aut expreſſe,ne ulterius in eadem procederetur, delegato inhibuiſſet,uel ſi conſtitiſſet de ſubreptione, aut obreptione ipſarum literarum delegationis, maxime quãdo ab alio iudice cauſa euocata fuiſſet, aut morte naturali, vel ciuili ipſius delegantis,re integra contingente,iuriſdictio ipſa expiraſſet.

Capacitas delegati in hoc conſiderabitur, uidelicet nunquid tempore delegationis fuerit capax iuriſdictionis:nam aliqui natura,aliqui lege,aliqui moribus,ne iudices fiant,prohibẽtur.Natura,ut mutus,cæcus,ſurdus,perpetuo furioſus, mente captus, impubes,et alij qui animi iudicio et intellectu carent ſaltem illũ habẽt impeditũ.Lege ut ſunt à ſenatu et cœtu proborũ,ob obliquam illorũ notam et culpã ſemoti,prout ſunt excommunicati, ideſt à cœtu fideliũ ſegregati,deportati ſeu relegati uel banniti,

notorie

notorie incæſtuoſi,raptores,malefici,hæretici,ſchimatici,iudæi, et alij quos eccleſiaſticæ et ſeculares leges infames pronũtiant.

Moribus,ut ſerui,religioſi,monachi,fœminæ,et ſimiles qui regulariter(ſi ex certa principis ſcientia aliter non diſponatur) iudices fieri non poſſunt, licet quando ciuili ratione ſunt incapaces,ſi uitium ſeu defectus non ſit totaliter notorius,contra illos eſſet excipiendũ,quia aliter geſta per illos ipſo iure ualerẽt.

Cauſa etiam quæ delegatur conſiderari debet, puta ſi tempore delegationis pertinebat ad forum delegãtis, et ad illius curiã fuerat legitime deuoluta, et nunquid fuerit talis, quæ de iure ciuili potuerit delegari,et hoc ſi fuerit in loco ubi ciuile ius Romanorum principaliter obſeruetur: quia canones de hoc parũ curarunt. Et præmiſſa tam de iudice ordinario,quàm delegato latius ponuntur et declarantur infra,dum ponitur de nullitate ex defectu iuriſdictionis,ubi caſu occurrente uidere poteris.

POSTQVAM patronus cauſæ ſedulo ac diligenter circa iuriſdictionem animaduerterit, et comperto quòd is qui ſententiam dixit, fuerit iudex competens, conſequenter uidebit de perſonis litigatorum,uidelicet nunquid fuerint iudicij capaces,et tales quales ſe in iudicio geſſerunt.

Et ſi iudicium fuerit per ipſoſmet litigatores principales agi
4 tatu,uidebit nunquid aliquis ex eis fuerit ex illis, qui ob naturales impedimentum,iudicij funditus incapaces exiſtunt, quales ſunt infans,mutus, ſurdus,mentecaptus, aut perpetuo furioſus: quia cum in talibus iudicium non poſſit radicari, nec pedem figere,ſententia,etiam in illorum fauorem lata,non ualebit,prout etiam ſi ciuili ratione eſſet omnino incapax,ut ſeruus. Sed ſi fuerint abſque illorum culpa, ſed ipſius naturæ uitio, aut aliter inhabiles,non tamen pœnitus incapaces,prout ſunt minores uigintiquinque,filiusfamilias,prodigus, cui bonis eſt interdictũ, uel monachi aut religioſi,fiſcus,aut eccleſia quæ funguntur iure minorum, tales quo ad illorum commodum et utile habiles, quo uero ad incommodum et præiudicium inhabiles reputantur:ideo ſententia pro illis legitime non comparentibus lata, erit ualida,ſed contra illos non tenebit.

Econtra ſi fuerint ob aliquam illorum culpam aut delictũ inhabiles et à iudicio remoti,puta excommunicati,banniti aut tales ꝙ prætor illis denegaſſet audientiam,uel ſimiles quibus culpa et delictum patrocinari non debet, ſententia prò eis dicta

 non

non ualebit,ſed contra ipſos manebit firma, hic odio, ibi fauore,iudicio claudicante, prout plenius præmiſſa declarantur infra,dum ponitur de nullitate ex defectu inhabilitatis cōparētiū.

5 Si uero comparentes alieno nomine in iudicio interfuerint, uidendum erit qualiter de eorum poteſtate conſtet: nam ſi non apparebit,nullitas de plano procedet, ſi conſtabit,diligenter inſpiciatur, & conſideretur tenor, & continentia eiuſdem poteſtatis & mandati, & nunquid cauſam illam legitime cōprehendat,& ſub ſe complectatur: quia ſepenumero mandata huiuſmodi defectuoſa,& ad cauſam impertinentia reperiuntur. Item aduertatur,ſi ille talis comparens tempore quo comparuit, habebat notitiam huiuſmodi poteſtatis ab alio ſibi traditæ, quia priuſquam hoc cognouerit,ſe pro talis gerere,& poteſtatem illam,quam ignorabat,exercere nequiuit.

Conſiderabitur inſuper ſi mandatum, & poteſtatis datio ex aliquo fuerit inualida,& inefficax ratione conſtituentis,uel conſtituti,aut formæ ipſius conſtitutionis.

Ratione conſtituentis inefficax eſſe poterit, ſi ex aliqua cauſa præfatus conſtituens,aut ſubſtituens adminiſtrationem illius rei,ſeu cauſæ,in qua conſtituit non haberet,uel tunc eſſet aliquo modo à iure,uel ab homine ſuſpenſa, aut impedita, quia ſi ipſe non habet,alteri non dabit poteſtatē rem in iudicio deducendi.

Ratione conſtituti, puta ſi ipſe conſtitutus talis officij eſſet incapax,ut ſunt illi,qui neque pro ſe,neque pro alijs poſſunt in iudicio intereſſe,ſed omnino ſunt incapaces, prout de naturaliter impeditis diximus,ac ſerui monachi,religioſi, minores, excommunicati,& alij qui non habent legitimam perſonam, ſaltim pro alijs in iudicio ſtandi.

Ratione formæ ipſius,conſiderabitur mandatum,quoniam ſi careret aliquo ſubſtantiali,uel non eſſet in forma ſolita & probante,uel ex eo reſultaret aliquod uitium uiſibile ſibi fidem derogans,non prodeſſet,uidebitur etiam nunquid habuerit debitas iuris ſolēnitates,puta ſi emanauit cum decreto prætoris, uel conſenſu ſuperioris, uel rectoris, quando conſtituens foret de his,qui aliorum auxilio & poteſtate reguntur, & fari poſſunt, ac ſit ſubſolitis hypothecis,& quòd præſens, & uolens, ac præſenti,& petenti & ex rationabili cauſa fuerit conſtitutus: uel ſi ipſe principalis aliqui non poſſet, uel foret abſens,nunquid ipſe iudex ad inſtantiam adminiſtratorum, uel ipſi adminiſtratores

cum decreto ipſius iudicis,conſtituerint,& ſimilia.

Præterea ſi conſtituens fuiſſet uniuerſitas aut collegium,con ſiderabitur, nunquid tempore conſtitutionis fuerint legitime congregati,& expreſſa (quando poſsibile eſt) in ipſa conſtitutione nomina conſtituentium,& ſi ſaltim à duabus partibus ex tribus eiuſdem,& ad cauſas duntaxat præſentes: fuerit conſtitutus.In ſumma erit conſiderandum, nunquid conſtitutio peccet in materia,uel forma.

Vtile etiam fuerit uidere nunquid mādatum ſeu poteſtas huiuſmodi,ante actus confeſsionem,tacite,uel expreſſe,expirauerit.Expreſſe, ut ſi conſtituens eundem conſtitutum reuocaſſet, & ſuper hoc iudicem,ſeu partem certioraſſet: tacite,& præſumptiue,puta alterum procuratorem in eadem cauſa conſtituēdo, uel eandem per ſemetipſum ſimpliciter & abſque proteſtatione pertractando,ſeu liti & cauſæ huiuſmodi cedendo,aut (exempli cauſa) eccleſiam cuius occaſione fuerat datum, naturaliter.ſ. per obitum,aut ciuiliter ut per reſignationem , tranſlationem, religionis ingreſſum,priuationem: ſeu quāuis aliam amiſsionē, uel dimiſsionem, perdendo : nam ceſſante finali cauſa, propter quam fuit conſtitutus.ceſſare uidetur & ipſa conſtitutio : quia ob præſumptam eiuſdem conſtituentis mutatam uoluntatem, reſolui et reuocari cenſetur, prout latius declarantur præmiſſa infra ſub rub.de nullit ex defect.inhab.ſen. manda.comp.

6 ET SI principalium litigatorum, ac pro eis comparentium perſonæ repertæ fuerint habiles et legitimæ, tunc ad citationes recurrendum fuerit,perquirendo ex proceſſu.nunquid debita citatio actum de quo quæritur præceſſerit: et ſi nulla apparebit, clarum erit,quia abſens non uocatus damnari non potuit: ſi citatio præceſſerit,uideatur an fuerit legitima, et legitime executa,attendendo perſonam citantis,uidelicet nunquid fuerit iudex competens uel an pateretur tunc aliquem ſuæ poteſtatis defectum,prout ſupra diximus.Item ad perſonam citati,puta,ſi fuerint citantis ſubditus.Item ad locum in quo decernitur citatio, puta ſi extra territorium exiſtēs decreuit,et ad locum ad quem citatur,uti ſi ultra duas dietas diſtaret,aut notorie non eſſet tutus,et ad tempus pro quo quis citatur, puta ſi tempore feriato in honorem Dei, ac ſub minus breui termino, ac etiam ad formam ipſius citationis,puta nunquid fuerit per iudicē, et ad partis inſtantiam decreta,et in ea maxime quando iudex citans eſt

 delegatus,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

delegatus,& erat prima citatio, quæ fiebat de perſona in longinquis partibus exiſtenti, ſi exprimebatur & inſerebatur, illius poteſtas, ac nomen iudicis citantis, partis inſtantis, perſonæ citandæ, titulus cauſæ, & illud ad quod quis in ſpecie citabatur, & locus ad quem, ac terminus pro quo citabatur, & an fuerit concepta in forma ſolita, & per uerba conſueta: nam ſi in aliquo deficeret, uel quouiſmodo eſſet æquiuoca, generalis, uel obſcura, non redderet citatum contumacem, & actus illius uigore factus non ualeret: erit etiam perquirendum, nunquid actus ad quem quis citabatur, fuerit loco, & tempore incitatione expreſsis, celebratus: quia ſi alio loco, uel alio tempore, fieret actus non eſſet ualidus tanquàm abſque citatione factus.

Item diligenter aduertendum erit ad formam decreti ipſius citationis, & qualiter iudex citationem exequi mandauerit: quoniam ſi nuncius, ſeu executor in aliquo defecerit, & formã illam ad unguem non ſeruauerit, non ualebit executio. Item ſi citatio fuerit facta domi, uel in eccleſia, aut alias præterquam in perſonam citandi, uidendum erit nunquid præceſſerit debita diligentia de perſonam reperiendo. & ſi, puta illa domus erat tunc ſolita habitatio. Item ſi nuncius talem citationẽ alta & intelligibili uoce notificauerit, & affixerit, aut copiã in manibus familiarium dimiſerit, uel potius oretenus & uoce ſubmiſſa illã fuerit executus. Item nunquid ad ſententiam præceſſerit citatio peremptoria (caſu quo cauſa requirat peremptorium) .i. nunquid præceſſerint trinæ denunciationes, una poſt aliã, cum dilationibus congruis, aut una pro omnibus cum expreſsione peremptorij, ſeu cõmunicatione de procedendo ad ulteriora. Item nunquid ad ſingulos actus ſpecialiter quis citatus, quãdo citandus erat præſens in loco iudicij, aut etiam quando abſens generaliter ad oẽs actus citatus, poſt generalem citationem ſemel in iudicio cõparuerit, quia etiam iſto caſu ipſe citandus eſt ad reliquos actus: cũ prima generalis citatio per cõparationẽ fuerit circũducta & reſoluta.

Et ſi fuerit proceſſum contra abſentẽ citatum per edicta, aduertendũ erit quis iudex, & qua authoritate huiuſmodi citationem per edictũ publicum decreuerit, cum talis modus citandi ſpecialiter Papæ conueniat, & uideatur nunquid tunc præceſſerit ſaltim ſummaria cognitio de loco non tuto, et impedimentis: ne citatio ad partem citandam perueniret: & ſi debite.i. ſi in omnibus locis, uel ſaltim in duobus ex tribus, in citatione appoſitis

poſitis ac in locis uiciniorib⁹ domicilio citandi, fuerit ipſa citatio publicata, affixa, et copia petentibus tradita. Item aduertatur nunquid citatio illa quæ emanauit, fuerit generalis contra omnes ſua intereſſe putantes: quia tales citatio fieri non debet, neque arctat, ubicunque certus et legitimus adeſt cõtradictor. Vltimo uideatur ſi de hmõi citatione executa, cõſtitit iudici, anteq̃ ſnĩam promulgauerit: quia ſi nõ fuiſſet de citatione executa, p relationẽ executoris, uel alias legitime certificatus, nõ debuiſſet, neque potuiſſet ad actũ alicuius preiudicij contra abſentẽ procedere prout hæc, & multa alia declarãtur infra ſub titu. de nul. ex defe. cita.

7 POSTREMO ſi præmiſſa omnia legitime & rectè facta repererit, ad proceſſum recurrendum erit, et uidendum nunquid ordo iudicij fuerit legitime ſeruatus, uel aliquid ex ſubſtantialibus omiſſum, aut ordo præpoſteratus, puta circa libellum. i. modum agendi intentatum, litiſconteſtationem, iuramentum de calumnia (quando petitur) cauſæ cognitionem, & factam concluſionem (ſi erit cauſa prophana) quæ dicuntur palmites & ſubſtantialia ordinis iudicialis, & illis, uel aliquo ipſorum omiſſis, uel præpoſteratis, ſententia non tenet. uidebit etiam ſi fuerint ſeruati reliqui termini, & ordo ſubſtantialis, qui ex ſtylo ipſius curiæ in qua cauſa agitabatur, ſeruari conſueuit: quod apprime erit obſeruandum, habita ſemper diligenti conſideratione ad qualitatem cauſæ, & iuris communis diſpoſitionẽ, ac fori illius ſtylum, & obſeruantiam.

8 ET SI tela iudicij rite obſeruata reperietur, aduertatur nunquid in ſententia diffinitiua proferenda, ſolennitates iuris adhibitæ fuerunt: uidelicet nunquid ſententia fuerit ſcripta in loco ſolito iudiciorum, publice, et coram ſuis officialibus, per ipſummet iudicẽ, lecta, & recitata. Et ſi talia legitime fuerint adimpleta, uideat ipſam ſententiam nunquid peccet in materia, uel forma extrinſeca, uel intrinſeca, puta nunquid fuerit expreſſa lata contra ius alicuius conſtitutionis, adeo quod ex ſui facie iuris error manifeſte deprehendatur, uel contra ſtatutum, aut conſuetudinem eiuſdem curiæ, uel aliam ſententiam in eadem cauſa latam, quæ in rem tranſiens iudicatam inter partes fecerat, ius, & de qua fuerat exceptum, & iudici facta fides, uel ſi fuerit lata contra notorium facti, aut iuris, uel ex falſa & erronea cauſa aut à iure reprobata uel ſi euidenter conſtet de illius iniquitate, aut lata fuerit per falſas probationes contra abſentem dolo

aduerſarij inductas,et per iudicem pretio corruptum,aut per ſordes.i.gratiam,ambitionem,amicitias,odium,metum,colluſionē (iſtis tamen caſibus non irrita,ſed irritanda foret) ſed in alijs caſibus eſſet irrita,ſicuti etiam irrita eſſet ſi fuiſſet lata extra deducta et petita per litigatores,adeo quòd nō fuiſſet conformis petitioni,uel quòd non diffiniuiſſet totum negotium et controuerſiam in iudicio deductam (uidelicet quando res aut iudicium erat indiuiſibile) aut omiſiſſet reconuentionem licet hoc caſu magis ſit appellandum,quia ſententia non eſſet ipſo iure nulla.

Aduertatur etiam nunquid ſententia non diffiniuit negotiū, puta quòd non ſit abſolutoria neque condemnatoria in negotio principaliter deducto,uel quia ſit obſcura generalis,non continens certam ſummam in ſe,neque per relationem ad acta, aut fundata ſit ſuper incerto et futuro euentu,puta, quòd lata ſit ſub aliqua conditione extrinſeca,uel intrinſeca de futuro,et non ſtatim adimplebili,aut ſub conditione falſa , uel omnino impoſſibili : quia his et ſimilibus caſibus ſententia ex defectu ſolennitatis ac formæ ipſiuſmet inualida,et inſufficiēs iudicabitur : prout de his uidere poteris infra ſub Rub.de nullit.ex defec.proceſ.ac ſolen.et for.ipſ.ſent.ubi talia declarantur.Si præmiſſa igitur, patronus cauſæ(uidendo proceſſum)diligenter conſiderabit, de facili,ſi qui adfuerint defectus,ſeu nullitates reperiet. Et quoniam comperta nullitate , neceſſe eſt quòd coram iudice competenti pro illius cognitione et reuocatione proponat: idcirco ex inſtituto ordine uideamus,quis ſit iudex cōpetēs in cauſa nullitatis.

IN RVBR. SEV TITVL.

Coram quo &c.

SVMMARIA.

1 *Nullitas eorum quæ fiunt extra iudicium, coram quo iudice ſit proponenda.*

2 *Nullitas eorum quæ fiunt in iudicio,ante diffinitiuam ſen tentiam coram quo proponi debeat.*

3 Iudex

3 *Iudex tam ordinarius quàm delegatus in omnibus præter quàm in diffinitiuis poteſt iterum facere quod minus rite fecit.*

4 *Apellari poteſt ab actu ſeu decreto nullo, & tunc quis ſit iudex appellationis competens.*

5 *Nullum dicitur iniquum.*

6 *Appellans ſeu de nullitate, dicens uel aliàs grauatus ad iudicem grauantem remitti non debet.*

7 *Nullitas per appellationem ab interlocutoria, tacite non deuoluitur, ſecus per appellationem à diffinitiua, & num. 12.*

8 *Nullitas poſt diffinitiuam ſententiam coram quo iudice proponi debeat.*

9 *Iudex ordinarius ſuam diffinitiuam ſententiam nouiter prolatam reformare, ſeu de nouo pronuntiare poteſt.*

10 *Nullitas coram ſuperiore proponi & deduci poteſt.*

11 *Iudex & cognitor ſuæ propriæ iniquitatis nullus conſtitui debet.*

13 *Nullitas ex actis reſultans dicitur notoria & poteſt à quocunque etiam inferiori iudice cognoſci, quia dicitur incidenter deducta, ac ſuper ea neceſſario non eſt pronuntiandum.*

14 *Iudicis delegati iuriſdictio per pronuntiationem nulliter factam expirat, & qualiter intelligatur.*

15 *Auditores Rotæ in cognoſcendo ordinarij, in diffiniendo delegati habentur, ideo eorum ſententias nullas reuocare non poſſunt.*

16 *Auditores Rotæ habent iuriſdictionem habitu & non actu, & magis ſtrictam quàm cæteri delegati.*

17 *Delegati ad uniuerſitatem cauſarum habentur pro ordi-*

narijs,ideo illorũ ſententias nullas emendare poterũt.

18 *Iudices Romanæ curiæ an & qui habeantur pro iudicibus ordinarijs.*

19 *Iuriſdictio generalis ac generaliter conceſſa per literas ſpeciales quo ad expreſſa eneruatur & extinguitur.*

20 *Iudex ſuperior qui per uiam nullitatis ſeu querimoniæ adiri poteſt, quis ſit intelligendus tam in ordinario quàm delegato.*

21 *Iudici delegato non rite procedenti ordinarius loci, reſiſtere poteſt.*

22 *Nullitas an poſſit opponi & deduci coram executore.*

Coram quo póſſit, & debeat nullitas proponi, & quis dicatur iudex competens in cauſa nullitatis.

HAEC eſt antiqua quæſtio, uarijs & diuerſis locis, uario & diuerſo modo, ab antiquis & modernis doctoribus pertractata, ut patet ex his quæ ponit Dyn. in regul. quod ſemel. in princip. extra de regu.iur.& Barto.in.l.ſi expreſſim.colum. penul. uerſic. Quæro coram quo iudice.ff. de appell. & idem Bart.in.l.ſi ut proponis.la.j.ubi etiam Bal.col.penul.in fi.C. quo.& quand.& in.l.ſi præſes.ubi Ang.C.eo.tit.Bal.in.l.iiij.&.l. abſentem.uerſi. iij oppono.& ibi.Salicet.C.de accuſat.& in.l. iudex poſtquam, ubi Imola & Alex.& in.l.cum quærebatur.ff.de re.iud.Bal.in.l. Si aduerſus.C.ſi aduerſ.rem iud & in addi.ad Spec.in tit.de ſenten.col.j.uerſi.ſententiarum. & in.l.tale pactum.§. qui prouocauit.q.xij.ff.de pact.Innoc.in.c.de cætero.in fi.de re iud. &.c.dilecto.ubi latiſſime ponunt doctores maxime Philip. Franc.q. xvj. extra, de appell.& ideo Inno.Panorm. Felin.& alij in.c.in literis,de officio deleg.& idem Feli.in.c.per tuas,circa fin.de ſen. excom.Card.Anchar.Imo.& alij in cle.j.de re iu.Lanſ.de orig. in.c.

in.c.quoniam contra.§.Interlocutoriæ. uerſicul. Eſt tamen notandum,numero.xxij.de probationib.& alibi ſæpe.

1 Ex quorum dictis ſimul iunctis ſic dici poſſe uidetur, quòd aut agimus de nullitate eorum quæ fiunt extra iudicium, puta contractuum teſtamentorum,& ſimilium : & tunc nullitas huiuſmodi proponenda eſt coram iudice loci ordinario : quia declarare nullitatem eſt ſimplicis iuriſdictionis ideo quilibet ordinarius inter illos qui de ſua ſunt iuriſdictione,cenſetur iudex cõpetens : ut uoluit Bald.in.l.Si ut proponis.la.j. ſuper gl.fi.quam ibi uocat ordinariam.C.quo.& quand.iud. & Franc.in.d.c.dilecto.q.xxviij.in prin.de appel.& uidetur probari in.l.ſi dolo.& l.j.C.de reſcind.uend.et l.ſi his.C.de præd.mi.l.ſi pater.C.quãd.prouoc.nõ eſt nec.in quibus patet quòd in ſimili materia iudex ſeu rector loci adeundus eſt : et hoc non habet dubium.

2 Aut agimus de nullitate eorum quæ in iudicio aguntur, et tunc ſubdiſtingue, aut uolumus agere de nullitate ante ſententiam diffinitiuam, puta alicuius decreti ſeu interlocutoriæ, aut poſt,ſi ante,aut agere,et proponere nullitatem intendimus ſeparatim,et abſque appellatione, aut ſimul cum ipſa appellatione,ſi ſolam nullitatem proponere uelimus,tunc quia iudicandum eſt ex eiſdem actis,ne continentia cauſæ diuidatur: nullitas coram eodem iudice proponenda eſt,coram quo cœpta fuit, et pendet controuerſia per reg.l.ubi cœptum.ff.de iud.iuncta.l.nulli prorſus.C.de iud.authen.et conſequenter, cum ibi not.C.de ſenten.l.iiij.de quibus reb. ad eund.iud. ea. Cum alijs de quibus per Innoc.in.c.cum M.in fin.de conſti.

Et quòd iſto caſu nullitas ſit proponenda coram eodem iudice, et non alio etiam ſuperiore, tenuit Innocen.in.c. dilecto. de appella.quem ſequitur Bartol.in.l. ſi aduerſus rem iudic.et in l.j.colum.v.uer.denuò quæro.C.quam. prouoc. non eſt neceſſ. Ang.in.l.præſes.C.eodem titul. & Lanfr.in.c. quoniam contra in.§.interloco.num.xxj.de probat.cum alijs, de quibus per Felin.in.c.in literis.colum.penult.uerſicu. primo tamen declara de offic.delega.et Franc.in.d.c.dilecto.q.xxvij.uerſic.ij.limita.&c. de appell.

3 In omnibus etenim,præterquam in ſententijs diffinitiuis, poteſt & debet tam ordinarius, quàm delegatus iterum facere quod minus rite fecit,inquit Spe.in titu.de prol.ſenten.§. qualiter.col.iiij.uerſic.hoc quoque notandum,et Bald.in ad. eiuſdem titu.

titu.col.ij.uerſi.proceſſus non rite factus,et facit deciſ. dominorum.cccxlj.dubitatur. in no.& ponunt ſcrib.in l.quod iusſit, et l.iudex poſtquàm.ff.de re iud.c. ſignificantibus.c. cum ceſſante. extra de appel.c.ſi à iudice.eod.tit.in.vj.c.in literis. et.c. conſuluit.de off.deleg.cum uulg.

4 Si nullitas deducitur ſimul cum appellatione ab aliquo grauamine ante diffinitiuam interpoſita, (poteſt namque à decreto etiam nullo appellari,iuxta tex.in.c.exhibita,in fin. de iud.c. ſignificauerunt,de except.ponit Ant.& Franc.in.d.c. dilecto.q. vij.cum aliis de quibus per Alex. conſi.cxxx. ponderatis circa fin.lib.vj.) tunc ſi nullitas deducitur in iudicio tanquam grauamen pro iuſtificatione appellationis interpoſitæ, & hoc ſit expreſſum in eadem appellatione, iuxta deciſionem dominorum deciſ.vij.uerſic.ex hoc inſurgit,in no. & cle. appellati. de appellat.Iudex appellationis erit iudex competẽs nullitatis: hoc etenim caſu nullitas eſt annexa & inſeparabilis ab ipſa appellatione,prout ſolet notari in.c.primo. &.c. accedens.el.ij. ut li. non conteſt.quinimo appellatio hoc caſu fundata eſt ſuper ipſamet nullitate tanquam iniuſtitia & grauamine: quia omne nullum

5 eſt iniquum.l.ſcire oportet.§.ſi.& l. qui teſtamento.ubi Bald.ff. de excu.tut.& idem Bal.in.l.i.colum.iij.uerſic.iiij.oppono.C.de fruct.& lit.expen.& in addi.Spec. de ſenten. col.xviij.uerſicul. ſtatu dicit & ponit Aegid. conclu. ccxliij. appellans. ubi dixit quòd nulla eſt maior iniuſtitia quàm nullitas: nam quod nulliter fit male fit, & propterea pars grauatur, inquit Bald. poſt glo.in.l.ſi ut proponis.in ſi.C.quo.& quand. iud.

6 Et graue eſſet quòd taliter grauatus & appellatus,ſeu per uiã nullitatis aut querimoniæ ad ſuperiorem recurrens(iuxta tex. in.l.iiij.in uerb.querimoniæ.C.de accuſatio.& gl.in uerb. debitum.in.c.concertationi.de appel.in.vj.ubi per Archi.& Ioann. And.& Bal.in.d.l.ſi aduerſus rem iud.)remitteretur ad iudicem grauãtem, quia hoc fieri non debet.l.eos.C.de appel.c.per tuas, de ſenten.excom.c. accepta de appel.ponit Aegid.concl.xxiiij. Camerarius.niſi aliter ex aliqua iuſta cauſſa ſuperiori uideretur, ut notat glo.in uer.deciſum.in.d.l.eos.& eſt.tex.in.c.qualiter & quando.de accuſ.& facit tex.in.c.olim.de excep. &.c. graue. de offic.ordi.cum ſimul.

Si uero nullitas non foret expreſſa in appellatione,neque per modum iniuſtitiæ,& iuſtificationes appellationis in iudicio deducerentur,

ducerentur,iudex appellationis à grauamine non poſſet de nul litate cognoſcere,ex quo non poteſt ſe intromittere neque co gnoſcere de cauſis nominatim in appellatione non expresſis,iu xta textum,in d.cle.appellati. Per ſimplicem igitur appellatio

7 nem ab interlocutoria non deuoluitur nullitas, ſed grauamen duntaxat expreſſum,ut not.in.cap.ut debit.&c. Romana de ap pel.& ponit Rot.ccclxxxix.ſi appelletur.in not.poſt Inn.in.d. c.dilecto.& tenuit Guid. Pap. in tract. de appell. quæſt. lxvij. quamuis ſecus ſit quando appellatur à diffinitiua:quia tunc etiã nullitas ad iudicẽ appellationis tacite deuoluitur,& ſuper utroq; idem iudex cognoſcere poteſt, iuxta tex.in.l. quædam mulier. ff.fa.erciſcun.&.l.Carmelia pia.ff.de iurep.& ita tenet Inno.in.d. c.dilecto.& ibi Bald.col.ij.in fi.& Franc.quæſt.xix.qui hoc de clarat,extra de app.& ponit idem Guid.in loco,de quo ſupra.q. xlvi.& Deci.conſi.cclxxv.uiſo,col.iij.uerſic.nec ob.lib.ij.

8 Si tractabimus de nullitate poſt diffinitiuam ſentẽtiam, tunc ſecundum communem ſententiam doctorum diſtingui conſue uit,quòd aut proceſſum fuit coram delegato , aut coram iudice ordinario,ſi coram iudice ordinario , & prætendens ſententiam nullam petat principaliter eam ex eiſdem actis reformari,habi ta prima pro nulla, ex quo principaliter de reformatione & in cidenter de nullitate agitur,ratione huiuſmodi incidentis quæ ſtionis nullitas coram eodem primo iudice proponetur , & de ea cognoſcetur,arg.tex.in.l.quoties.C.de iud.tenet gl.in.d.l.iiij. C.de accu.&.l.præſes.C.quom.& quand.&.l.j.C.de ſenten.e.ue nerabilibus.poſt princip.de ſenten.excommuni.libro.vj.

Sed ſi nullitas principaliter deducetur , ac petatur ſententiam declarari nullam,tunc erit in optione ipſius grauati coram quo uelit nullitatem oſtendere,uidelicet nunquid coram iudice pri mo,uel iudice appellationis: & hæc eſt communis diſtinctio do ctorum prout atteſtatur Fel.in.c.per tuas.col.fi. de ſenten. ex com.poſt Imol.in.l.ſi iudex,de re iud.& idem Fel.in.d.c.in lite ris.col.penul.uerſi.quis dicatur etiam competens. de off. deleg.

9 Poteſt namque iudex ordinarius reformare ſuam ſentẽtiam diffinitiuam nulliter prolatam, ex quo per prolationẽ ſententiæ quæ nulla eſt,eius officium & iuriſdictio non expirat, ut eſt gl. ordinaria.& ibi Bal.& alij in.d.l.ſi ut proponis,la prima.C.quo. & quand.&.d.l.præſes.C.eod.ti.l.j.iuncta gl. in uer. profertur. C.de adu.diuer.iud.&.d.l.j.C. de ſen.l.ſi accuſatoribus.C. de ac

cuſat.

cuſat.l ſi.ubi Bald. & Ang.C.de ſentē.quæ ſine cer.quā.prof.eſt glo.in.c.loci.xxxv.quęſt.ix. & facit tex. in.c. Diabertum, ibi reiterari oportet,quòd male actum eſt.&.c.vij.queſt.j.& tex.in l.quid tamen.&.l.quia.ff.de arb. & ponunt doct. omnes in.d.c. dilecto & Fel.in.c.qualiter & quando,el.j.col.xxj.uerſi.viij.fallit.extrà de accu.quod procedet etiam ſi iuriſdictio talis iudicis fuiſſet prorogata,& uigore huiuſmodi prorogatio. pronuntiaſſet,quia nihilominus ſi ſentētia fuerit nulla, poterit iterato pronuntiare.ita Paul.de Caſt.in.l.j.in.c.j.ff.de iu.& in terminis Gu. Pap.quæſt.cccclxij.utrum iuriſdictio prętermittitur. ponit etiā Capitius in.j.deciſio.Neap.colum.vij.num.xxvj.cum ſeq.

10 Et quòd iudex appellationis, uel ſuperior ſuper cauſa nullitatis huiuſmodi etiam adiri poſſit,probat tex.in.l.abſentem.C.de accu.l.j.§.j.iunct.gl.in uerſi.iudex quæſtionis.ff.quæ ſent.ſi appel.reſcind.c.fraternitatis.de ſrigi. & male. ponit Bar.& omnes alij in.d.l.ſi expreſſim.col.pe.cum alijs locis,de quibus ſupra in prin.& facit quod ponit Alex.cōſ.lxxiij.nu.xj.& conſ. lxvij.li. vj.& hoc maxime procedit,uidelicet quòd nullitas ſit corā iudice ſuperiore proponenda, qn̄ nullitas per iniuriā ac malitiā ſeu ſordes ipſius iudicis primi proueniret: quia tunc ulterius coram ipſo non eſſet procedendum: cum non ſit ueriſimile,quòd pronūtiet ac declaret id,in quo uerſatur ſua turpitudo, & propterea

11 non debet ſuę iniquitatis cognitor fieri,ſed iri ad ſuperiorem,ut in.d.l.abſentem.C.de accuſ.& Iac.de aret.in.l.eos.C. de app.quē ſeq.Bal.in.l.j.col.iiij.uerſi.v.quæro.C.quand.prouo.non eſt neceſ.Ang.in.l.ſi expreſſim.colum.ſi. Fran.in.d.c.dilecto. quæſt. xxvij.Bal.in.d.l.ſi ut proponis col.penul.in ſi.C.quo. & quan. & Fel.in.d.c.in literis.col.ſi.de offic.deleg.Paris de put.in tract. ſind.in uer.corruptio.colum.j.uer.licet ſententia iudicis.& tenet

12 Lap.alleg.j.colum.ſi.Et hoc caſu nullitas coram ſuperiore iudice deducta,totam cauſam ac principale negotiū deuoluit, prout deuoluit appellatio à diffinitiua: unde talis iudex nedum ſuper nullitate,quinimo etiam ſuper principali negotio pronūtiare poterit,ut uoluit idem Bar.in.d.l.ſi expreſſim.col.penu.&.d.l.ſi ut proponis.& l.j.C.quand.prouo.Salicet.in.d.l.ſi præſes.C. quo. & quand.& docto.in.d.l.iiij.C.de accuſ.Abb.in.c.cum Ioānes, in fine.de fid.inſtru.cum alijs de quibus per Alex.conſ.clxxix. proſpectis.li.ij.Bal.in.l.ij.q.xiiij.C.de reſcind.uend. Frā.in.d.c. dilecto.q.x.&.q.xxxij.ubi no.loquitur.& Lap.alleg.ij.cū ſi.

13 Et

13 Et eſt aduertendum, quòd ſi nullitas reſultat ex eiſdem actis & proceſſu, ex quo tunc dicitur patens & notoria. argu. l. ſi quis legatum. ff. de fal. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. cclxxxij. col. j. nu. iij. lib. vj. & conſi. lix. nu. xvij. li. iiij. Tali caſu nullitas ſemper cenſetur incidenter in iudicio deducta, ut uoluit Old. cõſil. ccv. & Bartol. in. d. l. Si expreſſum. colū. antep. & firmat deciſ. Neap. cclxxxiij. diu eſt &c. Idcirco de ea taliter deducta & apparente nedum idem iudex primus, quinimo quilibet alius etiã inferior cognoſcere poterit: cum nulla ſuper ea ſit ferenda ſententia, ſed habita prima pro nulla, de nouo ſuper negotio cognoſcendum ſit. ut in. c. fraternitatis. de frig. & male, &. ca. cum Bertoldus. & ibi Inno. in fin. de re. iud. ubi Papa habita prima ſententia pro nulla, de nouo pronuntiat ſuper principali negotio: & quòd de huiuſmodi nullitate ex actis reſultante quilibet etiã inferior cognoſcere poſſit, tenet Bald. in. l. ſi aduerſus. C. Si aduerſ. rem iud. & Peruſ. in. d. c. dilecto. quæſt. xxviij. uerſ. ſed limita. primo. de appel. cum ibidem adductis.

14 Si autem iudex qui proceſſit & diffinitiue pronunciauit fuerit delegatus, ex quo officium & iuriſdictio ipſius per pronuntiationem etiam nullam expirat, ulterius ſe in cauſa huiuſmodi intromittere nequibit, ſed ad delegantem uel alium ſuperiorem iudicẽ eundum erit: ut probatur in ſæpe alleg. l. ſi ut proponis. la prima. & ibi gl. fin. Bald. & alij. C. quo. & quand. iud. l. qualem. ff. de arbit. l. ſi de proprietate. C. ſi à nõ competenti iud. l. cum nõ eo. C. quand. prouo. non eſt nec. c. in literis. & ibi hoc poſuit Inno. & alij poſt eum. de off. deleg. Spec. in tit. de ſent. in. §. qualiter. in quarta col. Et tenet Rot. deciſ. cccxlj. dubitaĩ utrũ aud. in no.

Quod intellige, dummodo delegatus uſus fuerit mandato, ac ſeruauerit in procedendo illius formam, & ſuper toto principali negotio, non autem ſuper illius parte, aut inſtantia, uel proceſſu pronuntiaſſet: quia tunc eius officium adhuc duraret, & poſſet de nouo pronuntiare: ut dictum fuit de iudice ordinario. arg. c. examinata. & c. penu. de iud. & quod ponit Rot. lxxxvj. Si à pronuntiatione: & lxix. actorem. & lxxiij. Si auditor. in no. & facit tex. in. l. quid tñ. ff de arb. Ita declarat & etiã quædam alia ponit Bal. in add. ad Spec. de ſent. colum. prima, poſt princ. Salic. in. d. l. ſi ut proponis. doctores maxime Franc. in. d. c. dilecto. q. xxvij. & q̃ſt. xxxvj. Ab. & Fel. qui ſuper hoc ponit octo limitationes, in. d. c. in literis. de off. deleg. Latiſſime ponit idem

Feli.

Feli.in.c.qualiter & quando el.primo,col.xxi.uerſ.ſed hanc ultimam.extra de accuſ.ad quos poteris caſu occurrente conuolare.Et ad Nicolaum Boerium in deciſ.vj.Parlam. ubi examinat articulum,& aſſerit iudicatum fuiſſe hoc non procedere in delegato principis,qui in hoc æquiparatur ordinario : & ſi nulliter pronuntiauit,iterum pronuntiare poteſt ſecundum ipſum.

15 Eſt etiam aduertendum,quòd ſacri palatij apoſtolici cauſarũ auditores quo ad pręmiſſa habebuntur pro iudicibus delegatis, quoniam etſi habeant ordinariam poteſtatem in cognoſcendo, habent tamen delegatam in pronuntiando , & diffiniendo : & ideo eorum diffinitiuas ſententias etiam nulliter prolatas non poterunt reuocare,neque reformare ad inſtar delegatorum : ut ſupra dictum fuit,prout tenent ipſimet.r.p.d.Auditores deciſione.cccxli.dubitatur utrum auditores,&c.in no. & ſentit Specula.in titulo de officio.ordin.§.primo.colum.ij. & titulo de iudi. delega.§.Iam nunc.uerſic.item non obſtat.& titul.de citation.§. final.in princip.& titul.de audit.poſt princ.& per Bart.in.l.pręcipimus.§.primo.C.de appel.late per Feli.in rubr.de offi. deleg. col.iij.uerſi.quæro utrum audit.& in rubr.de reſcrip.col.ij. uerſ. ex quo forte.Caſſad.deciſio.v.num.iij eod.titu.quinimo auditores præfati habent iuriſdictionem habitu dũtaxat,& non actu: & ideo quotidie in Ro.cu.fiunt commisſiones,& reſcripta, per quæ datur illis exercitium iuriſdictionis habitu competentis : ut docet ipſimet deciſ.ccccxxix.in cauſa beneficiali.& deciſ.ſeq. circa fi.in no.ac etiam ipſi ſtrictiorem in multis habent iuriſdictionem quàm cæteri delegati,ut dicit deci.cccvj.Si acta.in no. & patet deciſi.dxcix.licet iudex.&.dcccxviij. Sciendum eſt.&. dcxcij.in antiqu.in quibus.dicitur præteritos dominos auditores non poſſe abſoluere ad cautelam , neque pronuntiare ſuper deſertione appellationis,abſque ſpeciali mandato Papæ, quamuis alij iudices hoc facere posſint,ut ibi per eos.

17 Cæteri autem delegati ad uniuerſitatem cauſarum ordinario æquiparantur , ideo ad inſtar illorum poterunt ſententias ſuas nulliter prolatas emendare,& corrigere:ut uoluit Ang.in.l. iudex.ff.de re iud.& Fel.in.c.qualiter,& quand.el.i. colum.uigeſimaprima uerſic.ſecundus caſus.de accuſa.per Bal. in l.ſi ut proponis.C.quom.& quand.& multa cumulat idem Felin. in capitulo cauſam.colum.quarta.uer gloſa. in uerb. unius de offi. deleg.poſt Abb.in.c.cum Bertholdus.colum.vj.uerſi.quia delegatus.de

ſtus.de re iud. et Spec.in tit.de offic.ord.§.i. uerſi. Item ordinarius.& ibi Bal.cum alijs,de quibus per Alex.conſ.xii.uiſo.col.ii. in princ.lib.vi.

18 Idcirco Romanus Camerarius, auditor generalis ipſius cameræ apoſtolicæ,urbis gubernator uicarius, ſenator, mareſcallus,et auditor contradictarum,qui in dicta Ro. cu. pro iudicibus ordinarijs reputantur,ut uoluit glo.in cle.ſi auditor. de reſt. et cle.ne Romani.in uerb.camerariũ.de electio. poſt Hoſti. in ſumma,de offic.ord. in princ.& Spec.eo.tit.in prin. etiam quòd eſſet uerũ,quòd (proprie loquendo) nullus præter Papam in dicta Romana curia dici poſſet iudex ordinarius, ſed omnes ſu praſcripti ex generali delegatione procederent: ut uoluit Archid.in.c.experientia.xi. quæſtio prima nihilominus ex quo ſunt ad uniuerſitatem cauſarum delegati, ad inſtar ordinariorũ, illorum ſententias nullas reuocare,et ex integro pronunciare poterunt,per ea quæ ſupradicta ſunt:quod intellige procedere in cauſis,quas ipſi tanquam ordinarij, ac uirtute generalis illorum delegationis,et facultatis cognoſcunt: ſecus ſi ex ſpeciali reſcripto commisſio alicuius cauſæ illis demandaretur: quia ſtante

19 huiuſmodi ſpeciali reſcripto, illa prima generalis commisſio ceſſare uideretur, per text.in.c.paſtoralis.ibi iuriſdictio per generales literas attributa, per ſpeciales, quantum ad ea quæ ſpecialiter exprimuntur,penitus eneruatur, &c.&.c.i. de reſcrip. & c.ſtuduiſti de offi.leg. Nam mandatum ſpeciale generali derogat,ut in terminis dixit Ang. in.l.cum prætor,in prin.ff.de iud. & Dec.cõſ.dclxiiii.uiſo legali.prope fi.lib.v.et eſt dec. Bal.in.c. uero.§. ad hæc. colum.v. uerſicu. ex præmiſſ. de pact. iur. fir. quam nis ſi talia reſcripta uero ordinario dirigerentur non mutata,ſed excitata potius diceretur iuriſdictio, iuxta text. & notata in.l.fi.§.Dato,ff. à quib.app.non lic.& in.c.licet in corrigendis,&c.de offic.ord. ponit Feli.in.c. cum ex officij. colum.xiii. uerſi. primus eſt.de præſcript.ubi not.loquitur.

20 Inſuper pro iudice ſuperiore,quoad præmiſſa, intelligere potes ipſum Papam, ad quem omisſis medijs poteſt unuſquiſque habere recurſum.c. Si quis,c.ad Romanam.ij.q.vi.c. Antiquæ. et ibi gl.fi.de priuil.c.ſi duobus, in fi. cum ibi not. de app.c. ex tenore.de for.comp.Et quod dicitur de Papa, intelligitur etiam de alio ſupremo principe, qui inter ſubditos ſuos ſemper iudex competens intelligitur.l. ſi cuius.§. ſi uero.ff.de app.recip. aut ſi

C adeſſent

adeſſent gradus iuriſdictionis diſtincti, et prærogatiua ſeruari deberent, iuxta tex.in.l. præcipimus et l. in offerendi. C.de app. & trad. Bal. in.d.l. ſi ut proponis.colum.iiii. per not. in.c. Romana.de fo. comp.lib.vi. et in.c. paſtoralis. in princ. de offic. ord. ponit Bart.in.l.omnes pop.in.iii.quæſt.prin.uerſi.iuxta præmiſſa.ff.de iuſt.et iur. ponit Franc.in.d.c.dilecto. quæſt. xxvii. et.c. ſi duobus colu.penul.ubi illud quod dicit de Papa, intelligit etiam de ſuo legato.extra de app. Et per Abb. Fel. & alios in dicto.c. in literis,pen.col.in fi. de off.dele. et per eundem Fel. in.c. per tuas col.fi.de ſenten. excom. ubi etiam reperies nunquid nullitas abſque appellatione posſit ab ordinario ad Metropolitanum deuolui: et concluditur magis communiter quòd non, per text. in.d.c.Romana.in princ. de fo. comp. in.vi.quicquid dixerit Abb. in d.c. in literis, qui ab aliis reprobatur. ut per Feli.ibi,in fi.et Franc. in.d.c.dilecto.quæſt.xxvii.

In delegatis uero ſeruabitur modus,et ordo datus in.c. ſuper quæſtionum.in.§. porrò de offic. deleg. et in.c. ſi delegatus eo.tit.in.vi.Ideo ſi delegatus principis cognouerit, ſolus princeps, uel is cui ipſe delegauerit, nullitates.et geſta ipſius reuocabit.l.ſi
21 aduerſus.C.ſi aduer. rem iud.l.i. C.ubi, et quand.l.minor in.fin. ff de minor.quamuis etiam ordinarius loci delegato huiuſmodi non rite procedenti poſſet reſiſtere: ut uoluit Domi. in.c. ſtatutum.in.§.fin.et ibi Io.And.de reſc.in.vi. Butr.in ultimo not. et Card.in.c. ſtuduiſti.de offic. leg.Franc.in.d.c.dilecto.col.xxiiii. uerſi. limita primo,de app Roma.conſ.cccxxxv. colu.iii. uerſi. ii.quia. et ſentit Bal. in.d.l.ſi aduerſus: quia iudici etiam ſuperiori quando officium, et poteſtatem ſuam egreditur,parentum nõ eſt.l.non uidetur.§. qui iuſſu.et ibi glo.ff.de reg.iur.ponit Abb. in.c.ſi quando.in fi de reſcrip. cum aliis de quibus ad propoſitum ponit Deci.conſi. lxxii. col.ii.in princ.

22. Nunquid autem nullitas opponi posſit coram executore, conſueuit dici quòd ſic,non quod ſuper illa executor poſſit, aut debeat pronunciare, ſed huiuſmodi incidentem quæſtionem ad ſuperiorem remittere,et interim (ſi de exceptione conſtabit) in exequendo ſuperſedere poterit prout per ſcribentes in.c. decætero.ubi Panor. poſt Inno.de ſenten. et re iud. et idem Panor.in c. paſtoralis.§.quia uero.col.ii.in prin.de off. deleg.Anch.in cle. i.col.fi.de re iud.Inno.in.c.cum in iure, de off.deleg. Bart.in.l. ſi prætor.ff.de iud.et in.l.a Diuo Pio. in prin.in.iii. col. et.l.iiii.§.

con-

condemnatum.ff.de re iud.et.l.fi.C.ſi ex fal. inſtru.ponit Bal. in add.Spec.tit.de ſenten.col.vi.uerſ. an coram iudice, et executore.et Lap.alleg.ii.diſputat.col.fi.ubi inter alia dixit, quòd licet executor exceptiones contra ſententias non admittat,exceptiones tamen defectus poteſtatis ſuæ, aut committentis concludentes, admittere debet: ut ibi per eum, et latius per Guid. Pap. quæſt. dlxxiiii.an iudex.ubi uide.

Ex his igitur colligi poteſt quis iudex ſit competens futurus in cauſa nullitatis.Et uiſo de iudice,neceſſe eſt uidere de litigatoribus,uidelicet quis poſſit dicere de nullitate,etc.

IN RVBR. SEV TIT.

Quis poſſit dicere de nullitate.

SVMMARIA.

1 *Nullitatem proponere poteſt quilibet, qui non reperitur prohibitus. et num. 5.*

2 *Nullitatem obijcere poteſt etiam is, qui reportauit ſententiam in fauorem.*

3 *Nullitatem obijcere poteſt tam neceſſarius, quàm uoluntarius defenſor.*

4 *Appellare poteſt quilibet ratione ſui præiudicij, & intereſſe.*

6 *Nullitatem quis proponere poteſt,nedum ratione ſui, uerumetiam ratione publici iuris, & intereſſe.*

7 *Statutum quòd bannitus impunè offendi poſſit,publicam utilitatem concernit.*

8 *Cauſæ publici iuris humani, & diuini in quibus quiſque de populo auditur,quæ ſint.*

9 *Nullitatem contractus alienationis rerum eccleſiæ quilibet opponere poteſt.*

10 *Nullitates, quæ publicam utilitatem concernunt, maximè quando ſunt notoriæ, etiam ex officio iudicis ſuppleri debent, & poſſunt.* Et num. 57.

11 *Probatio ex actis reſultans dicitur probatio liquida, & reijci non debet.*

12 *Defenſiones abſentis quilibet poteſt proponere: quia publicè intereſt.*

13 *Defenſio nunquid deneganda, quinimo ex officio iudicis inueſtiganda eſt.*

14 *Iuris publici quod eſt principaliter, etiam priuati iuris ſecundario exiſtit.*

15 *Nullitatem opponere poterit tertius pro intereſſe ſuo comparens, etiam quòd cauſa eſſet commiſſa cum clauſula nullitatibus reiectis.*

16 *Ius tertij in quacunque diſpoſitione ſemper intelligitur præſeruatum.*

17 *Obligatio quantumcunque garentigiata non habet ſolitum fauorem, nec exequi poteſt contra tertium, prout contra ipſos contrahentes exequeretur.*

18 *Tertius poteſt de nullitate excipere etiam quòd litigatores principales non poſſent.*

19 *Tertio nullitatem proponenti non obſtat exceptio trium conformium ſententiarum.*

20 *Tertio ad cauſam uenienti non obſtant renuntiatio, neque confeßio rei principalis, uel ſuſpenſio petitorij, nec exceptio ſpolij, & attentatorum, ſed quomodocunque in iudicio poteſt opponi prout hic.*

21 *Tertius poteſt nullitatem obijcere etiam quòd principalis litigator recuſet, & prohibeat.*

22 *Tertius ad cauſam ueniens in primis debet docere de ſuo*

intereſſe

intereſſe ſaltim ſummarie, ut nu.24.

23 *Tertius non impedit appoſitionem ſequeſtri, neque miſſionem poſſeſsionis ſi ſua non interſit.*

25 *Tertius ad cauſam ueniens admittendus eſt in ſtatu, & terminis in quibus cauſa reperitur: ideo præcluſa uia principali litigatori cenſetur etiam ipſi tertio illi adhærenti præcluſa.*

26 *Appellationi ab alio interpoſitæ adhærere uolens, debet intra decem dies adhhærere.*

27 *Tertius quando militat præſumptio malitiæ, & quòd uenit ad impediendum, & ut faueat reo non eſt audiendus.*

28 *Calumnia ceſſat ſi nullitas allegata reſultat ex actis.*

29 *Tertius ſi fuerit inhabilis, & incapax iudicij non eſt audiendus in cauſa nullitatis, & nu.31.*

30 *Excommunicatus tanquam actor non poteſt obijcere nullitati.*

32 *Procurator falſus qui ſententiam contra ſe obtinuit hæres factus ab eo cuius nomine egerat, non poteſt ſententiam huiuſmodi dicere nullam ex defectu mandati.*

33 *Appellare prohibitus non eſt prohibitus dicere de nullitate: quia remotu uno remedio remaneret aliud ſecundũ communem opinionem doctorum declara, ut nu.36.*

34 *Appellare non licet de iure ciuili in cauſa momentaneæ poſſeſsionis, ſed de nullitate dici poteſt.*

35 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & non comprehenditur id, quod non fuit expreſſum.*

37 *Nullitate per ſtatutum, uel alias remota nõ includitur nullitas ex defectu iuriſdictionis, etiam q; eſſent lata tres cõformes ſententiæ, uel iuratũ non dicere de nullitate.*

38 Iuriſdictio, & poteſtas pro conſtanti in quolibet actu præſupponitur à lege qualitercunque diſponente, ideo ſemper opponi poteſt quod non eſt ſententia, ex quo talis non erat iudex, & nu. 40.

39 Nullitas quãdo p̃ modũ negationis proponitur, ut nego talẽ fuiſſe iudicẽ, uel procuratorẽ, nunquã cẽſetur excluſa.

41 Nullitate remota non includitur illa quæ ex inhabilitate perſonarum prouenit, quæ ſemper opponi poteſt.

42 Nullitas quòd proponi non poſsit, uel quòd actus ualeat, paria ſunt.

43 Diſpenſatio, & rehabilitatio perſonarũ nõ præſumitur.

44 Perſonarũ inhabilitas eſt defectus releuans, et de eo in primis in quocunque iudicio etiã ſummario quærẽdum eſt.

45 Iudex ex officio aſſertum procuratorem ad exhibendum mandatum cogere poteſt.

46 Iudex ex officio perſonas inhabiles comparentes, uel etiam teſtes repellere poteſt.

47 Clauſula omnes, & ſingulos defectus ſupplendo, &c. non ſupplet inhabilitates à iuregentium prouenientes.

48 Clauſula motus proprij non inducit diſpenſationem, neque habilitatem perſonarum.

49 Nullitate remota non includitur nullitas ex defectu citationis, quia eſt iuris naturalis.

50 Nullitate remota non includitur illa, quæ ex capite alterius ſtatuti prouenit, neque notoria, id eſt ex facie actorum reſultans. 51. Quia talis non indiget propoſitione, nu. 52. & ex officio iudicis ſuppleri debet, nu. 57.

53 Notorium regulariter allegari debet, præterquam ſi ſit notorium ex actis reſultans.

54 Nullitas notoria, id eſt ex facie actorum, uel publici inſtru

menti

menti reſultans, etiam termino, & inſtantia decurſis opponi poteſt maximè per uiam exceptionis.

55 Nullitate remota non includitur nullitas ineptitudinis libelli, quia etiam iſta dicitur notoria, & irreparabilis prout non includitur etiam nullitas ex perplexitate, & contrarietate inſurgens, & num. 56.

57 Statutum, ac diſpoſitio generaliter loquens ad uerisſimile, & rationabile reduci debent.

Quis posſit dicere de nullitate.

1 DE NVLLITATE dicere, ac excipere poteſt omnis, qui ex ea ſenſerit ſe grauatum, quia eſt remedium iuris: & ſolum quærendũ eſt, quis ab eo prohibeatur. arg. tex. in. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procur. l. ab ea parte. ff. de proba. l. i. in prin. ff. de teſt. l. ſolennis. ff. de iud. l. necnon. §. quod eis. ubi glo. ordinaria. ff. ex quib. cau. maio. c. fi. xxx. q. ii. c. inter in corporalia. col. iii. et ibi gl. in uerb. non inuenitur. de transla. epi. cum simil.

Et nempe quo ad perſonas in actu, ſeu iudicio principaliter comprehenſas, et nominatas, non eſt dubium, quia non ſolum is, contra quem actus, et ſententia formati ſunt, uerum etiam is qui ſententiam, ſeu alium actum in eius fauorẽ eoſecit, uel re-
2 portauit, poteſt uenire cõtra, et dicere de illius nullitate, ut probatur in. l. i. C. de libe. cauſ. et in. l. ſi tibi. C. de euictio. et. l. ii. C. ſi aduerſ. rẽ iud. l. quemadmodum. C. de agric. et cẽſi. l. iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſ. eccl. inſt. quib. alie. lic. poſt prin. c. Si quis presbyterorũ. de reb. ecc. nõ alie. notatur in c. diuerſis fallacijs, de cle. cõiu. ponit Abb. in. c. trãſmiſſæ. in. iii. not. de iurep. et Alex. conſil. cxxiii. diſcusſis. col. iiii. lib. i. et cõſ. xciii. Viſis. in princ. et cõſ. cij. uiſis. col. iiij. uer. Non obſtat ſecundum. lib. ii. et cõſ. cix. uiſo. col. ij. uerſ. nec obſtat li. iiij. Tangit Dec. cõſil. clxxxv. col. ij. in fi. lib. j. et conſ. cccclxv. in caſu. col. vii. uerſi. et applicando lib. iiij.

Si uero fuerit perſona in actu ſeu iudicio de quo agitur. principaliter non comprehenſa, tunc nunquid, et ipſa posſit ſe hoc in

ris remedio adiuuare,et dicere de nullitate actorum, quæ inter alios facta ſunt, dici poteſt quòd ſine perſona huiuſmodi fue-
3 rit neceſſarius defenſor,puta quòd ab aliquo ex litigatoribus in iudicio nominatus extiterit, iuxta materiam legis.ij. C. ubi in rem actio,etc.quoniam frequenter.§.in alijs, extra ut lite. non conteſt.et per Bal.in auth.nunc ſi hæres.col.j. C. de litig. Siue nunc fuerit uocatus, ſed pro ſuo intereſſe ad cauſam uolontarie ad executionem impediendam acceſſerit ratione ſui intereſſe ac proprii præiudicij nullitatem proponere, uel eam iam propoſitam proſequi poterit.arg.l.ille à quo.§.j. iuncta.l. ita tamen.§.. quoties.ff.ad Tre.& ibi Bar.& in.l.ſi quis libertatem. ff. de pet.
4 hære.et.l. Titia.ff..ſolu.matr. prout talis perſona poſſet ratione ſui præiudicij appellare: ut habetur in.l.ſuſpecta.ff.de inoff.teſta. et in.l. à ſententia.et.l. ſi præluſorio.&.l.ſi à creditore, & ubiq; docto.ff.de ap.l.ſuperatus.ff.de pign.l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud.l.parentes.C.de euict.c.ii.in fi. ut lit. pendent in vi.c.cum ſuper.de re iud.c.ueniens,el.ii.ubi latiſſimè ſcribentes. de teſti. ponit Rot. Deciſ. cclxxxii. nota qualiter in antiqu. et Alex.conſil.ci.in prin.lib.v.Et quoniam materia hæc tertij pro ſuo intereſſe comparentis eſt ualde utilis & frequens, ideo aliqua hic magis utilia repetere non erit incongruum. Et expediemus(quoad materiam noſtram)articulum, ponendo regulam,& quatuor illius declarationes,ſeu ampliationes,totidemq; reſtrictiones ſeu limitationes ad eandem.

5 Regula igitur ſit, quòd quilibet ratione ſui pleni, uel talis qualis præiudicij. de nullitate dicere poteſt,& hoc per iura ſuperius allegata.

6 Hanc regulam primo (ampliando) declara nedum ratione ſui priuati iuris, uerumetiam reſpectu iuris publici de publicæ utilitatis procedere,& propterea ſi extaret ſtatutum quòd relegatus ſeu bannitus pro homicidio, impune offendi poſſet,cum ſtatutum huiuſmodi publicam utilitatem concernat, iuxta no. in.l.i.&.ii.C.quando lic.unicui. ſi.iud. ſe uindi.cum alijs de quibus per Deciſ.in conſil. cccxxvii. colum.ii. nume.iii. in fi. poſſet unuſquisque de populo in iudicio comparere, & homicidam taliter banniti, etiam per remedium nullitatis defendere ac tueri: illique taliter comparenti obiici non poſſet, quòd ſua non intereſſet per docto. Bart. quam ibi ſequitur Ange. Salic. Fulgoſ. & Pau. de caſt. in.l. ubi pactum. colum. penult. uerſi.

uerſic. ſtatuto cauetur quòd eſt bannitus. ubi per.d. Alex.C.de tranſact.et Bald.in.l.decurionum.C.de infa.Abb. in.c.illa.de ac cuſat.cum alijs de quibus per Feli.in.c.cum ſuper. col.v.uerſicu. non ſolum pro intereſſe.de ſenten.et re iud. et Hipp. de marſ.in l.ſi quis.v.reperio etiam.nume cxlj.ff.de quæſ.

8 Prout etiam quilibet poſſet comparere in qualibet cauſa publici iuris,ut ſunt cauſæ populares: uidelicet ne quid in loco publico fiat,uel ut in flumine publico nauigare liceat &c. Item ut uia publica liceat uti,et de ſimilibus quæ iuris publici humani exiſtunt. ut.l.j.poſt princ.et.l.ij.§.j.ff.de interd.uel ne quid in loco ſacro fiat,uel quod factum eſt reſtituatur, aut de mortuo inferendo,uel ſepulchro ędificando,aut ad defenſionem et tutelam magiſtratuum et ſacerdotum: quia quod tales defendantur,publici iuris ē.l.j.§.i.ff.de iuſt.et iu.l.ſi quis in hoc.C.de epiſ.et cle. iunc.d.l.ij.ff.de interd.Quod enim in religionem committitur, in omnium fertur iniuriam,inquit text.in.l. Manichæos.C. de

9 hæret.et Manich. Et ideo prælato defenſionem rerum eccleſię negligente quilibet poſſet de nullitate contractus alienationis rerum ipſius eccleſiæ opponere: ut ſentit Rot. deciſi.clix. nota qualiter in aut.et tenet Alex.in.l.quod dicitur.poſt Io. de Imol. ff.de uerbo.obli.quos ſequitur Matth. de affl.deciſ.cvij.in cauſa domini.nu.iij.et pro quo uidetur gl.in uerb. œconomos.in.l iubemus.in.§.ſane.de ſacroſan.eccl. et gl.magna in ult. parte.in.c. cum eccleſiaſticæ: de excep. et in.c. ſi quis præsbyterorum. in uerb.perſonis.de reb.eccl.non alie.cum alijs ad propoſitum cōgeſtis per Fel.in.c.cum olim.colum.ij.de teſt.et Ang. inſt.quib. alie.non lic.col.iij.in prin. et quod ponit Lap. alle.xj.trac.vij.et Hip.in.d.l.Si quis.v.item eſt caſus.nu.cxxxi.ff. de quæſt. Cum enim talia ſint publici iuris diuini,ac utilitas religionis et eccleſiæ procuretur: idcirco quilibet audiendus erit.c. cum in cun-

10 ctis.de his quæ ſi.a ma.par.cap.c.Nicena.xxxi.d. quinimo neminē comparente nullitas hoc caſu ratione dictæ publicæ utilitatis ex officio à iudice ſuppleri poſſet: ut uol.Bal.in.l.ſi unus.§. pactus ne peteret.colū.xiii.ff.de pact.et in.l.plane.in ſi.ff.de pet. hære.cum alis de quibus per Alex.in conſi.lxxvii.Viſis dubitationibus col.pe.uerſ.ſecundo reſpondeo.lib.iii.Maxime quando nullitas ex facie actus reſultat: quia tunc iudex ne ſe fundet in actu nullo,poteſt et debet ex proprio officio ſupplere:ut uol. Card.in cle.i.q.xix.de re iud.Et idem Alex. in conſil.ccxxviii.

11 ponderatis,col.i.uerſ.tertio.lib.vi. Talis enim dicitur probatio probata et liquida ex lege inſurgens: ut uoluit glo.in.l.ſi tutor. C.de peric.tut.et Bart.in.l.neceſſariis. C.de acq.hære.Idcirco reiici non debet. ut per Bald.in.l.unica.colum.ii.uerſic.ex hoc.C. ne lic.ter. prouoc.facit tex.in.l.Mercalem.C. de cond. ob turp. cau.et glo.in.l.1.C. ubi et apud quos.et not.in.c. cauſam quæ.de

12 iud.Poterit itaque unuſquiſque comparere, et officium iudicis implorare ut recipiat defenſiones abſentis criminaliter inquiſiti, et ad hoc opponere nullitatem proceſſus ſeu banni: hoc enim publice intereſt.l.ſeruum.§.publice.ff.de procur.l. penul.§.ad crimen.ff.de pub.iud.et per Ange.in.l.quos prohibet.ff. de poſtul.

13 Defenſio nanque et innocentia nunquam excludi debent.cle.paſtoralis.de re iudic.cum aliis de quibus per Alexand. in conſil. cxxiii.Viſo colum.ii.lib.v.et Deciſ.conſil.vii.num.viii. Quinimo ex officio boni iudicis inueſtiganda eſt.l.et ſi non defendãtur.ff de pœn.l.i.§.ſi.ff.de quæſt.Vbi autem iudex poteſt ex officio ſupplere, poteſt quemlibet etiam ad id comparentem, audire: ut arg.text.in.l.ſeruus bonorum.ff. de bo. poſſ. et latius firmat Deciſ. in conſil.ccccxxix.licet. colum.ii. in princip. lib.iii. quia etiam nullitas eſt ac dici conſueuit defenſio, ut per Ioann. And.in.c.i.de reſcrip.in.vi.in Nouel.cum aliis, de quibus ſupra ſub rub.ſen.q.i.præſentis tract.

14 His igitur ac ſimilibus caſibus dici non poteſt, quòd aliqualiter non interſit comparentis: ex quo ea quæ publici iuris ſunt principaliter, ſunt etiam iuris ſingulorum ſecundario, ut uol.gl. in.l.popularis.in uerb.non poteſt.ff.de popul.act.et not.in.l.i.§. huius autem ſtudii.ff.de iuſt.et iur. Vnde non ſumus extra regulam omnino: et quia inhabilis ſemper reputat habilis quando actus tendit in bonũ publi.argumen.text.in.l.ſi quis in graui.§. hi quoque.et ibi Bald.ff.ad Syll. de quibus meminit idem Hip. in.d.l.ſi quis.v.et ultra prædictos.num.cxlii.de quæſt.

15 SECVNDO principaliter (ampliãdo) declara regulam ſupra dictam, uidelicet, tertiam perſonam pro ſuo intereſſe comparentem de nullitate excipere poſſe, etiam quòd cauſa expreſſe commiſſa foret, cum clauſula uidelicet nullitatibus et quauis appe.remotis &c. Talis nanque clauſula ad tertii præiudicium non ſe extendit: et propterea, illa non obſtante, taliter comparens nullitatis remedium intentare poterit.per tex.et gl.in uerb. intentionis.in.c.ſuper cod.de offic.deleg.ponit Barto.in.l.i.§.interdum,

terdum.uerſic.quæro &.c.ff.a quib.app.non licet.& Fel.in.c.ue-
niens.el.ii.colum.ii.uerſic.prime concluſio.de teſt.ponit Iaſ.in.l.
à Diuo pio.§. ſi ſuper rebus,colum.fina.uerſic. ad idem facit. ff.
de re iud.& Bald.in.l. cum filius. per illum text.ff.de mili.teſta-
men. cum aliјs de quibus per Dec. conſil.dclxiiii. uiſo. numero
16 vii.ubi hoc tenet lib.v.& ponit Anto.Corſ.in fin.in uerb. clau-
ſula.& idem Deciſ.conſil.cxcviii.columna.iiii.in princ.per nul-
lam etenim uerborum plenitudinem, quæ in reſcriptis ,aut ali-
bi ponatur, nunquam ius tertii intelligitur ſublatum : ut ibi
per eos,et facit text. uulg.in.l. iii §. ſi quis à principe.ff. ne quid
in lo.pub.et.l.ſi reſcripta.C.de prec. impe.offic. canonizata in.c.
reſcripta.ubi gl.magiſtralis.xxv. q.ii.hinc uidemus obligatio-
17 nes ac inſtrumenta quantumuis pregnantia et garentigiata,con
tra tertias perſonas in eiſdem non comprehenſas,non habere ſo
litum fauorem,nec eo modo exequi poſſe,quo in perſonas obli
gatas et contrahentes exequeretur : ut magiſtraliter uoluit In-
no.in.c.quia.v.de iud.et Bald.in.l.i.colum.ii.C. commu.delega.
Alexand.in.l.i.§.fina.in princ.ff.ad Trebel.Franc.in.c.ex ratio-
ne.colum.xxvi.q.v.de app.Imol.in clemen.i.colū.iii.de re iudi.
Felin.in.c.cum ſuper col.vi.uerſ. amplius dixit.de re iudic. cum
aliis,de quibus per Alex.conſi.xcv.uiſis colum.iii.uerſi. unum
eſt.et conſi.clxxxviii.uiſo proceſſu.col.i.in princ.lib.ii. et Dec.
in conſi.cxcviii.num.v.lib.i.et ponit idem Alex.conſi.lxxxvi.
lætatus.in fi.lib.vii.et optime in conſil.lxxxiii.uiſo.col.fi.lib.iii.
et conſil.ſeq.col.ii.in fi.cum ſi.ſicuti etiam de ſententia dici con-
ſueuit,quæ non eſt contra tertium exequenda ſine cauſæ cogni-
tione,ac nouo proceſſu : ut docet Rot. cccclxxxii. ſi ſententia.
in no.et deciſ.Neap.ut per Capi.deciſ. cxxviii. in cauſa dom.in
fi.Si modo iſte tertius non eſſet hæres condemnati uel obligati
iuxta doct.Bart.& Ang.in.l.poſtulaſti.ff.ad Treb. cum aliis de
quibus per Iaſ.in.§.fuerat ſuper gl.in uerb.Tranſtulimus.num.
lx.inſt.de act. Et plenius ponit et declarat Boerius deciſio.i. lo-
quens de hærede et ceſſionario:contra quos antequam fiat exe-
quutio , quòd ſint tales, conſtare debet. aut fideiuſſor iudicii,ut
plene per Guid.Pap.xxvi.fuit.in.q.iii.

18 TERTIO (ampliando)declara regulam prædictam pro
cedere etiam quòd exceptio nullitatis ipſi reo. in cauſa principa
liter exiſtenti non competeret,puta quòd eſſet hæres inſtitutus,
qui cōtra legatarios uel fideicōmiſſarios nullitatem teſtamenti

obiicere

obiicere non poteſt: Filius tamen præteritus, uel quilibet alius ad cauſam, forſan inter eoſdem hæredem et legatarios motā pro ſuo intereſſe ueniens, nullitatem eiuſdem teſtamenti proponere poterit, per text. in. l. Ita tamen. §. quoties et ibi Bart. in princip. cum aliis iuribus per eū alleg. ff. ad Treb. et ſequitur deci. Neap. ccxxxv. An tertius. in ultima colum. prout uidemus quòd licet cedens non poſſit de nullitate aut ſimulatione ceſsionis opponere, illud tamen poteſt tertius, prout dicit Bartol. in. l. per diuerſas. v. præſumitur &c. C. manda. quem ſequitur Alexan. conſil. xxxvi. uiſo. in princip. lib. ii.

19 Quinimo eidem tertio pro ſuo intereſſe nullitatem opponēti non obſtaret exceptio trium conformium iuxta terminos clemen. i. de re iud. ut uoluit Cardi. poſt Ioan. de lign. quos refert et ſequitur idem Fel. in. d. c. ueniens. col. vi. in princ. et uidetur deci. dominorum deciſ. iii. ſub rubri. de ſenten. et re iudic. in antiq. de Biſſig. et dec. clxv. nota quòd ubi ſunt. eod. titu. in authen. quod intellige prout ibi, et tenet Alex. d. conſi. lxiii. uiſo. col. fi. lib. iii. et conſil. lxxxiiii. in cauſa, col. iii. in princip. eod. lib.

20 Prout etiam non obſtaret eidem tertio confeſsio ſeu renunciatio ipſius rei principaliter conuenti: ut docet Bald. in aut. nunc ſi hæres. colum. ii. C. de lit. et Canoniſtæ in. d. cum ſuper. et ſentit Alex. conſi. clxxxviii. viſo proceſſu. col. fi. lib. ii. Minus obſtaret ſibi ſuſpenſio petitorii, quia hic tertius ſuſpenſionem huiuſmodi non obſtante in petitorio audiri deberet, ſecundum Rot. deciſ. clxxxv. nota quòd ubi quis. in antiqu. et deciſ. cxlix. ſi inter. in no. prout etiam dicitur quòd exceptio ſpolii et attentatorum ipſi tertio non obſtant, quominus illis non purgatis etiam in cauſa poſſeſsionis ſeu proprietatis audiri poſſit, iuxta notata per gl. in. c. non ſolum. &c. Romana. §. in alium. de ap. li. vi. Ioā. Mona. in. c. cupiētes. de elec. eo. li. et tenet Rot. dec. cccxxxviii. fuit dubitatū pone quòd et. cxlix. ſi inter Titium. in no. et Abb. in. c. in literis. in ult. col. de reſt. ſpol. et in. c. ſuper ſpoliatiōe. in. iii. not. de ord. cog. Io. Mil. in uerb. exceptio ſpoliationis. Feli. in. d. c. ueniens. in. iiii. colū. Et intellige dummodo taliter comparens ab ipſo ſpoliante uel attentante cauſam non habeat: ut declarat deciſ. Nea. cccliiii. in cauſa, nu. xxi. Et in ſumma iſte tertius quaſcunque exceptiones ex perſona ſua ſibi competētes, allegare poterit, puta iudicem ſuſpectum. ut in. c. cum ſuper. de offic. delega. Abb. et Franc. in. c. ſpeciali. in. x. q. de ap. Corſet. in ſing. in uerb. recuſatio,

recuſatio.Vel etiam ſi iſte comparens foret defenſor neceſſarius, priuilegium fori opponere poſſet: ut in.c.clericum nullus.xi.q. i.& ponit Abb.in.c.quoniam frequenter.col.xi.num.xxvii.ut lit.non conteſt.Quamuis legiſtæ contrarium teneant, per tex. in.l.uenditor.ff.de iud.prout etiam poſſet ex eius perſona etiam poſt publicationem & cauſæ concluſionem,reſtitutionem petere: ut per Bal.in.d.auth.nunc ſi hæres.C.de lit.et deciſio.Neap. xv.Vtrum ſi author.et deciſ.ccxxxv.ac teſtes examinare,ut ibidem.et per Bar.in.l.ſi perluſorio.ff.de app.cum multis ſimil.quę ad iſtum propoſitum congerit Felin.in.c.qualiter et quando. el. i.colum.vii.uerſicu.ſecundo limita niſi tertius. ubi uidere poteris,extra de accuſ.

21 QVARTO & ultimo(etiam ampliando) ſupradictā regulam declara unumquenque pro ſuo intereſſe audiri debere,ac nullitatem obiicere poſſe,etiam quod reus principalis hoc recuſaret & expreſſe prohiberet: ut in.l.principaliter,la.ii.C.de libe. cauſ.& in.l.ſententia.&.d.l.ſi perluſorio.ff.de app. & doc.in.d.c. ueniens.et.c.cum ſuper.et declarat Bald.in.l.unica.C. ſi unus ex plurib.Spe.de appe.§.i.col.fi.uerſicu.ſed quid ſi ille.et Bald.in.d. auth.nunc ſi hæres.ii.col.et Alex ad Bart.in.d.l.ſi perluſorio. in uerb.ad teſtes.in fi.et facit tex.in.l.ſæpe §.ſcientibus.ff.de re iud. Quinimo ſi principalis cauſæ defenſio ad ipſum comparentem ſpectaret,et de colluſione inter litigatores ueriſimiliter dubitaretur,poſſet eundem à cauſa remoueri facere: ut in.c.ij. de proc. in.vi.l.ab executore.§.alio.&.d.l.ſi perluſorio.ff.de app.& declarat.Bald.in.d.auth.nunc ſi hæres.ii.col.et doct.in.d.c cum ſuper ubi uidere poteris.

22 MODO limitando et reſtringendo regulam ſupra ſcriptam,declara quòd tertia perſona in iudicio comparens,ac nullitatem proponere uolens audienda erit, dummodo in primis conſtet iudici de intereſſe taliter comparentis, quando non uocatus neque ob alio nominato uoluntarie ad cauſam accedit, et hoc per.l.i.de app.recip.in prin.c.non ſolet.ii.q.vi.c. cum inter. de elect.c.de his.de accuſ.cum aliis de quibus per Dec. in conſi. cccii.nu.iiii.et Aegid.conclu.xxix.in fi. Audiri etenim non debent hi,quorum non intereſt,ut in præalleg.iurib.et propterea tertius non poſſeſſor audiri non debet ad effectum impediendi ſequeſtrum beneficii ab altero poſſeſſi,etiam quòd ius ad benefi

23 cium huiuſmodi prætendat:Nam quòd illius fructus ſub ſequeſtro

ſtro et in loco tuto ponantur, eſt ſibi potius utile, quàm damnum, et propterea ad ſequeſtrum impediendum non auditur: ut declarat Rot.deciſ.cccxciiii. Nota quòd ſi feratur, in antiqu.et. cccxc. Si feratur, in no. Prout non deberet audiri etiam quoad impediendam miſsionem in poſſesſionem rei non uacantis, ſed ab alio occupatæ. Ex quo eo modo quo poſſesſionem à primo auocare potuiſſet, poterit eandem auocare a ſecundo poſſeſſore: ideo ſua non intereſt: ut declarat Innoc. ab omnibus approbatus.in.d.c.ueniens. de teſti.et Bart. in.l.à diuo pio.§. ſi ſuper rebus.colum.ii.de re iud.et.l.pen.ff.de pet.hæred.et.l. ita tamen.§. quoties.ff.ad Trebel.

24 Satis autem fuerit docere de intereſſe comparentis ſummarie, uidelicet per iuramentum, uel unum teſtem, aut alias ſaltim apparenter, quamuis probatio omnino non concludat: quia talis probatio præambula et præparatoria, non autem deciſoria exiſtit, ideo ſatis fiet ſummaria.ut.d.l. a diuo pio.§.ſi ſup rebus, de re iud.et.l.iii.§.cauſa.ff.de carbo.edic.ponit Bar.in.l.i.§. quòd ſi ſit aliqua.ff.de præto.ſtip.et.l.ſi quis alibi.§.ſi quis ex his.ff.de lib.agnoſ.et Bal.in.l.eum quem.colum.iii.uerſic.dic pro ſolutione.C.de fideic.et Rot.deciſ.liii.Nota quòd ubi ſunt in aut.cum aliis de quib.per Canoniſtas in.d.c.ueniens. Vbi Feli.poſt alios col.iiii.uerſi.quinta concluſio.&.c.cum ſuper.col.vi.de re iud.

25 SECVNDO (limitando) dictam regulam declara et intellige, quòd taliter comparens admittendus erit, et recipietur in ſtatu et terminis quibus tunc cauſa reperitur, ut in.c. ſi.in.ſi. ut lit.pend.lib.vi.Bald.in.l.ſi eo tempore.in ſi.C. de remiſſ pig.ubi uoluit quòd tertius pro ſuo intereſſe ad cauſam ueniens, eiſdem terminis arctetur, quibus arctantur ipſimet litigatores. per.c. ut circa, de ele.in.vi. et ſequitur deciſ. Neap. ccxxxv. An tertius.colum fin. Et propterea ſi ex ſtatuto uel alias inſtantia ad nullitates proponendum tunc temporis eſſet perempta, & tertius comparens litem huiuſmodi agitari ſciuiſſet, amplius ſuper nullitatibus non audiretur: quia præcluſa uia principali litigatori: cenſetur etiam tertio eidem principali adhærenti præcluſa, ut not. Petr.de Ancha.in cle.conſtitutionem. de elec. et in.d. c.ii.in fin.ut lit.pend.lib.vi.et trad. Alexa.poſt Bartol.in.l.ſi per luſorio.in uerb.teſtes.ff. de appellat.et in conſil. lxxxii. in cauſa inter Petrum.colū.fin. lib.i. prout idem ſeruari uidemus in ad-

26 hærentibus appellationi ab alio interpoſitæ: quia intra tempus ſtatutum

ſtatutum ad appellandum, uidelicet decem dierum adhærere debet: ut uol.gl.in.c.ut circa.in uerb.adhærentes in fin.de elect.et in.c.concertationi.in uerb.grauatum.in fi.de appel.lib.vi.Tenet Bald.in auth.hodie in fi.C.de app.et Rot.decif.ccxxv.adhærentes in no.cum aliis,de quib.per Fel.in.d.c.ſuper.in fi.de re iud.et Alex.in conſi.ci.uiſo.col.i.et conſil.cxxxv.ponderatis. colum. ii.uerſic.et eo magis.lib.ii.et Guid.Pap.q.xiii.ego retuli.

Et intellige (ut dixi) quando taliter comparens habuit notitiam litis motę,ſecus ſi eam ignoraſſet: quia tunc ſibi non imputaretur.arg.c.quamuis.cum materia, de re iud.et.l.ſæpe.ff.eo. tit.Card.in cle.i.q.iiii.cod.tit.et Fel.in.d.c.ueniens.col.iiii.uerſic. ſecundo fallit.de teſti.& notabis unum in hac materia, quòd in caſibus in quibus ſententia nocet tertio,non nocebit, ſi lata fuerit contra abſentem,aut non defenſum: ut tenet et late comprobat Alex.conſi.lxxxiiii.in cauſa.col.i.et.ii.lib. iii. Et Hippoly. ſing.iiii.incipiente,Quamuis aliquo caſu &c.& Matheſi. ſingu. xxvi.Nota regulam &c.Et Boer.decif.lxxix.col.ii.num.v.

27 TERTIO, (limitando) ſupra ſcriptam regulam declara,tertium comparentem ac nullitates proponere uolentem audiendum et admittendum fore: dummodo non adſit præſumptio malitiæ ſeu calumnię,quòd talis ueniat ad cauſam ut faueat ipſi reo conuento, & cauſam impediat et differat expeditionem: tunc enim audiri non deberet ad effectum impediendi.arg.c.ſuſcitata.extra de reſtitu.in int.et glo.in.c.ſuper eo.in uerbo.tenebat.de off.delega.ponit Fel poſt alios in.d.c. ueniens.colum.iii. uerſic.Fallit primo.de teſti.et deci. Neap.ccxxxv.colum.iii.nu. v.Debet nanque quis pro ſuo iure ac præiudicio,non autem ad utilitatem et commodum rei conuenti principaliter ad cauſam accedere: ut declarat Bald.in.d.auth.nunc ſi hæres.ii.col.uerſic.
28 quartum corollarium.C.de litig.poſt Innoc.et alios in.d.c.cum ſuper.calumnia tamen et malitiæ præſumptio ceſſaret,ſi nullitas exaduerſo allegata,ſeu intereſſe comparentis, appareret, uel reſultaret ex actis: quia tunc dicitur euidens et notorium, ac omnem malitiam et calumniam excludit: ut per Alexand. conſil. cclxxxii.col.i.nume.iii.lib.vi.& conſi.lix.nume.xvii.lib.iiii. & conſi.lxxvii.num.ii. lib.ii.& Dec.conſi.viii.num.vii.lib.i.

29 QVARTO & ultimo (limitando)ſupra ſcriptam regulam declarat et intellige,dummodo perſona ipſius comparentis ſit habilis et capax ad huiuſmodi remediũ in iudicio proponen

dum

dum,quia alias non eſſet audiendus: puta ſi eſſet excommunicatus.per.c.pia.in fin.de except.lib.vi. quoniam ex quo uenit ad
90 cauſam ueluti actor,ſi fuerit excommunicatus, non poterit dicere de nullitate: ut uol.But.Imol.et Abb.in.c. ſignificauerunt. ubi etiam Felin.ibi,colum.vii.in fi.et in.c. fin. colum.iii. in. vi. Fall.extra de excep.poſt Ancha.in conſi.cccxxix.ad dubia.per. c.i.de reſc.in.vi. Secus ſi in cauſa eſſet reus: nam excipiendo et ad defenſionem ſuper nullitate etiam excommunicatus audiretur: ut per Bald.in.c.intelleximus. de iud.et Alexan.in.l.de pu
91 pillo.§.ſi procurator.circa fin.ff.de ope.no.nuntia. Et quod dicimus de excommunicato,intelligimus etiam de quocunque alio inhabili et incapaci in iudicio ſtandi,utputa ſeruus,religioſus,filiusfamilias,et alij, qui ſine conſenſu ſuperiorum regulariter in iudicijs ſtare nõ poſſunt. Materia etenim et remedium iſtud nul litatis ſine iudicio expediri non poteſt:ut inquit Bald.in rub.C. quo.appella.non reci.Idcirco incapaces iudicij poterunt: et debe bunt ab huiuſmodi obiectu: et exceptione repelli.

92 Quid autem ſit de illo falſo procuratore,qui ſub nomine ueri procuratoris egerit et ſuccubuerit,ac poſtea hæres ab eo, cuius nomine egerat, inſtitutus, uult agere de nullitate ſententiæ contra ſe procuratoris nomine latæ,nunquid ſit audiendus, fuit antiqua quæſtio Pilei, et concludi conſueuit quòd talis non ſit audiendus,cum ſententia huiuſmodi quoad ipſum falſum procu ratorem lata,ualuerit,licet reſpectu domini non fuerit ualida,ut tenuit glo.in.l.ſi expreſſum,in fin.de appel.quam ſequitur Rot. ut per Aegid.conclu.xxix.ſententia.per.l.iii.§.falſus.ff.rem rat. hab.et.l.i.ff.de ſuperfic.Vnde talis in exceptione huiuſmodi ſum moueri debebit prout concludebat ille antiquus doctor, quem ſecutus eſt Specul.in titul.de ſenten.§.quoniam.colum.iiii.uerſi. quid ſi procurator.ubi late ponit Ioan.An.qui etiam ponit quæ ſtionem de iudice ſuccedente illi, contra quem ſententiam tulerat,nunquid poſsit proſequi cauſam nullitatis eiuſdemmet ſuæ ſententiæ,ubi uide per eum.

93 NVNQVID autem (aliquo modo) ſimpliciter appella re prohibitus, intelligatur etiam prohibitus dicere & excipere de nullitate? Breuiter omisſis pluribus, dicendum eſt quòd nõ, quia cum appellatio,et nullitatis dictio, ſint duo iuris remedia adinuicem ſeparata,ac ex diuerſa cauſa orientia,remoto ſimplici ter uno,remanet aliud, & prohibitio et remotio huiuſmodi ad aliud

aliud extendi non debet,tanquam à iure communi exorbitans & odioſa,ut uidetur deciſ.Bald.in.l.eos.§.ne temere. in prin. per illum text.C.de appella.dum inquit, quòd lex pœnalis ac prohibitiua appellationis ad nullitatem,quæ ſeorſum ab ipſa appellatione examinatur,non extenditur, per illum tex. et text.in.l.contra maiores.C.de inoffi.teſta. Secus ſi nullitas eſſet permixta appellationi, ſecundum eum.& idem Bald.in.l.cum lege. in princ.C.de epiſ.& cler.aſſerens quòd licet ex forma ſtatuti teſtamentum inſinuatum reprobari non poſſit, poterit tamen dici nullum ex defectu ſolemnitatis. Idem etiam ſentit in addi. ad Specu.colum.xviii.uerſicu.ſtatutum dicit. & in.l. tale pactum .§.qui prouocauit.quæſt. xiii.ff. de pac.& ponit Franc. in c.dilecto.quæſt.lvii.cum ſeq.extra de appella.Et quòd remota appellatione reliqua iuris remedia non ſint ſublata,eſt communis ſententia doctorum, ut inquit Deci.in conſil.dxxxiii.iuridicas.colum.ij.in princ.per text.in.l.domus.in prin.ff. de ſeruit. ruſt. præd.& l.plane.ubi Bart.&.l.ſi.ff.de pet.hæred.l.ij.in fin.ff.nau. caup.ſtab.l.i.§.& parui.ubi Bar.& alii.ff. quod ui aut clam.tenet Guid.Pap.q.xxxviii.uerum quia.& eſt bonus tex.in.c. ut concertationi.ubi in terminis noſtris hoc notant Philipp.Franc. & alii de appell.lib.vi.& tex. in.c.inter cæteras.de re iud.&.c.licet. in fin.de ſenten.excõm.in.vi.& in.l.ſi expreſſum.ff.de appel. cũ ſimil.in quibus patet quòd remota,ſeu deſerta appellatione,quis nõ prohibetur,uti remedio nullitatis,ex quo appellationis prohibitio,uel illius remotio,aut omiſſio nullitatis defectus & uitium non purgant,ut inquit Alex.in conſi.cxxiii.diſcuſſis.col. v.lib.i.& conſil.xlvii.in fin.lib.v.& deciſ.Neap.ccclіііі.in cauſa. nu.18.& Lap.alleg.i.uer.ſecundo præſuppoſito.iii.cum ſimil.

34 Et propterea uidemus quòd licet in cauſa momentaneæ poſſeſſionis de iure ciuili appellari nõ poſſit,ut.l.uni.C.ſi de momẽtanea poſ.& trad.Deci.aſſerẽs cõmunẽ eſſe opinionem doctorũ, in cõſil.xxviii.diuinum.col.iii.Poterit tamen per uiã nullitatis ſentẽtia in cauſa huiuſmodi lata,impugnari,ut uol.Bal.in.l.uni. col.ii.C.ne in una.ea.cauſ.& in.d.l.uni.col.iii.in prin.C.ſi de momen.poſſ.cum aliis,de quibus per dominum Alex. conſil. xx. Conſideratis.col.iii.uerſi.quantum autem ad dubium.lib.iii.

Siue igitur quis renunciauerit appellationi,ſiue ab ea per ſtatutum,uel alias prohibeatur,quominus nullitatis remediũ inten
35 tare poſſit,prohibitus non uidetur, ex quo renuntiatio & prohibitio

hibitio huiuſmodi(ut dictum eſt)ſunt ſtricti iuris, nec comprehenditur id, quod non fuit expreſſum, ut uoluit Bal.in.l.prima, in ultimo not.C.de edic.diui Adr.toll.cum aliis, de quibus per Alexan.in conſi.lvi. Aldronandus lib.v.& conſi.clxxxviii. Vi
36 ſo.col.fi.lib.ii.& Dec.conſi.ccclxxvii.et.ccclxxix.requiſitus.ii. col. lib.iii.Et intellige ꝙ remota, ſeu deſerta, uel alias prohibita appellatione quis non eſt remotus, neque prohibitus dicere de nullitate, ſeorſum,& principaliter ab ipſa appellatione, quoniã nullitas illa quæ acceſſorie ac uirtualiter ineſt appellationi, & incidenter cum ea deduci uidetur. iuxta text.in.l. Carmeha pia.ff. de iure patrona.&.l.quædam mulier.ff.famil.hercifcund.per remotionem principalis, uidelicet ipſiuſmet appellationis, ipſa etiã nullitas tanquã acceſſoria remota intelligitur: ut decl. Bald. & alii in locis de quibus ſupra.& idẽ Bal.ſeu Tanc. in ſumma ſua, in tit.de appel.quæſt.fi.& in.l.prima,in prin.C.de ſent.ex pericrecit.& in.d.§.qui prouocauit.quæſt.xiii.& Franc. in.d.c. dilecto.quæſt.xlix.& in.c. interpoſita.§.fi. uerſ.iiii. quæritur extra de appell.& declarat.Bart.in.l.i.col.iiii.uerſ.Nec obſtat.C.quãd. prouoc.nõ eſt nec.& Ancha.in cle.i.in princ.de re iud.Et Fel.in c.Si autem.col.iiii.uerſi.per illum textum dicit Inno.de reſc.

Et non tantum ſimpliciter appellare prohibitus, non cenſetur prohibitus de nullitate excipere: quinimo etiam quòd quis expreſſe prohiberetur dicere de nullitate, ſeu quòd ipſa nullitas per ſtatutum, uel alias eſſet remota, adhuc tamen ſuper ea in multis caſibus audiendus foret: utputa ſuper nullitate ex defectu poteſtatis à iuriſdictionis proueniente: quia quantumcunque per
37 ſtatutum, ſeu reſcriptum prohibeatur ſeu remoueatur nullitas, in tali prohibitione ſeu remotione non includitur nullitas ac defectus iuriſdictionis: ut uoluit glo. quam ibi communiter ſequuntur doctores, in clem.prima.in fi.de ſequeſt.poſſ. & fruct. Bald.in.l.generaliter.ii.col.de epiſ.& cler.Pau.de Caſt.in.l.fi.C. de arbi.Corſet.in ſing.in uerb.ſtatuto cauetur.Abb.cõſi.lxxxii. conditor.col.pen.lib.i.Deci.cõſil.dxx.in cauſa. in fin. & conſil. ccclx.Perſcrutatis.in prin.& Ioan.Bapti. Peruſinus in tract. de arb lib.vi.c.xi.col.i. uerſ. prima regula eſt cõmunis opinio doctorum: ut aſſerit Alexand.in cõſil.lxxix.in cauſa,& lite.in fin. lib.vii.Etiam ꝙ eſſent latæ tres conformes ſententiæ,& ulterius quis ſuper nullitate audiri non poſſet iuxta terminos clem.i. de re iud.quia nihilominus ſuper hac nullitate iuriſdictionis audietur:

tur:ut ponunt doctores in ſupraſcriptis locis. & idem Alexan. in cõſi.lxxvii.in cauſa.col iiii.lib.ii.& Franc.in.c.dilecto.quæſt. lii.& quæſt.lvi.de appel.& Dec.in cõſi.xxxviii.c.i.col. pen.nu. 7.lib.i.& conſil.viii.num.8.eod.lib.etiam ſi quis iuraſſet non dicere de nullitate,quia adhuc ſuper iſta erit audiendus:ut declarat idem Franc.in.d.c.d lecto.quæſt.lii.uerſi limit.vi.& Fel.in.c.ex parte.col.v.in.xvii.fallen. de offic. deleg. poſt Angel. in conſil. clxxxiiii.ibidem relatum.& ponit idem Fel.in rub.de fo.comp. & in.c.paſtoralis.colum.iii.uerſi.amplia etiam,de excep.& Deci.conſi.ccccxxxiiii placet.in fin. ubi loquitur de nullitate laudi ex iſto defectu, lib.iii.& Card.Pariſ.conſil.xlv.ſatis.col.v. nume.29.lib.i.Soci.conſi.xcv.num.18.lib.iii. & facit quod ponit Paul.de Caſt.in conſil.xvii.lib.i.cum ſimil.

38 Poteſtas etenim ac iuriſdictio in omni actu pro conſtanti à lege ex mente ſtatuentium continuo præſupponitur,ut declarat Bart.in.l.ii.§.prætor ait.ff.qui ſatiſd.cogan.cum aliis, de quibus per Decium.cõſi.ccccxc.in cauſa quæ,colum.iiii.uerſi.ii.reſpondetur.& conſi.ccclx.num.2.Idcirco cũ deficiat poteſtas iudicãtis,non poteſt dici ꝙ ſit ſententia, uel quiuis alius actus iuridicus,prout à lege.ſeu ſtatuto præſupponitur:& propterea imprimis conſtare debet,quòd lex ſeu ſtatutum prohibens dicere de nullitate ſententiæ,uendicet ſibi locum:uidelicet ꝙ illa ſit ſententia, ſed inſtrumentum,& ſimilia: quia deficiente poteſtate non merentur tali nomine nuncupari,per tex.in.l.iii.§.iudicatum.ff. de re iud.l.i.§.fina.ff.ad Tertul.l.ii.§.fin.ff.de pen.Cle.paſtoralis, circa fin.de re iud.ideo ſi qualitas à lege uel ſtatuto præſuppoſita non uerificatur,lex & ſtatutum non procedunt: ut uoluit Bartol.in.l.i.§.ait prætor.ff. nequid in flu. pub. & Bald. in.l. ſi quis non dicam rapere,colum.iii.C.de epiſc.& cler.cum aliis add.per eundem Deci.conſ.cccccxl.quæritur.poſt prin.lib.iiii. & ſic per ſimilem prohibitionem non tollitur,quominus quis posſit opponere quòd non ſit ſententia,puta ex eo quòd is qui eam tulit,

39 nulli præerat poteſtati:quia ſimilis negatio nullitatem actus includens, ſub aliquo ſtatuto qualitercunque prohibente,non includitur: ut docet Bald.in.l.ſi quidem,in.iii.no.C.de excep.& in l.peremptorias.col.vi.uerſi.quæro quid ſi ſtatutum dicit.C.ſent. reſcin.non poſſ. et Card. in clem.i.§.ſina.col.fin. uerſi. Secundo quæro,de ſequeſt.poſſ.et fruct.

40 Et quòd non obſtante tali prohibitione, opponi et negari

 posſit

poſsit non eſſe,neque dici poſſe inſtrumentum , uel ſententiam quæ impugnatur,tenuit Bart.in.l.i.§.parui.col.ii.ff. quod ui aut clã.et in.l.non putauit.§.nunc quæ uis.ff.de cont.tab. et in.l. diuus Traianus.ff.de teſt.mi.et.l.fideiu.§.prætor.ff. qui ſatisda.cogan.cum aliis de quib.per Fel.in.c.ex parte.colu.iii.uerſi.Sublatis et.c.de offi.dele.Alexan.cõſi.xxxiii.uiſo themate.nu.2.lib.i. et conſil.lx.uiſa.col.v. ubi dicit quòd iſtam doctrinam Bart.ſequuntur ubique doctores.lib.ii.et ſequen.Deciſ.Neap.xxi. dubitabatur.col.fin. et Deci.conſi.xxxviii. diuino.col.vii. nu.vii. et conſ.ccccl viii.diuino.col.i.Rui.conſi.xiiii.nu.xvii. uolum.ii. et conſil.lxxviii.nume.8.uolu.iiii.Tiraquel.in tract. de retract. fol.mihi.xvii.ſub nume.8.cum ſimil.

41 Prout etiam ſub ſimili prohibitione ac generali remotione nullitatum,non uideretur incluſa nullitas ex inhabilitate comparentium,uel contrahentium inſurgens, quinimo talis ex coniectura mente ipſorum ſtatuentium excluſa,excepta uideri debet, et ideo quandocunque etiam de ipſa opponi poterit, ut declarat Bartol.in.d.l.i.§ .et parui. et ibi Alexander,et alii per text. in.l. filio.§.contra tabulas.ff.de inoffi.teſta. ſequitur Ancha. in Cle.i. in.x.nota.de re iud.et Fel.in. d.c.ex parte.in.iii.colu.uerſi.quarto limita.de officio deleg. et Roma.in conſil.xlii.cum ſimi. de quibus per Hip.in.l.ſi quis ne quæſt.v.poteſt etiam alio modo. num.30.ff.de quæſt. Nam aliter dicendo , per huiuſmodi generalem nullitatis reiectionem uideretur inducta diſpenſatio , et data facultas incapacibus et inhabilibus ualide contrahendi, ſeu in iudicio ſtandi cum paria ſint diſponere quòd actus ualeat,uel
42 quòd de illius nullitate dici non poſsit,ut notatur per glo.fin.in l.qui habebat.§.i.ff.de manumiſſ.ex teſtam.et trad. Deciſ.conſ. cccclvi.num.1 .et conſ.ccccclvii.col.fi.nu.13.

43 Diſpenſatio autem, et perſonarum habilitatio præſumi non debet,niſi quatenus expreſſe et legitime de ea conſtiterit , per tex.in c.fin.de ſimo.et in cle.fina.ubi glo.in uerb.approbare. de ſentent.excomm.et in c.cum in iure.de offi.deleg.Spe.in titu.de diſpen.§.qualiter.uerſi.nunquid etc.et ponit Alex. in eo, quem ſemel conſtitit eſſe furioſum,quòd non præſumitur effectus ſanè mentis,in conſ.cxlvii.uiſo themate. colu.iii.lib. vii. defectus etenim inhabilitatis eſt multum releuans, et reddit actum retro
44 nullum.l.ſeruus,et ibi no.C.de iud.l.licet.C.de procur.c.in noſtra.eodem tit. et propterea lex inſtruit primo quærendum de perſonis

perſonis,nunquid ſint legitimæ et habiles, ut in.l. ſi quæramus ff.de teſta.l.non ignorat.C. qui accuſ.non poſ.l.quidam referũt. in uerb.eſſe enim debet etc.de iure cod.ponit Dec.cõſi.cccclxxi. Iuridicam, in princip.lib.iiii.quod procedit in quocunque iudicio quantumuis ſummario,ut per Bart.in.l.ii.C.de edic.di. Ad. tol.et in conſti.ad reprimẽdum,in uer.figura.col.ii.Bal.in l.iii.§. ibidem.ff.ad exhib.cum aliis de quibus per Iaſ.in rub.C.qui admit.et latius per eundem Hip. in d.l.ſi quis, nume.6. de quæſt.

45 Et hinc eſt quòd iudex (maxime in cauſa ſpirituali) ex officio alieno nomine comparentem ad exhibendum poteſtatem ac mandatum cogere poterit,ſecundum gl.in uerb.abſentia, in c.i.

46 de elect.li.vi.late declaratam per Fel.in c.Cauſam quæ. de iud. ac etiam ex eodem proprio officio poterit inhabiles comparentes repellere, iuxta not.in.l.filius §. ueterani.ff.de procura. et in l.quos prohibet.ff.de poſtul.etiam quòd eſſent teſtes â partibus inducti,qui ſi inhabiles fuerint ex officio poſſunt à iudice repelli.ut declarat idem Feli.in.c. cum i.et a.colu.iii.uerſi. poſt colligi.de re iud.Idcirco niſi (ut dictum fuit) expreſſe conſtiterit de habilitate ſeu diſpenſatione,inhabilitatis exceptio,ac nullitas ex ea proueniens in dubio non dicetur per ſimilem prohibitionem ſublata,maxime quaudo talis inhabilitas à iure naturali proue-

47 niret, quia tunc, etiam ꝙ à principe apponeretur clauſula,omnes et quoſcunque defectus ſupplendo etc. per hoc non uideretur ſatisfactum,per tex.in clem.paſtoralis.§. cæterum. ubi Car. Anchar.et alii de re iud.Clauſula etenim ſupplentes etc.ad ſolemnitates iuris poſitiui tantummodo refertur, ut inquit Specu. in tit.de leg.§.nunc oſtendendum,uerſi c.xviii. ſupplet. et Abb. in c.illa. nume.3.de elect.Alexan.in conſ. lxxix. colum.v. lib.i.et conſ.cxi.perſpectis,colum.ii.uerſi.tamen iſtis li.vi.et Dec. cõſ. dcii.col.pe.et conſi.cccccx.col.iiii.et Soc.conſi.clxiiii.uiſa bulla,

48 col.fi.lib.ii.ſiue etiam ꝙ eſſet appoſita clauſula motus proprii, quoniam per eam non tollitur inhabilitas, neque inducitur diſpenſatio,ut uoluit glo.in cle.ſi Romanus,in uerb.ualidam, de conceſ.præb.Feli.in c.cauſam quæ.ii colum.de teſt.et Rot.deci. cxii.dicebant domini.et.cccccxlv.nota licet proprius motus. in no. et plenius ponit Deci. conſil.ccccvii.uiſis.colum.fin.lib iii.

49 Minus etiam per huiuſmodi generalem nullitatis prohibitionem ac remotionem cenſetur remota nullitas ex defectu citationis perueniens, quia cum talis ſit iuris naturalis defectus, à

D 3 principe

principe uel ſtatuto tolli non poteſt.cle.paſtoralis,uer.cæterum, de re iu.c.i.& ibi. Ab.de cauſ. poſ. et propri. et in c. cum olim, col.penul.de re iud.ponunt legiſtæ in l.i.C.de legi.& l. fina. C.ſi contra ius uel util pub.& quòd talis nullitas à ſtatuto qualitercunque loquente & prohibente cenſeatur excluſa.tenet Inno. in c.tua nos.de cohabi.cle.& mul.Bal.in l.i.colum.iii.C. quomo. & quand.iud.Cald.in conſil.viii.in fin.de re iud.Anchar.in conſil.ccii.alias.ccvii.incip. de iure communi.Ange.in conſi.ccxxi. per dominum Obicinum,&.in conſi.cxlv.in facto proponitur, cum alijs,quos refert & ſeq.Alex.conſi.ccxxv.in princ. lib.vi. & Deci.in conſil.xxxviii.col.pen.num.7.& conſi.cccx.col.iiii. num.17.conſilio.ccccccciii.uiſo puncto, numer.11.& conſilio cccccclxxxi.col.fina.lib.v.& Abb.in conſi.xcii.Chriſti.uolu.i.

50 Prout etiam ab huiuſmodi ſimplici & generali prohibitione non intelligitur comprehenſa nullitas ex capite alterius ſtatuti,ſeu reſcripti inſurgens:ne ſtatuentes ſeu reſcribentes ſeipſos incontinenti correxiſſe uideantur, arg.l.præcipimus, in fin. C. de appel.& l.ſi.C.de teſta.tenet Barto. in l.i.§. & parui.ff. quod ui aut clam.& Ioan.And.in add. Specu.ſub titu.de exec. ſent.§. ſi.uerſi.xvi.Bal.in l.i.in ult.col.de condit. inde. ponunt doctores in d.c.ex parte, de offic.deleg.& firmat Alex.in cōſ.lxxvii. uiſis,colum.iij.lib.ij.& conſi.cxlv.uiſo proceſſu. in fi. lib.v. & conſi.lxiiii.circa col.fi.lib.iiii.

51 Inſuper neque reiecta intelligeretur uel excluſa nullitas ex facie actorum reſultans, cum talis dicatur euidens & notoria: ut docet Alexand. in conſi.lix.nume.17.lib.iiii.(& diximus ſupra)remota etenim exceptione ſeu nullitate non intelligitur de notoria & manifeſta.c.inter cæteras,c.qua fronte, c. paſtoralis, de appel.c.ueniēs,el.ij.de teſt.& gl.in c.ex cōquæſtione,in uerb. appellationē,de reſt.ſpol.& gl.in c.ſuſcitata,in uerb. ſentētiæ.de reſti.in integ.facit tex.in.l.ii.& ibi gl.de edic.di Adri.tol.& glo. in uer.imperfectam.in l.i.in.§.ſiue autem.ff.de tab. exhib. et in l.ſi in alterius,in fin.C.ſi mi. ſe maior. dix. cum alijs, de quibus per Abb.in c.ſuper eo.de offi.deleg.& Anton. Corſet. ſing.xc. alias in uerb.exceptio,uerſi.ſi ſtatutum tollat exceptionē,&c.

Et quòd nullitas notoria & manifeſta ſtatuto ſeu diſpoſitioni nullitates reijcienti non includatur, ſed illo non obſtante proponi poſſit,tenuit Bald.in l.i. C. ne li. tert. prouo. & in l. ſi unus.§.pactus ne peteret.col.xiiii.ff.de pac.Imol. & Alex. in.l. de pu-

de pupillo.§.qui opus.col.pe.ff de no.op nũ.Io.Bap. Peruſinus (qui fuit Bar.gener)in trac.de arb.li.vii.c.xi.col.i.uerſi. ſecunda regula.& Ab.in conſi.lv.in cauſa,lib.ij & cõſi.xliiii.in præſenti. lib.i.& Anchar.in conſi.ccvij.de iure communi. Alex. in conſ. lxxvii.uiſis,colum.iii.in fine,lib.iii.ubi poſt Imol. refert dominos de Rota ita tenere,& etiam idem tenet in conſil. lxxxvi. nu xiii.lib.ſecondo,et in conſi.cv.col. ſecunda, in fine, lib.v.& Deci.conſi.viii.nu.viii.& in conſi.xlix.lib.i.& conſi.cccccxxiiii. num.vi.lib.iii.latisſimè exanimat Franc.in c.dilecto, quæſt.lij. in.viii.limita.de appel.& Fel.in c.inter cæteras,col.v.uerſi.ſexta declaratio,de re.iud.etiam ꝙ eſſent latæ tres conformes, prout late comprobat.d.Paris conſi.xcviii.aſſerta,col.j.num.xxiij.lib. iij poſt Oldrad. in conſil.cvij.& alios de quibus ibi.

52 Talis etenim ex actis reſultans & notoria nullitas non indiget aliqua propoſitione ſeu allegatione,ut trad.Ange.in.l.fin. ff.de pet.hæred.& Alex.in.l.i.C.ut quæ deſ. aduo.& Fel. in cap. cum ordinem,col.viij.uerſic.prima declaratio,de reſcrip.& Dec. in l.lecta.col.ix.ff.ſi cert.peta.Ita enim limitari conſueuit illud, quòd licet notorium releuet ab onere probandi, non tamen re-

53 leuat ab onere proponendi iuxta glo. notabilem in clemen.appellanti,in uerbo.iudex.de appella. Nam debet intelligi de alio notorio quàm ex actis reſultante: ut per eundem Feli . in cap.j. col.vij.uerſicu.quarta declaratio, de re iud.& Geme. in reg. de annali.in.iiii. quæſt.in fi.prout etiam hoc caſu non requireretur quòd iudex per ſuam interlocutorium declararet huiuſmodi notorium : quamuis in alijs caſibus ſi iudex hoc faceret, eſſet optima cautela: ut docet Abb.in c.ad noſtram,lo.iiii.colum.fin. de iureiu.& ſequitur Deciſi.conſilio.ccccxliii. ſereniſſi.columna quarta, uerſic. non obſtat, lib.quarto hæc igitur nullitas op-

54 poni poterit,etiam quòd terminus ſeu inſtãtia ad nullitates proponendum foret elapſus, maximè per uiam exceptionis & defenſionis:ut declarat Alexa.in conſi ccxxv.col iii.nu.ii. li.vi. & melius conſ.lxxxii.uiſo.col.iiii.uerſic.non obſtant, lib.iii. & ita intellige eundẽ in conſi.cv.ponderatis,col.ij.in fin.lib.v.& Abb. in dicto cõſi.lv.laſ.conſi.xliiii.li.iiii.in princ.declarat Franc. in di.c.dilecto.quæſt.liii.col.fi.ubi format ſimilem quæſtionem: & facit quod uoluit Bald.in.l.j. circa fi.ff. de hære. inſtit. & in l. ſcire oportet.§.fin.& in l.ii.&.iii .col. C. de iur. & fact. igno. Alexan.poſt Bar.in l. facultas, in princip. C.de iur. ſiſ. lib.x. &

quod ponit Feli.in c.ex parte,colum.penultima,in princ.de off. deleg.dum uoluit quòd terminus ad excipiendum non comprehendat nullitatem:& quòd ſi ſtatutum prohibeat alicui ne fiat ius, non uideatur denegata defenſio, ut per eoſdem.

Intellige præmiſſa etiam ſi de nullitate conſtaret per inſtrumentum publicum, quia & tunc diceretur notoria, ſecundum Abba.in c.cum olim.in ult.nota.de cenſ. probatio namque facta per publicum inſtrumentum dicitur euidens: ut docet idem Abb.per illum text.in c.cum dilecti.in.i.not.de donat. et manifeſta: ut uoluit Bartol.in l.i. in princ. colum.ij. uerſic. uenio ad quæſtiones.ff.de ope.no. nunciat. ac probatio probata, ut per Barto.in.l.intereſt, in ulti.not.C.de ſolut. & in l.quoties, in fin. C.de iud.quos refert & ſequitur Deci.in conſi.ccccxxiii.negari. colu.ii.lib.iii.habens igitur inſtrumentum in manibus, ac illud abſque alia dilatione oſtendens diceretur incontinenti probare: & ſic ceſſaret ratio malitiæ & fraudis à ſtatuētibus præſumptæ: ut uoluit Bald.in l.ij.C.de edict.diui Adr.toll. quem adducit in propoſito idem Philipp.Deci.conſilio. ccccxxiij. proponitur, col. ſeconda,circa medium,& conſi.ccccłxxvij.bene,col.ſecōda, in princ.lib. quarto,& conſil.cccclxxxviij. in cauſa, poſt prin. & conſil.cccccxxxvi.in cauſa,col.ij.uerſi.tertio concurrit, eod. li.ac etiam ponit in conſi.cccccclxxxij in cauſa, in prin.lib.v.

55 Et ratione eiuſdem euidentiæ & notorietatis,ſtatuto ſeu prohibitione præfatis non obſtantibus poterit opponi de inepto libello: quia & iſta nullitas dicitur notoria & exactis inſurgens, ſecundum Barto.in l.i.C.de erro. cal. & nunquam intelligitur ſublata per ſtatutum: ut uoluerint Bal. & Ang.in l.tale pactum.§.qui prouocauit & Canoniſtæ in.c.cum dilecti,de empt. & uen.Lanſ.in c.quoniam contra.in uerb.exceptio.nu. viii. de probat. & ponit Fel.in d.c.ex parte,col.v.uerſi.xvi. de offic. de leg.ad quod pertinet illud quod ponit Alexan. in conſi.lxxix. num.iij.lib.ii.dum uoluit nullitatem ineptitudinis libelli eſſe irreparabilem & reformari non poſſe.

56 Idem foret ſi nullitas ex perplexitate ſeu contrarietate proueniret: quia & hæc non cenſeretur à ſtatuto excluſa: ut declarant doctores in ſupra ſcriptis locis, maxime Franc.in d. c. dilecto.quæ.lij.& Felin.in d.c. ex parte, in nona fallen. & Deciſ. in conſi.viii.num.viii. lib.j. & conſi. ccccccxliij. uiſo, circa fi. lib.v.& in l. ubi repugnantia,ff. de reg.iuris.

57 Et nedum nullitates ex actis reſultantes & notorie à litigato ribus propoſitæ reiici non debent, quinimo etiam ipſis litigato ribus tacentibus, iudex ex officio ſuo eaſdem quandocunq; tollere, et reuocare debet: hoc etenim ad eius officium ſpectat, ne fruſtra litigari contingat. argu. text. in. c. i. extra de procur. &. c. cauſam quæ. de Iud. &. c. indemnitati. §. ſane. ubi Dominicus hoc idem uoluit, de elec. in. vi. & Bald. in. d. l. ſi unus. §. pactus ne pete ret. et in. d. l. plane. ff. de pet. hære. & Card. in. cle. i. q. xix. de re iu. & firmat Alex. in. d. conſi. ccxxv. num. 3. lib. vi. & conſi. lxxvii. num. 20. lib. iij. & Fel. in. d. c. ex parte, col. pen. ff. de offic. deleg. & diximus ſupra, & facit qđ ponit Guid. Pap. q̄ſtio. ccxcii. ſi alicui.

Et nempe interpretatio huiuſmodi & declaratio quòd ſupraſcriptæ nullitates & ſimiles ſub generali diſpoſitione incluſæ nō uideantur, eſt multum æqua, iuſta, & rationabilis: aliàs uideretur præcluſa uia quibuſuis defenſionibus: ac ſequerentur mille abſurditates & inconuenientia: & talis diſpoſitio in ſe magnam contineret iniquitatem contra ſubſtantiam legis. c. erit autem lex. iiij. diſt. &. l. ſi. ubi Bald. et alij. et. l. quoties. et. l. reſcripta. C. ſi contra ius. & no. Innoc. in. c. qui in eccleſiarum. ubi Bald. col. iiii. extra de conſtitu. cum aliis, de quibus per Deci. in conſil. ccccx. col. iiii. num. 19. lib. iii. & propterea non eſt admittenda talis interpretatio: ut docet Alex. conſi. lxxxiii. uiſa columna ſecunda uerſic. et ſtatura non ſunt. lib. 2. quia præſumi non debet quòd ſtatuentes uoluerint iniquitates fouere, et tollere defenſiones, ac ius unius et dare alteri: ut inquit Abbas in dicto conſi. lv. in cau
58 ſa, col. ii. lib. 2. Talia igitur ſtatuta ac ſimplices et generales nullitatum prohibitiones ad id, quod eſt ueriſimile & rationabile reſtringi debent, argument. cap. in generali. de reg. iur. in. vi. c. fina. de offic. uic. c. ii. de pœnit. eodem lib. notat glo. in capitul. licet, in uerb. exceptione, de elect. et text. in. c. ad noſtram. el. iii. de iureiur. cum aliis, de quibus (in terminis ſtatuti loquendo) tradit Alex. in conſi. tertio. uiſis, col. ii. libro ſecundo & Deci. in conſil. lxiiii. in fi. lib. i. & conſil. dxxxii. colum. ii. lib. v.

Verba etenim generaliter et indefinite prolata, generaliter et indefinite intelligi debent, ubicunq; ſubeſt eadem ratio, qua moti ſunt ſtatuentes ad id faciendum: ſecus ſi non obſit, ſed potius diuerſa, quia tunc ne inſurgat abſonus intellectus, et quis indebite patiatur, uel cum iactura aliena locupletetur, reſtringuntur, declarantur, et limitantur l. ut gradatim. ff. de mune. et hono. l. ii.

D 5 C. de

C.de noxal.per Bartol.in l.talis ſcriptura, de leg.i. cum aliis, de quibus per Abb.in conſi.xcvii.uiſo inſtrumento, in fi. libro ſecundo et per Alexan.conſil.l.uiſis et opportune.col. penul.uerſic.ii.reſpondeo.et conſi.lii. col.i.lib.i. Talis maxime in materia noſtra capienda eſt interpretatio: quia nullitatis defectus facto, culpa,et temeritate ipſius aduerſæ partis prouenit: et exceptio ex facto aduerſarii proueniens non uidetur incluſa ſub generali exceptionum remotione uel renuntiatione.ar.l.qui officii.§.fi.ff. de contra.emp.l.penult.C. de nau.fœ. & ponit Roman. conſil. ccccIxxii.in eo quod quæritur.colum.fin. et Deci.conſil.xxvii. colum.i.uerſic.Tertia eſt,libro primo,cum ſimil.

IN RVBR. SEV TITVL.

An quælibet ſententia &c.

SVMMARIA.

1 *Sententia quælibet poteſt dici nulla.*

2 *Iudices quicunque ſiue maiores ſiue minores in iudicãdo generales leges obſeruare debent: aliàs eorum geſta non ualent.*

3 *Sententiæ etiam præfectorum prætorio poſſunt ex uitio nullitatis impugnari.*

4 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*

5 *Cardinales in Ro.cu.præſentes præfectis prætorio, abſentes uerò proconſulibus adæquantur: ideo illorum ſententiæ nullitatibus ſubijciuntur.*

6 *Legatus de latere non poteſt iuris ordinem remittere.*

7 *Princeps eſt legibus ſolutus ac ſupra omne ius poſitiuum ideo nullitas in eius auditorio non attenditur, ſed ueritas rei geſtæ.numero.8.Vide aliqua de principis poteſtate hic.*

9 *Fatalia non currunt in auditorio principis, & nouæ dantur induciæ.*

10 *Princeps nigrum in candida uertit, nec eſt qui dicat illi cur ita facis?*

11 *Sententia ſupremi principis an & quibus nullitatibus ſubijciatur.*

12 *Princeps quandoq; ſe declarat in procedendo nolle à ſuis legibus declinare, & tunc ſolennitates iuris ſeruandæ ſunt.*

13 *Sententia & diſpoſitio principis ſubijcitur nullitatibus à iure duntaxat naturali proueniente, non autem à iure poſitiuo, & nu. 19.*

14 *Citationis defectus eſt de iure naturali, ideo uitiat ſententiam principis.*

15 *Nullitas proueniens ex omiſsione cauſæ cognitionis, ac defectus mandati, contra ſententiam principis, opponi poteſt. num. 16.*

17 *Clauſula ſupplentes &c. trahitur ad defectus iuris poſitiui tantum.*

18 *Clauſula ex certa ſcientia, ac de poteſtatis plenitudine, operatur quando cauſa cognita proceſſum fuit, & ſuper his quæ ueriſimiliter non præſumitur quòd princeps ignorauerit.*

20 *Princeps in dubio non præſumitur quòd uti uoluerit poteſtatis plenitudine neque certa ſcientia, aut quòd uoluerit legum aut iudiciorum ſolennitates, & iuris ordinem ſubuertere. numero. 21. & 22.*

23 *Princeps conſueuit cauſas coram ſe uertentes diligentiſsime tam reſpectu iuſtitiæ quam rectitudinis proceſſus examinare, & perperam factum reuocare.*

24 Cauſæ

24 *Cauſæ in conſiſtorio principis commiſſæ, ſi in illis iuris ordo omittitur facilius impugnantur, quàm aliæ.*
25 *Sententia principis ac etiam Romanæ ſedis quandoque in melius conuertitur, corrigitur & emendatur.*
26 *Princeps præſumitur quid uti uoluerit poteſtatis plenitudine, quando actus ab eo factus in totum quoad formam iuris peccaret, & hoc ut actus ſuſtineatur.*

An quælibet ſententia, & à quocunque etiã maximo magiſtratu prolata per remediũ nullitatis impugnari poſsit.

1 VIDIMVS quis poſſit dicere de nullitate: conſequens eſt ut etiam uideamus quæ ſententia poſſit ex defectu nullitatis impugnari, et dici nulla. Et breuiter pro regula eſt ponendum, quòd quælibet ſententia ex uitio nullitatis impugnari poteſt, prout hanc regulam poſuit Alex. in conſil. ii. conſideratis. colum. iii. uerſic. quantum autem ad dubium, lib. iii. per iura ibidem allegata: ſiue igitur in poſſeſſorio, ſiue in petitorio uel aliàs lata fuerit ſententia, de eius inualiditate quæri poterit: prout loquitur ibidem Alexan. et uidimus ſuprà in præcedenti titu. Nec habet dubium, prout neque dubitandum eſt, quin eadem ſententia à quocunque, et etiam maximo magiſtratu proferatur, per remedium iſtud poſſit retractare, cum uniuerſalis lex indiſtincte præcipiat iudices quoſcunque maiores ſiue minores, in pro-
2 cedendo, ac ſententias proferendo, generales leges obſeruare debere, etiam quocunque principali reſcripto non obſtante. ut in authentic. de iudi. §. finali. et ſub Rubric. in med. lit. non fie. fac. iuſſ. et ibi, omnes iudices qualitercunque iudicẽt, ſiue ex ſcripto, ſiue ex non ſcripto, generales leges cuſtodire debent, et ſecũdum illas ſententias proferres, et aliter latas: ita infirmas eſſe iubet, ut appellatione non indigeant: neque ex compromiſſo inferatur pœna. &c. et. l. fi. in. fi. C. de uete. iur. enucl. et inſtit. de offic. iudic. in princ.

in prin.ibi.& quidem in primis illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet,quam quod legibus,aut moribus proditum eſt. & l.fi.C.ſi cont.ius uel utilita.pup.canonizata.in.c.dicenti.uerſicul. omnes iudices.xxv.quæſt.ij.et in c.iudicent.iij.q.vij. Si quid ergo contra uniuerſalis legis prohibentis edictum, et formam,expreſſe factum fuerit pro nullo infecto,ac inutili habendum eſt l. non dubium.C.de legib.l.pacta quæ contra.C.de pact.l.ex precio.C.ſi cer.pe.c.imperiali.xxv.q.ij.c.uides.x. diſtinct.c.ij.in fi. de teſt.c.prouida.uerſic.uerum,de elect.in.vi. et ponit glo. ord. in cle.i.in uerb.inhibentes,de iurep.quam ſingularē dicit Abb. in c.ex parte in fi.de conſti.

3 Poterunt igitur ſententiæ et decreta etiam ampliſſimorum præfectorum prætorio,ſi non fuerint ſecundum iuris tramites, & aliàs rite lata,ex uitio nullitatis impugnari : ut eſt tex. in l.nemo.C.de ſentent,tit.generali,et in l.fin.circa fin.C.de tempor.appell.et in authent.quæ ſupplicatio,in fin.inſt.glo.in uerbo.retractationis.C.de precib.Imperia. offi.eſt gl.in uerb.contra ius,in l. uni.C.de ſentent.præfect. prætor. quod etiam probatur per locum à ſpeciali in l.hac lege,cum ſequen.C.de ſenten.ex peric.recit. & in authent.breuiores eo.tit.& l. ne quicquam.§. de pleno de offic.proconſul.et cap.fi.de re iud. libro ſexto in quibus locis patet,quòd præfecti prætorio, et alij illuſtrem adminiſtrationem gerentes,quoad facultatem procedendi de plano, et proferendi ſententias,ſolummodo diſpenſantur quoad certas cauſas ibidem expreſſas, et quòd poſſint duntaxat illorum ſententias iam ſcriptas,per os alterius proferre, in reliquis itaq; ſeruabunt ius commune : cum exceptio firmet regulam in non exceptis : ut dicit tex.in l.Iulia.in uerb.apparet.ff.ad.l.Iulia.repet.l prætor. in princip.ff.de iudic.§.hæc autem lex.in authentic. de non alienand.aut permutan. cum ſimil. de quibus per Alexand. conſil. xxxvi.uiſo in princip.libro ſexto,et conſil.lxiij.circa,in princ. lib.iiij.et Deci.conſil.dlij.uiſo colum.j.libr.iiij. & præmiſſa tenet Guid.Pap.q.50.quia.

5 Cum itaq; Cardinales in Ro.cu. præſentes præfectis prætorio adæquentur : ut eſt glo.ab omnibus approbata,in.l. uni.in uerb.iudicaturus.ff.de offi.præfec.præt. et abſentes à dicta Ro. cu.(puta in aliqua prouincia legationis munere fungentes)pro conſulibus æquiparentur: ut eſt text.in c.ij et ibi ſcriben.de off. lega.ad inſtar præfectorum prætorio et proconſulum,ipſorum

ſententiæ

ſententiæ ex defectu ſolennitatis, ac iuris ordinis non ſeruati, corrigi,& emendari poterunt: prout eſt tex.in.c.ad petitionem, iuncta glo.i.extra de accu.ubi geſta per Cardinalem etiam ſedis apoſtolicæ legatum ob iuris ordinem non ſeruatum,irritantur: & ad idem tex.in c.per uenerabilem,ibi,cuius ſententia,quia caſſata,fuit ſolummodo propter iuris ordinem non ſeruatum &c. loquens de legato.extra qui fil.ſint legit, & c. licet trauenſes. & c.niſi ſpecialis.ubi Pa.et alij notant quòd legatus de latere non poteſt iuris ordinem remittere,de officio lega.de quo eſt in uerbo.figura.in c.fi.de hære.in.vi.& ponit Iaſ.in l.nemo poteſt,colum.i.de le.i.& Guid Pap.quęſt.cxcviii.Sed & quòd legatus de latere iuris communis obſeruantiam teneatur,prout alij,probat Alex.conſi.xxxiiij.uiſis.col.i.in fi.lib.vi.et conſi.xvij. uiſo inſtrumento,col.pen.lib.4.cum ibi add.Vnde Bald.in authent.ſed & ſi quis.col.pen.uerſ.quidam dicunt.C.de teſti.relatusad Alex. ad Bar.in l.fi.C.de legib. dicebat quòd teſtes inordinate etiam à Cardinalibus recepti nõ probant: & ponunt Canoniſtæ in c.ii. extra de teſtib.ac pręmiſſa (ut arbitror) ſine difficultate procedunt.ac etiam habebunt locum in iſtis uicarijs Papæ, in terris eccleſiæ poſitis: quia & ipſi loco præfecti prætorio ſunt: ut uoluit Pau.de Caſt.conſi.cl.uiſis et ponderatis.prout eum refert & ſequitur deciſ.Neap.uti per Capicium deciſi.cxxxi.dubium.nu. xlvi.Sed dubiũ eſt,nunquid proceſſus uel ſentẽtia ſupremi principis,uel ab eo ſumma cum poteſtate delegati ex defectu ſolennitatis,ac iudiciarii ordinis omisſi,uel alias poſſit dici nulla.

Et dubium facit, quia ſcimus quòd princeps eſt ſolutus legibus,ut.l.princeps.ff.de legi.quinimo ſupra leges, ut in authent. ut præponatur nomen Imperatoris,circa medium. & c. propoſuit,de conceſ.præben.diciturque lex animata in terris,ut in authentic.de conſulibus.§. fin. ac inſtar ſacrilegii ſit de facto illius uelle iudicare, ut.l.ii.C. de cri. ſacrileg. neminique liceat de eo quod factum eſt à ſummo pontifice iudicium dare,cum iudicet ipſe,& à nemine iudicetur,ut in dicta authen.in medio litis non fie.ſac.iuſ.columna ſecunda.c.nemo.c. cuncta per mundum. ix. q.iij.c.in apibus.vii.quæſtio i.c.per uenerabilem.qui fil. ſint legi.cum aliis,de quibus per Decium,conſil.dciii. uiſo puncto, in princip.et propterea idem princeps eſt,qui proceſſus, & reliqua minus rite facta confirmat,et purgat nullitates,ut in.d.c. ad petitionem,de accuſ.c.i.de tranſact.c.i.&.ii. de confirm.util.uel inutil.

util.glo.in cap.nullis.ix.q.ii.ponit Abb in cap.cum olim.in penult.colum.de re iudic.Bald.in l. reſcripta.ii. colum. in fine, de preci.Imper.offc.et in prælud. feud. columna nona uerſicul. ſed pauca de principe dicamus,&c.et Ro.deci. ccxxx. Pape in no. et Paul.de Caſtro in conſilio.clxxviij.donatio. in prima parte. Soci.in conſil.clxiiij.ſecunda parte,& in ſumma quicquid principi placuit legis habet uigorem : ſiue cognoſcens decernat, uel de plano interloquatur, ſiue edicto præcipiat. ut l.prima. C. de conſtit.princ.inſt.de iur.natu.gen. et ciuil.§. ſed et quod principi placuit,et l.fin.C.de legi.& propterea cum nullitas regulariter ex tranſgreſſu,et legis inobſeruantia proueniat, ut diximus ſupra,& princeps ſit ſupra ius, ut per multa comprobat Felin. ad propoſitum,in c.canonum ſtatuta,columna ſecunda,de conſtitut.& Paris de put.in tract. Sindicat. in.§.an dictum capitulum,columna quarta,in fine,uerſicul.& inquantum. Non uidetur poſſe dici, quòd ſententiæ, ſeu geſta principis nullitatibus ſuppoſitæ ſint, ex quo aliter agendo cenſeatur uelle diſpenſare, dicto capitulo propoſuit, de conceſſione præbend. per quem text.plures notabiles,concluſiones facit Felin.in cap. cum olim, columna octaua,& cap.in cauſis,in fin. de re iudic. & Alexand.
8 poſt Bartol.& alios in dicta l.finali.C.de legib.idcirco dici conſueuit,quòd in auditorio principis, & cauſis coram eo uertentibus,non attenditur nullitas, ſed ueritas rei geſtæ : quia amplecti debet ſolam ueritatem, & non ire per ambages, ex quo iudicat tanquam Deus, qui non fallit, nec fallitur, argum. no.in d.c.ad petitionem, de accuſ. per quem text. ita uoluit Bald.in l. Aemilius, ubi eſt bonus text.ff. de mino. & idem uoluit in capit.i.de no.for.fid.& c.i.uerſicul.ſi de inueſtitura,in fin.in uſibus feud.facit text. in c.magnæ, ibi, dum tamen non recedamus à tramite ueritatis.iij. extra de uoto. & in cap. per uenerab lem, ibi,ſacerdotes Leuitici generis,qui indicabunt tibi iudicij ueritatem, &c. qui fil.ſint legit.hinc eſt, quòd in dicto ipſius auditorio fatalia non currunt.authentic.ſed lis.& l. fina.§. ſi tamen.C. de temp.appellat.& l.fina.& ibi glo. in uerb. fatalium.C. ubi ſenat.& nouæ dilationes dantur eiuſdem arbitrio.l. in offerendis, & ibi Bartol.C.de appel.Specul.in titulo de appel.§.nunc breuiter.Item iuſta cauſa eſt, & Archi. in c.anteriorum.§. ad hæc. ij. quæſt.vj.cum alijs,de quibus per Alexand. conſil.xix. colum. ij.lib.i.& deciſ.Neap.lxxix.in cauſa firmani,numero.4. hinc eſt

etiam

etiam quòd idem princeps in foro ſuo quotidie iuris rigorem relaxat,& cauſas de plano,& ſine figura iudicij cognoſcendas cõmittit,cle.ſæpe,de uerb.ſig.cle.diſpendioſam,de iud.& ibi glo.in uerb.uſuris, quæ dicit hoc poſſe in foro ſuo, ſecus in alieno: ut etiam uoluit Bald.in l.eos in fin.C.de uſur. et Panor.in c. quod clericis,num.vj.de for.compe.et in effectu princeps mutat ſubſtantiam legis,et nigrum in candida uertit,ut in l.unic. in princ. C.de rei uxo.act.inſt.de acti.§.fuerat,nec eſt qui dicat illi,cur ita facis c.in memoriam.xix.diſtin.et ponit Spec. in tit.de legat.§. nunc tractemus,uerſic.lxxxix.& Paul.de Caſt.conſ.cccxvij.circa fin.in prima parte,et conſil.cclxxxvij.primum dub.eo.lib.& plura ponit Ang.in l.princeps.ff.de leg.& Roma.in l.ſi quis arbitractu,in.iij.colum.ff.de uerb.ob.cum alijs de quibus Deci. in conſil.undecimo in fine libri.i.& conſil dclv.colum.penultima, lib.v.& conſil.cccccxcviij.uiſo.columna fin.& conſi.dlxxxvij. uiſo puncto,in princ.lib.iiij.& conſil.dcxxxi. caſus poſt princ. &.dcxcix.accepi in fin.lib.v. &.cccxli.uiſo. colum.iiij. nu.viii. lib.xiii.Et quod dicitur de principe ſupremo,poteſt etiam in materia noſtra intelligi de ciuitate,ſeu principe non cognoſcente ſuperiorem in terris ſuis,ut uoluit Bartol. in l.relegati.ff. de pœn. cum alijs,de quibus per Alex.in conſi.i.num.xxvi.et conſ.xv. ius.col.ij.lib.v.& Deci.conſil.dxxxiiij.num.2.lib.4. ubi aſſerit quòd ita eſt communis concluſio,et idem tenet in conſi.cclxxi. diuino,col.ij.uerſi.& ſublata,lib.ij.et conſi.cccxc.quoniam, col. v.uerſi.ex dicto priuilegio,lib.iij.& conſil.xliij. col.i.eod.lib.

11 Pro quorum reſolutione,ne hic diutius moram faciamus, et inſtitutæ breuitatis terminos egrediamur, conſiderandum eſt quòd aut conſtat,quòd princeps in procedendo, & ſententiam ferendo à iuris communis diſpoſitione recedere non intellexit: Aut conſtat de contrario.uidelicet quòd uti uoluerit poteſtatis plenitudine,aut ſumus in dubio.

Primo caſu quando ex actis, ſeu aliunde conſtat principem poteſtatis plenitudine uti noluiſſe,ſed tanquam uniuerſalem ordinarium proceſſiſſe,& a legibus noluiſſe declinare, prout ipſe-
12 met princeps multoties hoc declarat: ut patet in c.cum dilecti, ibi,uolentes tamen iuris ordinem obſeruare,&c.& ibi,quantum de iure poſſemus, procedemus,&c.de dol.& cont.& c.licet cauſam, ibi, quia tamen non uolumus a iuris tramite declinare, &c. de probat.& c. cum olim,in fin.ibi, uolentes tam rationes quam

quam canones obſeruare,&c.de elect.&.c.cordi,de app.in.vi.cũ ſimil.& hoc ultra generalẽ declarationẽ,qua profitetur ſe uelle ſecũdũ ſuas leges uiuere,ut in l.digna uox C.de le. inſt.qui.mob. teſta.infir.§.fi.l. ex imperfecto, de leg.iii.cum igitur princeps de claret ſe uelle iuris ordinem ſeruare, ac in uerbis, nulla ſit ambiguitas,non debet admitti uolũtatis quæſtio.l. ille,aut ille.§ cum in uerb.de leg,iii,et propterea dicemus, quòd ordo iudiciarius, et reliquæ etiam iuris poſitiui ſolennitates coram ipſo Papa, et ſupremo principe ſeruari debebunt:ut eſt text,in c,ex cauſis, ſi non uioletur litera,de re iud,et c de cætero,eo tit,

13 Quando autem conſtat,quòd princeps in procedendo poteſtatis plenitudine uti uoluerit,ut quia hoc expresſit, tunc proceſſus ac ſententia eiuſdem, ex defectu duntaxat à iure naturali proueniente, et tollente defenſiones, et cauſæ cognitionem, ac naturalem iuſtitiam eradicante, non autem ex defectu iuris poſitiui,impugnari poterunt, quoniam ciuilis ratio ciuilia corrum pere poteſt, naturalia uero,nequaquam,iſta nanque immutabilia ſunt, et tanquam æquum, et bonum decet illibatum permanere.§.ſed et naturalia, inſtit.de iur.natu.gent.et ciuil.§.fi,de leg, agna,tut,eo,lib,l.pe,in prin,ff,de iuſtit.et iur,l,ii,in fin,ff,de uſu fruct.ea,re,etc prout arguit in terminis noſtris Paul,de Caſt,in conſi.cccxvii.in fin.in prima parte,et Abb.cõſil.xciii columna quarta,libro ſecõdo,et Deci.conſi.dclxxxix.dum uoluit quòd princeps obligetur ex his quæ ſunt de iuregentium, quia de huiuſmodi iure procedit illud, Semel locutus eſt Deus, etc, quod ſcripſi, ſcripſi, etc, et quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita, etc,cum ſimil.de quibus per Bald.in conſil, cclxxix, pridie,columna decima,libro tertio,et eundem Deci, conſil, lviii, quæritur,colum.ij.nu,v,& conſi.dlxxxviiii.uiſo, col.fi. lib.iiii.

14 Idcirco cum defectus citationis cenſeatur ob defenſionem à iuregentium. et diuino procedere,iuxta tex.in c.iii. in lib. Gen. ibi,Adam ubi es,etc.et.c.Deus omnipotens.ii. qu.i. qualiter, et quando.de accuſ.lib.ij.§.ſi ad diem,de re mili. & Bal.in l.ſi executorem.col.xix.C.de execu.& re iud. et Bart.in l.filiusfamilias ff.de donat.cum alijs de quibus per Feli.in c.cum olim, col.viii. in princ.de re iud.ſi citatio omitteretur, ſententia principis redderetur in ualida: ut eſt tex.in cle.paſtoralis,uerſi. nec prædicta ſuppletio de re iud.& l.fina.iuncta gloſ.ij.& ibi Bal.et alii. C. de legi.c.i.& ibi Abb.de cau.poſſeſſ.& proprie.c.nos quemquam

E ſeconda

ſeconda,quæſtione prima, & eſt cõmunis ſententia doctorum: prout aſſerit Feli.in d.c.cum olim,col.ix.num.xii. de re iudi. et Cel.ad Lanf.in cle.Sæpe.in uerb.omiſſa citatio. de uerb. ſignifi. quicquid alij dicant,quos refert.d.Alex. qui omnem opinionẽ comprobat, in conſi.xi.nu.v.lib.vii.& tenet Deci.in cõſi.dxiii. uiſo puncto,col.pe.in fi.et conſ.dxliii.col.pe. nu.27. lib.iiii. et Ro.in fin.dclxiiii.Tu ſcis.Idem foret ſecundũ aliquos, ſi à principe cauſæ cognitio omitteretur, quia ſententia ipſius principis abſque cauſæ cognitione lata,reputetur iniuſta,et inualida, prout uoluit Alexan.d.conſi.xi.alias conſului,lib.vii.et Deciſ. in d.
16 conſi.dxliiii.Sereniſsimus,col. iii. uerſic.ſecundo principaliter, lib.iiij.et Capicius deci.Nea.lxix.in cauſa Io.nu.xxxv.uel etiam idem foret,ſi nullitas proueniret ex defectu mandati, et conſenſu partium, ex quo talia ab ipſo principe ſuppleri non poſſunt, ut uoluit Io.And.et alijs in c.per uenerabilem, qui fil. ſint legit. facit.c.primo, in princip.de ſponſ.in.vi.et c.in noſtro, cum ſua materia,de procur.Nam etiam quòd princeps appoſuiſſet clauſulam,uidelicet ſupplentes omnes,et ſingulos defectus ſi qui interfuerint,etc.huiuſmodi ſuppletio reſtringitur ad defectus iuris poſitiui duntaxat,nec ſe ad defectus iuris naturalis extendit, ut declarat Archidiaconus in capitulo Cenomanenſem.lvi.diſtinctio.et Abb.poſt Hoſtiẽ.in cap.primo de tranſact. Card.et alij in d.clemen.paſtoralis in tertio no.Spec.in titulo de leg.§.nunc oſtendendum,uerſicu.xviii. cum alijs, de quibus per Alexand. conſil.lxxix.circa prin.columna quinta,lib.primo,et Deciſ.cõſil.dcxx.diuino,colum.penulti.libro quinto,prout dici conſue-
18 uit de clauſula ex certa ſcientia,et de poteſtatis plenitudine:quoniam per huiuſmodi clauſulas ſubſtantialia,ac ſolennitates ſupplentur,et ſanantur,quando proceſſum fuit parte uocata,et cum cauſæ cognitione,alias huiuſmodi clauſulæ parum operantur, ut docet Rot.deciſ.ccxxx.Papa confirmando, in no.et ſequitur Soci.conſi.clxiiii.uiſa bulla,columna tertia,uerſiculo, ſed ac omnia,lib.ij.et Deci.conſil.dxliiii.nume. uenteſimo ottauo,et treceſimoſeſto,lib.quarto,prout etiam ſimilis clauſula non operatur niſi circa ea,de quibus princeps præſumitur habere ſcientiã, ut ſunt illa quæ in iure: ſecus in his, quæ in facto conſiſtunt, quia talia præſumitur ignorare: ut uolu. Bal. in l. fin. C. ſenten. reſcin.non poſſ.quem ſequ.Alex.conſil.cxxv.uiſo tit.in fin.lib. ij.et conſi.ccxv. non obſtat in fin.lib.vii. et de iſtis ponit etiam in conſi.

In conſil.xcii.perſpectis,columna ſeptima,uerſi.modo uidendū, libro ſexto,& conſi.cxi.perſpectis,eodem libro,& conſi.cxxii. uiſo puncto,in fine,lib.iiii.& conſ.ſequ.columna ottaua,uerſic. præmitto,ubi ponit quando dicendum ſit,ꝙ princeps ex certa ſcientie,aliquid fecerit:& unde Philip.Deci.qui etiam præmiſſa ponit in conſil.cxcviii.diuino libro primo,&.ccccvii. uiſis, columna fin.in fin.&.ccccx.in cauſa nota.columna quarta.

19 Et ꝙ principis ſententia,& diſpoſitio ex defectu iuris natura lis impugnari poſſit,non autem iuris poſitiui,tenuit Inno , in c. quæ in Eccleſiarum,ubi per Feli.in uerſi.limita ſexto,de conſti. & per eundem poſt Panor.& alios in d.c.Cum olim,ubi multa congerit de re iudi.& Deciſi. Nea.ccccxc. fuit,& Alex.in dicto conſi.xi.poſt Bar.in uerb.figura iudicij, in conſtitutione, ad reprimendum,& Rot.ut per Caſſad.deciſ.viii.nume.vi.de reſcrip.

20 SI VERO fuerimus in dubio nunquid princeps poteſtatis plenitudine uti uoluerit: quia in dubio nunquam intelligitur uti uelle poteſtatis plenitudine , niſi quatenus exprimat, iuxta not.per Innoc.in c.innotuit,de elect.et latius per Fel.in c. j.col.viii.uerſ.& hinc eſt,de conſt. et in c.cauſam quæ,el.ij.in.iii. not. de teſti.poſt Panormi.in c.ad hæc,de reſcrip. et Bal. in l.ſi teſtamentum.C.de teſt.cum alijs,de quibus per Alex. in conſil. cccvii.uiſo,num.ſecōdo,lib.i.& conſi.xi.alias conſului,col.ii.lib. vii.et conſil.lx.nu.xx.libro ſecōdo.Paul.de Caſt.conſi.cccxvii. col.i.in i.parte, et Roma.ſing.dcclvii.dixi alias, ſicuti etiam di-

21 cimus de certa ſcientia,quæ in ipſo principe non prçſumitur, ſi ex tenore literarum,uel alias de ea legitimè non conſtiterit , ut per glo.in c.ſtatutum, in uerb. literarum,de reſcrip.in.vi. et cle. principalis, in glo.fin.de reſcri.Imol. in .l. quidam conſulebat, cum aliis,de quibus per Alex.d.conſi.col.i.lib.vij. hoc igitur ca

22 ſu quando ſumus in dubio, non eſt credendum principem,qui iura tuetur , ſolemnia , ac obſeruationem iudiciorum à ſe tot uigilijs excogitatam,et adinuentam , ita de facili ſubuertere uoluiſſe,arg.l.ſi quando.C.de inoff.teſta.c.Eccleſia ueſtra,et ſecō do,de elect.et no.glo.in c.cauſam,de reſcript.cum potius uidea-

23 mus ipſum principem diligentisſime cauſas coram ſe uertentes examinare , tum reſpectu iuſtitiæ ac ueritatis,tum etiam ratione rectitudinis proceſſus,et ordinis iudiciorum,et quicquid per peram factum reperit,caſſare, annullare , ut in c. ueritatis , ibi, Nos igitur uidentes ordinem iudiciorum in hoc facto fuiſ-

ſe ſeruatum,& c.de dolo,& contu.c.cum ad ſedem,de reſtit. ſpo.
24 c.ad petitionem.§.fi.de accuſ.& propterea Rota Deciſ. dclxx. nota quòd quando,in antiq.notãter dixit, quòd cauſæ cõmiſſæ Cardinalibus,uel alijs in cõſiſtòrio Papæ ſunt magis pericoloſæ,quàm aliæ:ſi in eis ordo iuris debitus non ſeruetur.

25 Idcirco cum princeps ſe legibus alligatum, & poteſtatis ſuæ plenitudine(niſi id exprimat)uti nolle profiteatur(ut ſupra uidimus)uidetur dici poſſe ſententias proceſſus, & reliqua ab eo iudicialiter geſta,ex præſumpta eius mente (quoniam non conſtat de contraria) legibus uniuerſalibus, ac poſitiuo iuri ſubiacere,ex illiſque impugnari,corrigi,& reformari poſſe,uoluiſſe per ſupradicta,eritque pia,æqua,& rationabilis interpretatio, & digna maieſtate regentis,neque abſurdũ,aut nouũ uideri debet,ꝙ ſententia etiam Romanæ ſedis poſſit retractari, aut in melius commutari iuxta tex in c.ſententiam,c.Apoſtolicæ, & c.ueniã xxxv.q.ix.c.cum olim,de re iud.c.alma.in prin.de ſent.excom. in.vi.c.fi.& ibi gl.in uerb.emendare,de reſcript.eo.lib.cum alijs, de quibus per Spe.in tit.de except.§. Viſo. col. x. uerſ. nam & Papa,& Deci.conſi.dciii.in prin.lib.v.hæc igitur fuit uetus, ac ſolita modeſtia,& ſacrorum Canonum prouida doctrina,& ſapientia.

26 In præmiſſis tamen aduertendum erit: quia ſi actus per principem factus,in totum, quoad formam iuris peccaret, ad effectum quòd actus huiuſmodi ſuſtineretur, & ualeret, in dubio præſumeretur, quòd princeps (actum huiuſmodi conficiendo)plenitudine poteſtatis ſuæ uti uoluerit, ac iuri contrario derogare, ſecundum Felinum,c.primo,col.viii.num. xxvi. de conſtit.&.c.cum dilecta.col.xvi.uerſi.limita regulam, de reſcrip.& in c.in cauſis,col.ſeconda,uerſi.obſtat primo, de re iud. poſt Paul.de Caſt.in l.ex imperfecto.C. de teſta. & in l. quamquam.C.de mili.teſta.& Alexand.in l.Centurio.Colum. duodecima,de uulg.& pup.& Hipp.de Marſ.in l.prima.§.ſi ſeruus.v. item pro prædictis,nu.decimonono.ff.de quæſt. quod cogitandum relinquo, quia eſt maxima præmiſſorum limitatio, & quamplurimum,iurium reſtrictio,& declaratio.

Viſo igitur quæ ſententia ex defectu nullitatis impugnari poſſit,reliquum eſt,ut uideamus per quem modum talis impugnatio fiat, ideſt qualiter, & quot modis nullitas ipſa in iudicio deducatur.

IN RVBR. SEV TITVL.

Quot, & quibus modis, &c.

SVMMARIA.

1 *Nullitas duobus modis in iudicio proponitur, principaliter uidelicet aut incidenter.*

2 *Nullitas quando in iudicio cenſeatur principaliter deducta, plura exempla uide hic, & nu. 3. 4. 5. 6.*

7 *Nullitas poteſt eodem libello cum remedio reſtitutionis in integrum proponi, & cumulari.*

8 *Libellus in quo aliquid petitur declarari nullum, uel quatenus aliquo aliquid reſcindi, ſuſtinetur.*

9 *Nullitas, & appellatio poſſunt eodem libello intentari, et utrunque cenſetur principaliter deductum.*

10 *Appellatio quando interponitur à ſententia, reſeruato iure dicendi de nullitate cenſetur conditionaliter interpoſita, uidelicet, quatenus ſententia ſit aliqua.*

11 *Libellus dico ſententiarum nullam, & ſi qua eſt, appello, à communi iure, & praxi receptus eſt, et tali caſu nullitas in iudicio principaliter deducitur, & nu. 12.*

12 *Libellus poteſt declarari per actorem.*

14 *Nullitas, & iniuſtitia poſſunt ſimul, & ſemel deduci, cognoſci, et terminari, dũmodo cõtrarietas non reſultet.*

15 *Nullitatis cognitio, cognitionem negotii principalis parte petente præcedere debet.*

16 *Nullitate oppoſita ſi iudex illa non cognita ad ulteriora procedat, proceſſus eſt nullus.*

17 *Nullitas qualiter, & quando dicatur incidenter deducta, & nu. 18. & 20.*

18 *Iudex appellationis poteſt incidenter ſuper nullitate co- gnoſcere.*

19 *Arbiter ſuper iniuſtitia laudi aditus poterit nullitatem illius declarare.*

20 *Nullitas per modũ exceptionis propoſitæ dicitur inciden ter deducta, & uide exempla.*

21 *Nullitas ex actis, & proceſſu inſurgens cenſetur inciden- ter propoſita.*

22 *Nullitas ex actis inſurgens etiam poſt concluſionem reuo- cari poteſt.*

23 *Attentata etiã ex mero iudicis officio uſque ad concluſio- nem cauſæ reuocari poſſunt.*

24 *Nullitas ꝙ fuerit principaliter, aut incidẽter deducto, eſt magni effectus: quia unus modus multũ differt ab alio.*

25 *Nullitate ſeorſum ac principaliter in iudicio deducta iuris ordo actela iudiciaria ſeruanda eſt: ſecus quando inci- denter, & nu. 27.*

26 *Sententia lata ſuper nullitate principaliter intentata ha- bet uim diffinitiuæ.*

28 *Attentata abſque aliquo iuris ordine reuocari poſſunt.*

29 *Nullitas ſeorſum & principaliter deducta regulariter executionem non impedit, & intellige prout nu. 31.*

30 *Reſcripta quæ ſuper nullitatibus ſententiarum principa- liter petuntur non conſueuerunt concedi in* Rom. *cu. abſque clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis, uel ſi quid exequendum fuerit. &c.*

32 *Nullitas incidenter puta per modum exceptionis propoſi- ta regulariter ſi fuerit in promptu executionem impe dire conſueuit.*

33 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens, etiam quod*

in

in promptu non ſit, executionem retardat.

34 Nullitas deducta in ſimul cum appellatione dicitur potentior, & tunc ſuſpendit, & deuoluit.

35 Appellationis cauſa deſerta (quamuis nullitatis cauſa nõ cenſeatur deſerta, ut nu. 38.) nihilominus executio non retardabitur. & num. 36.

36 Nullitas incidenter deducta & cognita poteſt iterum principaliter in iudicio deduci & cognoſci. & nu. 38.

37 Sententia lata ſuper principali non præiudicat incidenti, de quo non fuit plene cognitum.

39 Libellus quando nullitas incidenter deducitur non uidetur neceſſarius.

40 Sapientia regulariter ſuper incidenti non profertur.

41 Nullitas per modum exceptionis propoſita, ſi fuerit manifeſta ſtatim perimit, et non indiget pronuntiatione.

42 Nullitas quando incidenter deducitur poteſt in libello concludi, ut habita prima ſententia pro nulla, ſeu illa non obſtante uel caſſata ex integro ſuper principali negotio pronuncietur.

43 Caſſatio habet uim ſententiæ.

44 Clauſula non obſtante &c. habet uim ceſſationis.

45 Sententia ſuper principali negotio lata uidetur nullitatẽ reprobare quando de ea fuit exceptum & cognitum.

46 Nullitas quãdo principaliter deducitur, quomodo in libello debeat concludi, & quid in primis ſit conſiderandũ.

47 Nullum eſſe aut caſſandum fore longe differunt ſicuti liberatum uel remiſſum, aut liberandũ uel remittendũ.

48 Nullum q, aliquid ſit uel per ſententiam annullandum qualiter & quomodo cognoſci poſſit, & nu. 52.

49 Clauſula nullius momenti ſit &c. importat ipſo iure.

50 *Clauſula uiribus careat &c. intelligitur ipſo iure prout etiam quando lex iubet aliquid non ualere.*

51 *Verba denotantia actum ipſo iure non ualere quæ ſint, remiſsiue.*

52 *Forma quæ dicatur ſubſtantialis & uitians, & quæ accidentalis & non uitians.*

53 *Lex aliquid prohibens etiam quòd ulterius non procedat, actus in contrarium factus eſt nullus, ſecus ſi ulterius procederet.*

54 *Prohibentur multa fieri, quæ tamen facta tenent, & quo modo intelligatur.*

55 *Forma uel ſolennitas actui iam facto adhibita non cenſetur ſubſtantialis, ſed accidentalis dicitur, & nõ uitiat.*

56 *Libellus quibus uerbis concipi, & in eo concludi poſsit quando actus eſt ipſo iure nullus. & nume. 57. &c. uſque ad. 85.*

86 *Libellus quibus uerbis concipi, & in eo concludi poſsit, quando actus eſt ipſo iure nullus ſed per ſententiam annullandus, & nu. 87. &c. uſque ad 100.*

101 *Verborum proprietas non ſemper obſeruatur, ſed unum pro alio ſæpenumero ponitur: & tunc qualiter interpretanda ſint.*

102 *Libellus quomodo & quibus uerbis formandus ſit, quando dubitatur nunquid actus ſit ipſo iure nullus uel annullandus.*

103 *Libellus etiam quòd non ſit ſpecificata cauſa nullitatis ſi non opponitur, tenet: & ſatis eſt quod in proceſſu ſpecificetur & declaretur.*

104 *Libellus nullitatis adæquatur libello appellationis, ideo totum deuoluit, & deducit.*

105 Nul-

105 *Nullitatem proponẽs poterit ſuum libellum quibuſcunque modis defendere: & finita ſeu relicta una cauſa nullitatis aliam proſequi, & hoc quando proſecutio et ſententia non fuerit generalis, & agitur de nullitate actus iudicialis ut hic.*

106 *Nullitatem alicuius contractus uel actus extraiudicialis proponens non poteſt aliam nullitatem quàm in libello expreſſam in illo iudicio proſequi.*

107 *Iudex nullitatis ſeu appellationis antequam ſententiam proferat quid agere debeat: & qualiter ac ſuper quo pronuntiare poßit per diſcurſum &c.*

108 *Sententia in cauſa nullitatis iuxta formam libelli dictanda eſt: & qualiter formanda ſit tam ex parte rei quàm actoris, & quòd iudex nullitatis poteſt etiam ſuper negotio principali pronuntiare. uide num. 109. 110. cum pluribus ſeq.*

110 *Sententia confirmatoria uel infirmatoria, ſi de iure partium non cõſtiterit, dare non poteſt, ſed tunc danda eſt abſolutoria ab inſtantia iudicij.*

114 *Sententia qualiter formari poßit, quando in libello dictum fuit, dico ſentẽtiam nullam, & ſi qua eſt, appello.*

115 *Sententia qualiter ſit formanda quando à ſententia quæ erat nulla fuit appellatum, & .118.119. & .120.*

122 *Sententia in cauſa nullitatis lata quando alijs etiam litiſconſortibus proſit, & quando non. & nu. 125.*

126 *Sententia in cauſa nullitatis principaliter intentata ferri non poteſt ſine partis citatione, quia habet uim diffinitiuæ.*

128 *Iudex nullitatis quando ſuper antiquis actis poßit dare ſententiam, & quando non.*

E 5 Quot,

Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi, ac ſuper ea libellus & ſententia concipi, & formari poſſit.

1 NVLLITAS altero ex duobus modis in iudicio proponi conſueuit, principaliter. ſcilicet, aut incidenter: ut declarat Bar. in l. ſi expreſſim, col. vi. uerſic. nunc aliqua uideamus. ff. de appel. et in l. j. col. pen. C. quand. prouoc. non eſt nec. et in l. i. §. i. ubi gl. in uerb. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. et in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. et in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de no. ope. nuncia. Canon. in c. dilecto ubi Fran. q. iii. & q. iiii. de app. & alibi ſæpe.

2 Principaliter autem dicetur nullitas intentata, quando remedium iſtud, ac ius dicendi nullum ſolum, & à quouis alio remedio ſeparatum, per modum agendi (ad id nobili iudicis officio implorato) in iudicio deducetur, iuxta ea quæ ponit Barto. in l. quæ ſub conditione. §. ſi. ff. de condi. inſti. ut puta ſi filius præteritus petierit teſtamentum patris pronuntiari nullum: ut in l. filio præterito et ibi Bar. colum. xi. uerſi. Quæro ergo qualiter. ff. de iniuſt. rup. et in l. ſuus hæres. ubi Bal. col. i. uerſic. nota hic duplicem modum agendi &c. C. de repud. hæred. et idem Bar. in l. ii. C. de ord. iud.

3 Item ſi quilibet alius principaliter et directo ageret ſuper declaratione inualiditatis alicuius contractus, uel quaſi, ut in l. ſi mater tua. cum ibi nota. C. de contrah. empt. et l. i. et l. ſi dolo. C. de reſcind. uend. l. ſi is. C. de præd. min. l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. et fac. igno. l. ſi pater. C. ad ſenatuſcon. Velleia. l. imperatores. ff. de priuil. cred.

4 Siue quòd ageretur principaliter et directo pro declaranda nullitate alicuius ſententiæ, uel alterius actus iudicialis ut in l. i. et l. ſi pater. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. cum ſententiam. C. de ſenten. l. ſi ut proponis. C. quomo. et quando et l. i. et l. ſi ferialis. ff. de feri. c. cum contingat. de off. deleg. c. ad audientiam. de reb. eccle. non alie. c. per tuas. de ſenten. excom. clem. i. de re iudi. cum ſimi. ex quibus iuribus patet quòd litigatores ſuper nullitatibus ac inualiditate actorum et ſententiæ contendebant, ex quo princeps per modum legis condendæ, in huiuſmodi materia principaliter propoſita reſcribit.

5 Principaliter

5 Principaliter dicetur nullitas deducta etiam,ſi in iudicio cum alio remedio reſcindente propoſita fuerit,dummodo æque principaliter cum altero remedio deducatur, ut puta ſi per aliquem ex modis infraſcriptis deduceretur,uidelicet.Dico teſtamentum patris mei nullum ex eo,quòd non fuit rite et ſolenniter factũ: et quatenus aliquod apparuerit, dico illud tanquam inofficioſum,debere reſcindi: quo caſu principaliter cognoſcendum eſt de uiribus teſtamenti: et remedium nullitatis reputabitur principaliter in iudicio deductum: ut probat text.in l.contra maio-
6 res,et l.eum qui.C.de inoffi.teſta.uel diceretur. pono quòd tale inſtrumentum ex defectu talis ſolis ſolennitatis eſt nullum et inualidum,et quatenus conſiſtat, dico me ex eo ultra dimidiam iuſti precii fuiſſe deceptum,et circunuentum: ac propterea, illud reſcindi,et rem meam mihi reſtitui, aut iuſtum illius precium ſuppleri debere,ut in l.ii.C.de reſcind.uend.et c. dilecti. extra de empt.et uend.quam ſpeciem libellandi ponit Ang. et Imo.in d. l.ſi expresſim col.xxix.et commendat Franc. in d.c.dilecto.q.
7 xxi.de appel.ſiue quòd eodem reſcripto ſeu libello poneretur et cumularetur nullitas et in integrum reſtitutio: quod fieri poteſt, ut in cap.conſtitutus.de reſtitut.in integ.ponit Guid.Pap. cxliii.an prætendens.

8 Suſtinetur nanque libellus,dum petitur inſtrumentum declarari inualidum,uel quatenus aliquod,aduerſus illud reſtitui. Nã utrunque remedium cenſetur conditionaliter et diſiunctiue propoſitum,et propter incertitudinem: et quia nulla inſurgit perplexitas aut repugnantia,toleratur: ut in iſtis terminis declarat Innoc.in c.literis.de reſti.in integ.et Bar.in d.l.ſi expresſim,col. vi.uerſi.quæro quid.et Bal.in rep.l.edita colum.xv. quæſtione. vij.C.de edend.Eſt deciſ. Dominorum de Rota, ut per Aegid. conſil.ccxcviii.de conſuet.et Rot. deciſ.cxvi.licet cauſa nullitatis.in no.et Deci.conſil.ccccxi.diuino.in fine,lib.iij.

9 Idem foret ſi nullitas intẽtaretur ſimul cum appellatione aut remedio attentatorum,prout fieri poteſt: ut notat idem Innoc. in d.c.dilecto,et Bal.in d.l.edita,col.xv.q.vi. et eſt deciſio.Rot. cxlv.nota quòd intentans, in anti. ubi enim nullitas et appellatio tanquam diuerſa,propoſita ſeu commiſſa reperiuntur,utraq; principaliter,expreſſa et deducta intelligi debet, per id quod legitur in l.ſi cui.ff.de fund.et inſtr.leg.et l.i.in fi.cum.l.ſequ.et ibi Bart.ff.de pecul.leg.et idem Bart.in l.Titiæ textores.ff.de lega.i.

cum

cum alijs,de quibus in terminis noſtris ponit Alexand. conſil.
10 ij.col.pen.lib.iij. Et propterea quando dicimus, Appello à tali ſententia,reſeruato mihi iure dicendi de nullitate &c.prout quotidie in curia practicatur. Appellatio huiuſmodi cenſetur qualificata & conditionalis, uidelicet quatenus ſententia ſit aliqua: ut probatur ex not.per glo.in l. Item Labeo.§.j. in uerbo pure.ff. famil.erciſc.& in l.obligationum.§.fi.ff.de actio. & oblig.Spec. & Io.and.in tit.de ſenten.§.ſpecies uerſic.quid ſi iudex.cum alijs de quibus per Alex.in conſil.lix.uiſo tit.col.v.uerſic.cum pro-
11 batur.&c.lib.4.Prout etiam idem dicimus ſi eſſet dictum: dico ſententiam nullam,& ſi qua eſt appello: qui modus appellandi ſeu libellandi à communi iure & practica receptus eſt: ut eſt glo.ordinaria, & ibi ſcribentes in.l.j.C. quand.prouoc.non eſt nec.& Bar.in d.l.ſi expreſſim.colum.iij.de appell.& de communi ſtylo & opinione atteſtatur Franc.in d.c.dilecto.q.xxi. Abbas conſil.xcvii.ſaluatoris,in prin.lib.i.& Lap. alle.cvii.factum uerſic, Tamen ſub iſto ordine &c. Nullitas nanque accumulata & taliter propoſita,intelligitur (ut eſt dictum) conditionaliter & diſiunctiue,non autem ſimpliciter & copulatiue,& ęque principaliter cum altero remedio cui accumulatur, in iudicio uenit & deducitur,non autem incidenter & ſecundario: cum res ſub genere contenta,poſt illius expreſſionem, amplius non contineatur ſub eodem,alias expreſſio nihil operaretur: ut declarat
12 Aegid.conclu.cccxxxviij.in cauſa, in fin. Et quòd nullitas, ut præmittitur,accumulate intelligatur principaliter in iudicio deducta,tenuit Iacob.Butrig.in d.l.i.C.quand.prouoc.non eſt nec. & ibidem Io.de Imol.col.vi.qui opinionem Iacobi comprobat & defendit: & Anch.in clemen.i.colum.4.de ap. & Dec.col.fi. & Franc.q.xliij.&.q.lviij.uerſic.tu aduerte: ubi dicit hanc opinionem de iure ueriorem,& in.q.lx.ſuper d.c.dilecto,de app.& Iaſ.in l.titia textores.§.i.de leg.i.& idem Iaſ.in l.i.in princi.ff. de iuſt.& iur.Eandem partem acriter defendit & tuetur.d.Alex.dicens eandem eſſe de iure ueriorem & communiorem opinionē, in conſil.ij.conſideratis col.pen.uer.ſed in hoc.lib.iij.& in conſ. ccxxv.ponderatis.col.vi.uerſic.præterea,lib.vi.& quòd ſit communis atteſtatur etiam idem Dec.in d.c.dilecto.colum.iij.nu.7. & Gra.in conſ.ul.nu.xli.uol.ij.quicquid alij in contrarium ſenſerint. Quamuis pro opinionibus uitādis actor poſſet libellum ac ſuam intentionem declarare,an uoluerit nullitatem principa-

liter

liter uel incidenter deducere,per text.in l.ſi quis intentione.ff.de iudic.& l.Pomponius ſcrib.§.fin.ff.de rei uend.& c.literæ,extra de dilat.docet Alexand.dicto conſil.ij.colum.penul.in fin.

14 Et nedum remedia huiuſmodi adinuicem nõ repugnantia in iudicio commutantur: quinimo eodem tempore, ac ſimul & ſemel utraque cauſa uidelicet nullitatis & iniuſtitiæ inſtrui, & ſuper utraque probationes admitti poſſunt: ut docet Barto. in l.i. colum.iii.uerſicu.circa ſecundum.C.quand.prouoc.non eſt nec. ubi dicit quòd communis conſuetudo ita obſeruat.& in l.ſi expreſſim.colum.v. & ibi Imol. colum.xxxii. aſſerens hoc communiter teneri.de app.ponit Abbas in d.c.dilecto col.ij.uerſi.& hæc faciunt & ibi Franc.q.xxiiij.de app.& Bald.in l.edita.in repet.col.xv.q.vi.dum ponit quòd nullitas poteſt examinari una cum grauamine.

Quod intellige (ut dixi) quando contrarietas uel repugnantia non reſultat,alias cumulatio huiuſmodi non reciperet,prout eſſet,ſi proponeretur interdictum unde ui, cum remedio l.ii.C. de reſcind.uend.uel ſi diceremus, dico ſententiam nullam, quia lata cum falſo procuratore,et dico eandem iniuſtam,per ea quæ ab ipſo falſo procuratore probata ſunt: quoniam eodem tempore eſſet approbare, & reprobare geſta ipſius procuratoris: quod ſtare non poteſt,per regu.l.i.C. de furt.l. per ſeruum.§.denique.ff.de uſu & hab.l.ſi fuerit.ff.de reb.dub.l.ubi repugnantia. ff.de regu.iur.& declarat Rot.d.deciſ.cxvj.licet in no.

Intellige inſuper quòd eodem tempore ſuper utraque cauſa uidelicet nullitatis et iniuſtitiæ procedi poteſt: dummodo is qui nullitatem proponit non contradicat: ipſo nanque inſtante ac petente in primis ſuper nullitatibus cognoſci,ac illas reuocari debere,priuſquam de iniuſtitia,aut negotio principali cognoſceretur,audiendus eſſet: ex quo de nullitate prius cognoſci conſue-

15 uit,ſecundum ea quæ poſuit Bart.in l.cum quærebatur de re iudic.& in l.ſi ut proponis.ii.colum.et Ang.in l.præſes.C.quom. et quand.et Franc.in d.c.dilecto.q.x.uerſicu.ulterius aduerte. et Lanfranc.in c.quoniam contra.uerſic.interlocutoriæ nume.22.

16 de proba.et facit text.in d.l.contra maiores.C. de inof.teſt. et ſi iudex oppoſitione ac proteſtatione huiuſmodi non obſtante ad ulteriora in principali negotio,de nullitatibus aliter non cognitio procederet,proceſſus eſſet nullus ſecundum aliquos: ut per Bald.in.§.qui prouocauit.q.xii.circa fin.ff.de pact.et tenet idem

Franc.

Franc.in d.c.dilecto.q.x.uerſic.ſecundo dubitatur.Quod intelligo dūmodo ab huiuſmodi ulteriori proceſſu et tacita exceptionis legitime reiectione,appellaretur: alias cum ſit peruerſio cognitionis cauſæ, ad cauſam, uel repulſio exceptionis,non crederem proceſſum ipſo iure nullum,per ea quæ dicam in.q.fin.et facit text.in l.i.C.de app.c.ex parte.extra eo.tit.c.exhibita.de iud. cum ſimi.in ſupraſcriptis itaque caſibus et exceptis nullitas dicetur principaliter in iudicio deducta.

INCIDENTER autẽ dicetur nullitas in iudicio pro-
17 poſita, ac de ea tanquam incidenti et ſecundario cognoſcetur, ſi petitum fuerit quod (caſſata ſeu habita prima ſententia pro nulla) ex integro ſuper negotio principali pronũcietur,ac ſentẽtia prædicta reformetur, tunc etenim principaliter cognoſcendum eſt de cauſa et principali negotio,et incidenter de nullitate ipſius ſententiæ,ut habes exemplum in c.ad probandum.et cap. Cum I.et A.ibi,irritantes proceſſum eorum,in negotio procedatis.extra de re iud.et in l.iiij.et l.abſentem.C.de accuſ.et l.prima. C.de ſenten.ex peri.recit.l.fi. de ſentent. quæ ſine cert. quantita. profe.l.ſi de proprietate.C.ſi à non comp. iud.l. cum non eo.C. quand.prouoc.non eſt nec.cum ſimil.in quibus patet, quòd habita prima ſententia pro nulla,de nouo pronunciãtur ſuper principali negotio,et ponit Bar.in l.ſi expreſſim.col.penul.de appel.

18 Dicetur inſuper nullitas incidenter deducta,ſi ſimpliciter cõmiſſa cauſa appellationis.idem iudex examinando eandem appellationem,cognouerit etiam nullitatem proceſſus,et ſententiã ipſam tã reſpectu iniquitatis quã nullitatis reformauerit, prout poteſt,et tali caſu dicetur de nullitate incidenter,principaliter autem de ipſa appellatione et negotio principali cognouiſſe,iuxta tex.in l.Carmelia pia.ff.de iurepa.et l.quædam mulier.ff. famil. ercifc.l.ſi is quem.C.de lib.cauſ.ponit Barto.in d.l.ſi expreſſim, col.iij.et Arch.in c.ii.in uer.de partium.de appel.in.vi.et Franc. in d.c.dilecto.q.xxix.de appe.et ponit Rot.cix.nota quòd ubi,
19 in antiq.et Alex.conſi.lix.uiſo nu.9.lib.4.et cõſi.ccxxv.ponderatis,nu.23.lib.6.Prout dicimus de arbitrio ſeu iudice ad quem reclamatum eſt,et petita reductio ad arbitrium boni uiri, qui et ſi uideatur,ſuper iniuſtitia principaliter aditos,nihilominus,ſi reperit laudum nulliter prolatum, poterit etiam eandem nullitatẽ declarare,ut ponit Fran.in d.c.dilecto.q.xv.et.q.xxi.et Deci. poſt plures cõſulentes,quos adducit in conſi.xxxix.in fin.lib.i.

20 Cognoſcitur

20 Cognoſcitur etiam incidenter de nullitate quando per uiam exceptionis ſeu replicationis in iudicio deducitur, qui modus eſt frequens, et ualde utilis. Nam finge quòd conuenias me, uelu ti fideiuſſorem mulieris, quæ pro alio intercesſit, excipiam de nullitate huiuſmodi obligationis ob ſenat. Velleia. per quod ta- les obligationes irritæ fiunt, ut dicit text. in l. quanquam, in fin. et in l. prima. cum ſequen. ff. ad ſenatuſ. Velleia. et l. mulierem et l. ſi uxor. C. eod. titu. Vel pone quòd filio hæreditatem patris pe- tenti opponatur de teſtamento condito, is etenim de nullitate il- lius replicare poterit, iuxta tex. in l. filio præterito. et ibi Bartol. qui hanc praxim plurimum commendat. ff. de iniuſt. et rup. te- ſta. l. Papinianus. §. ſi quis irritum. cum. §. ſequen. ff. de inofficio. teſtamen. et docet idem Bar. in l. quæ ſub conditione. §. fina. ff de condi. inſt. et Bald. in l. ſuus hæres. C. de repud. hæred. et iterum Bartol. in conſi. xci. in. q. uertente in cu. cap. ubi allegat pro caſu text. in l. fina. C. de ordi. iudi. Idem foret, ſi petenti reſtitui ſibi do mum, uel quid aliud iure dominij, uel quaſi ad ſe ſpectans, et ex ciperetur de illius uenditione, uel alio contractu, nam poterit re- plicare de illarum nullitate, ut. l. ii. l. non ſolum. l. minorum. l. ſi- quidem. l. ſi prædium. cum pluribus aliis. C. de præd. mi. et to. ti. C. plus uale. quod agitur. et quotidie uidemus in Roma. cu. re- ſcripta ſeu literas beneficiales, et reliqua huiuſmodi per exceptio- nes ac replicationes ſubreptionis et obreptionis, ſeu defectus in tentionis concedentis, ac nullitatis, impugnare, prout late per doct. in c. ad aures in c. ad audientiam, et c. conſtitutus extra de reſcrip. Nullitas etiam quæ ex eiſdem actis et proceſſu reſultat,

22 ac de ſe patet, intelligitur incidenter in iudicio deducta, ut docet deciſ. Neap. cclxxxiij. Diu eſt, col. i. allegando Bart. in d. l. ſi ex- presſim, et Old. in conſi. ccv. cum aliis, de quibus ibi, Talis ete- nim nullitas poteſt allegari, ſeu de ea excipi etiam poſt conclu- ſionem in cauſa per tex. in. c. cum olim Abb. et ibi Bald. col. ii. in fin. de offic. deleg. Sicuti dicitur de attentatis, quæ etiam ex offi- cio uſque ad concluſionem cauſæ reuocari poſſunt, ut docet Rot. deciſ. dxviij. nota quòd attentata. in antiqu. et facit illud quod ponit Franc. in d. c. dilecto. q. xiiij. de appel.

24 Et pro maiori præmiſſorũ cognitione ſcire debes, quòd ma- ximi eſt effectus, et non modici momenti cognoſcere, nunquid nullitas fuerit incidẽter uel principaliter deducta, hi et enim mo

25 di adinuicem longe differunt, quoniam ſi nullitas fuerit ſeorſum

et ſeparatim

et ſeparatim principaliter in iudicio deducta,neceſſe eſt quòd ſu per cognitione huiuſmodi iuris ordo,ac tela iudiciaria ſeruetur, de qua per glo.et doct.in l.prolatam.C.de ſent.et Spec. in tit.de offi.om.iud.§.poſtremo.col.ii.uerſi.ii.ſciendum.et Rot. deciſio. xxxiij.ſi quando in no. Aegid.deciſ.xxvij.termini.Caſſad.deci.
26 viij.de reſcrip.Officium nanque, quod in tali iudicio imploratur eſt nobile,ut ſupra dictum fuit, ac ſententia quæ ſuper nullitate principaliter intentata fertur,habet uim diffinitiue,quinimo cum cauſam in iudicio principaliter deductam diffiniat,uere diffinitiua eſt,ſecus ſi incidenter, quia tunc haberetur pro interlocutoria,ut declarat Bald.in l.præſes.colum.i.C. quom.et quand.et ita intellige Rot.deciſ.xiii. ſi iudex. et.lxxxv. ſi à prouincia. in nouis.et Guid.Pape,quæſt.ccxx.locum tenens,et quæſt.xvj.iudex.ac Ioan.And.ſuper glo.in clemen.fina.de app.et Ro.deciſi. cccxl.fuit dubitatum colum.i.et.cccxli circa fin.in no.Io.mill.in uerb.ſententia lata ſuper nullitate,declarat Imol. in l.quod iuſſit. ff.de re iud.et Franc.in c.cum ceſſante, colum.penul.uerſi.xxiij. de appel.et Rot.quæ ita debet intelligi.ccxv.nota quòd ſententia.in antiq.idcirco ſecundum regulas iuris ad ſententiam huiuſmodi iuris ordine omiſſo deueniri non poteſt, per text.in l.i.ibi adi præſidem , ſi uis , ut cauſa agatur ſecundum ordinem iuris &c. loquens de nullitate contractus . C. de libe. cauſ. iuncta.l.i. & l.fin.C.de re iudic.et l.ſi pacto quo pœnam.C. de pact.et d.l. prolatam,cum ſimil.

27 Quando autem nullitas in iudicio incidenter deducitur per aliquem ex modis ſupraſcriptis , nulla tela uel iuris ordo requiritur,ſed de ea tanquam incidenti ac notorio abſque iudiciorum ſolennitate cognoſcitur,prout in terminis declarat Aegid. deciſ. cccxvii.in cauſa.et deci.dii.et.cccxix.et Rot.deciſ.cccxl.fuit dubitatum,in no.et deciſ.dccccxxi.in antiq.Spec.de libel.concep.§. nunc dicendum,in fi.et Bald.in addi.ad eundem,in tit.de ſenten. colum.iiii.uerſic.in cauſa nullitatis et colum.vii.uerſic.an poſſit declarari et idem Bald.in.l. tale pactum.§. qui prouocauit.ff. de pact.Card.in cle.i.q.xvi.et ibi Anchar.col.iii. de re iud.Abbas in d.c.dilecto circa fi.et ibi Franc.q.xi.et in c.inter cæteras,in fi.
28 de re iud.Idem Abb.in c.tua in fin.et in c.bonæ memoriæ. ubi loquitur de attentatis abſque ordine iudicii reuocãdis.de appell. de quo remedio attentatorum etiam ponit idem Abbas in c.ex parte,col.pe.de reſcrip.et Franc.in c.conſuluit.ii. de app.et Rot.

dcclxv.

declxv. ſciendum eſt quòd ſi in antiq. & Bal. in l. appellatione. col.ii.C.de appell.doct.in c.nõ ſolum.de appell.in.vi.cũ uulg.

29 Secundo quando nullitas ſeorſum & ſeparatim principaliter in iudicio proponitur, executionem non impedit, Nam ſi propono teſtamentum nullum, non impeditur aditio hæreditatis ex eo.l.cum quidam, in fin.l.cum falſum,l.Panthonius.§. rei.ff. de aqui.hæredit.& tradunt Bart.& Bal.in l. ſuus hæres.C.de repud.hæred.prout per ſimile iudiciũ principaliter (ut præfertur) intentatum executio ſententiæ non retardatur ut uoluit Innoc. in c.cum in iure.de offic.deleg.quẽ ſequitur & declarat Bal. et in l.i.in princ.C.ne lic.tert.prouoc.& Bal.in l. fina. in fine. de ord. cogni.& in l.appellatione,in fi.C.de appell.Franc.in c.dilecto q. x.uerſic.circa tertium,& ponit Rot.cclxxx. licet per uiam exceptionis, in no.quæ eſt clauis in materia,et meminit Ioã. Staſi. in tracta.de lite.grat.et iuſt.fol.151.ii.fallen.et tenet Alex. cõſi. lxxxiij.interrogat.in fin.lib.v.& Franc.in c. non ſolum, in fin. de appel.lib.vi.& Anton. à Cauario in tracta.de execu. inſti.q. lii.et ratio eſt,quia cum nullitas in iudicio, ordinario principaliter propoſita deſideret ſententiã,quæ effectualiter nil aliud faciet quàm actum euacuare,et executionem impedire, ſi incontinenti per ſimplicem nullitatis propoſitionem executio impediretur, eſſet dare executionem ſententiæ nondum latæ contra regulas iuris communis,l.i.C.de exer.rei iud.cum ſimil.Ideo,ſit executio ſalua remanẽte quæſtione nullitatis.arg.c.ſciſcitata,de reſt. in integ.l.ii.C.ad l.Corn.de falſ.auth.quæ ſupplicatio.C. de pre-

30 cib.impe.offe.Et quamuis præmiſſa procedant etiam ſubſecuta inhibitione à iudice nullitatis ſecundũ Rot. et Doctores ſupradictos,Nihilominus propter formam commiſſionum,et reſcriptorum,et ob generales clauſulas illorum,in Ro.cu.prædicatur, ꝙ in reſcriptis ſeu commiſſionibus ſuper nullitatibus huiuſmodi impetratis,addi conſueuit clauſula, ſiue præiudicio legitimæ executionis, uel trium conformium,aut cum clauſula, Si quid exequendum fuerit,exequatur, uel parito iudicato iuxta caſuũ contingentias,per quas clauſulas,etiam ꝙ ſubſequatur inhibitio per iudicem ad quem, executio nihilominus non impeditur, quamuis forſan impediretur, ſi inhibitio emanaſſet ſimpliciter, et abſque clauſulis et declarationibus prædictis, per text. et ibi not.per doctores,in c.non ſolum.de appell. in. vi. maxime ob clauſulas prægnantes,quę ex ſtylo in huiuſmodi commiſſioni-

bus poni cõſueuerunt (ut dixi) & intellige ꝙ quæſtio nullitatis principaliter deductæ nõ impedit executio quando executio eſt retractabilis, alias ſi eſſet irretractabilis, impediret, ut declarat Bal.in l.executione.C.quorum appella.non rec.& in l.i.col fina. C.qui accuſ.& in l.cũ qui duas,ubi Salicet.C.de adult.& Fran.in d.c.dilecto.quæſt x.uerſi.ii.limita,niſi executio &c.cum alijs de quibus per Auguſtinum conciuem meum poſt Ang. in tract. malef.in uerb.præſente Cayo.&c.uerſi. ſi autem nõ appellauit. fo.314.& latisſime ponũt doctores,maxime Paul.de Caſt.in d. l.iii.§.condemnatum.colum.fina.& ibi Alexan.col.iiii. & d.Iaſ. columna.iiii.de re iud.& Deci.con ſi.lxxiii. præſtantisſime. per totum,libro primo poſt Paul. de Leaz. & alios in clementina prima de re iud.

Sed ſi nullitas incidenter puta per modum exceptionis in iudicio propoſita fuerit, cum talis exceptio dicatur ſummaria ac peremptoria,& præiudicialis, ſi altiorem indaginem non expoſcit,executionem impedire cõſueuit,ut potuit Rot.cvij.Nota ꝙ ubi aliquis, &.cxv.nota quòd cauſa nulhtatis, in anti.& d. Deci.cclxxx.licet.in no.ponunt doctores poſt Bart.in d.l iij.§.condemnatum, &.l.à diuo pio,in princ.ff.de re iud. & l.j.ff nil noua.appel.pend.& l.iii.§.ibidem.ff.ad exhibendum. Bald. in l.ab executore.nume.7.ubi dicit ꝙ talis nullitas & taliter propoſita ſtatim perimit.C.quor.app.non recip.& in l.v.C.ne lic.ij. prono.in.j. Lanfran.in.c.quoniam contra,in uerb.exceptiones. nu. 8.de prob.Franc.in c.dilecto.quæſt.x. de appella. deciſ. Neapo. cclxxxiii.diu eſt.Eſt communis ſententia doctorum, ut aſſerit Alex.in conſi.xxxiij.uiſo,in fin.lib.j. & de quo per eundem in conſil. xcv.numer.8.,lib.ij.& conſi.clxxxj.in cauſa, column.ij. lib.vi. quinimo ſi nulhtas taliter propoſita ex defectu iuriſdictionis prouenirer,etiam quòd altiorem indaginem expoſceret, retardanda eſſet executio, ſecundum Ang.in l.ſi. & ibi Alexan. & Iaſ.C.ſi ex fal.inſtru.& in.d.l.iii.§. iudicatum,ubi Iaſ.colum. iiii.uerſi.ii.limita.de re iud.

Prout etiam impediretur executio,ſi nullitas adiungeretur ut cumularetur cum ipſa appellatione,quia tunc nullitas dicitur potentiorum, quaſi ab ipſa appellatione uires acquirens, & ob ſimilem immixtionem pendente huiuſmodi iudicio nihil eſſet innouandũ.c.exhibita.& ibi ꝑ Imol.in ſi.de.indi.c. ſuper quæ ſt. in ſi.de offi.deleg.ita uoluit Cu.in.l.ſi expreſſim col. xi. quę ſequitur

quitur Franc.in.d.c.dilecto.q.ix.in fin.& q.liiii. prout dicimus ꝙ etiam tunc totũ negotiũ ad iudicem ad quem deuoluit ut per Ro.ccclxi.fuit dubitatũ, in no.&. cix. nota ꝙ ubi eſt, in antiq.
35 & Bal.in l.i.in prin.C.de ſen.ex peri.reci.Iſto tamẽ caſu ſi articu lus appellationis dereſereretur,& remaneret ſola nullitatis cognitio,executio ulterius non impediretur.c.licet,de ſent.excõ.in.vi. Bart.in.l.ſi expresſim,col.vi.declarat Fran.in d.c.dilectus.q.lxi. ex his igitur patet longe utilius eſſe nullitatem appellationi cumulare,& item cumulatam proponere, quàm ſimpliciter eandẽ ſolam deducere,& ita obſeruant practici, quando poſſunt.
36 Tertio nullitas incidenter deducta & etiam quòd de ea ſummarie fuerit cognitum, non impedit quominus iterum in iudi-
37 cio ordinario ac principaliter,ut per modum agẽdi deduci poſſit,quoniã ſententia lata ſuper principali nõ præiudicat incidẽti, de quo non fuit plene cognitum,l.à Diuo Pio.§.ſi ſuper rebus, ff.de re iud.l.pen.ff.de his qui ſunt ſui,uel ali.iur.l. Si quis à libe ris.§.meminiſſe.ff.de lib.agno.& trad. Bartolus. in.l.i. columna penultim.C.quand.prouo.& in.l.ſi expresſim,col.iii.& Canoniſtæ in d.c.dilecto, ubi Panor.col.iiii.& Franc.q.xlvi. & xlviii. poſt Rot.Deciſ.cxviii.nota quòd ubi ſententia.in antiq. & Felin.in c.ea quæ,in.i.col.de re iud.& Alexand. conſ. lxxix. perſpectis,num.4.lib.ii.& Deci.conſil.xcvi.col.ii.lib.i. ubi hoc de-
38 clarat cum ſimil.Idcirco deſerta cauſa appellationi,uel illi renunciato, etiam quòd nullitas,quæ tacite eidem appellationi inerat, & incidenter uidebatur deducta, deſerta & illi renunciatum eſſe uideatur,ut per Fran.in d.c.dilecto.quæſt. xlviii. Nihilominus non obſtabit qnominus eadem nullitas principaliter & directo in iudicio deduci posſit, ut declarat idem Fran. in d.c.dilecto.q. x.uerſic. ſed aduerte.Et tradit Bartol.in d.l.i. colum.iiii.uer.nec obſtat.C.quan.prouoc.& Anch.in clem.i.in princ. de re iud. & Fel.in c.ſi autem, col.iiii. in uerb.temporalia, de reſcriptis,maxime ſi nullitas ad alium finem deduceretur, & per alium modum agendi,quia tunc geſta in primo iudicio non obſtarent in ſecundo per l.& an eandem in princip.ff.de excep.rei iud.l. Iulianus uerum debitum, & ibi ponunt ſcrib. ff. de condi. indeb.l. quod in diem.§.i.ff.de comp.& l.ii.C.eo.ti. cum aliĵs, de quibus ad propoſitum per Alex.in conſi.lxvi.col.i.in fi.lib.v. & Paul. de Caſt.conſi. ccccviii.uiſa,colu.i. lib.ii. & Canoniſtæ in c. ueniens extra de teſtib.el.ii.cum ſimil.

F 2 39 Diffe-

39 Differunt etiam abinuicem ſupraſcripti modi agendi et proponendi nullitatem informando libellũ, et ſententiam ſuper eiſdem, quoniam ſi nullitas incidenter fuerit deducta, non uidetur neceſſarius libellus, neque ſententia, cum ſuper incidenti regulariter non pronuncietur, c. ex parte, el. ii. et ibi Franc. de appell. c. i.
40 de ord. cog. l. i. et ibi declarat Bar. C. de ord. iu. ponit Fel. in c. ſub orta, col. iiii. uerſi. An et quando, de re iud. poſt Bar. in l. Si à procedente. C. de dilat. igitur nullitas incidenter puta per modũ ex-
41 ceptionis propoſita, ſi fuerit manifeſta, ſtatim perimit, nec aliqua pronunciatione opus eſt, ſecundũ Bald. in l. ab executione, col. ii. C. de re iud. Aut ſi exceptio fuerit dubia, per proceſſum, aut nõ proceſſum iudicis ad ulteriora, apparebit ſuper ea ſaltim tacite facta pronunciatio, ut declarant doctores in d. c. ex parte M. de appell. cum aliis, de quibus per Alex. in conſ. xxxvii. uiſo,
42 num. 19. lib. ii. Vel ſi habita prima ſententia pro nulla, petitum fuiſſet ex integro pronunciari, ſatisfuerit quod iudex in ſententia dicat hoc modo, Cancellata prius ſeu circunducta &c. uel non obſtante tali ſententia tanquam ipſo iure nulla etc. dicimus et pro-
43 nunciamus præfectum. M. Z. debere reſtitui etc. Talis etenim cancellatio ſeu caſſatio eo modo facta habet uim ſententiæ, per tex. et ibi declarat Bal. in l. ſi præſes. C. quomodo et quando. et facit text. in. c. ex inſinuatione, ibi, ſententia contra eum lata nequaquam obſtante etc. de proc. et in cap. Raynaldus, in uerbo pronunciauit, non obſtante præmiſſo arbitrio quòd ne legatum teneret etc. de teſta. et ſentit Innoc. in cap. Bertoldus, circa fin. de re iud. dum approbat talem modũ libellandi, uidelicet peto decem non obſtante tali ſententia contra me lata, quia nulla ex tali ca-
44 pite, etc. Tales etenim clauſula non obſtante etc. in ſimilibus caſibus uidetur habere uim caſſationis ſeu renunciationis, ut dicit Bal. in l. ſi diuerſa. ad fin. C. de tranſact. de quo meminit Felin. in cap. inter monaſterium, col. vij. uerſi. regulariter ſententia etc. de
45 re iud. Quinimo ſi fuiſſet allegata nullitas primæ ſententiæ, et ſuper ea cognitum, ſecunda ſententia ſuper negotio principali lata, ualeret, quamuis expreſſe de nullitate non faceret mentionẽ, quia uideretur tacite pronuntiare illam nullam et inualidam, et in nihilo obſtare, ut uoluit Paul. de Caſt. in l. j. C. quand. prouoc. quem refert Felin. in d. c. inter monaſterium, in. vi. limita. ubi tamen aſſerit ſecurius fore pronunciare ut ſupra.
46 Sed ſi nullitas principaliter et per modum agendi in iudicio dedu-

deducenda fuerit,neceſſarius erit libellus,in quo cauſa nullitatis exprimi debebit,ut ponit Rot.cxlv. Nota ꝙ intentãs,in antiq. et diximus ſupra. Et propterea ad effectum ut legitime cõcluda tur, imprimis aduertendum erit,nunquid actus uel ſententia ſuper cuius inualiditate agere intendimus ſit ipſo iure nullus , uel ope exceptionis,ac per ſententiam annullandus et reſcindendus, quia his caſibus diuerſo modo cõcludendũ eſt , prout dicimus
47 de filio rite ex hæredato,qui debet petere teſtamentum per que relam inofficioſi caſſari, non autem petere illud declarari nullũ, per l.ij. et ibi doctores.ff.de inoffic.teſtam.et l.Papin.§.ſi quis ir ritum,eo.tit.et l.cum qui.l.contra maiores.C. eodem. Longe.n. differt quem liberatum eſſe,uel eſſe liberandũ,l. qui ſe dicit.ff. de iud.prout aliud eſt eſſe remiſſum,uel remittendũ eſſe, l. quæ ſub conditione.§.fin.ff.de condi.inſti.Ita etiã differt aliquid eſſe nullum uel annullandũ,quia quod nullum eſt ulterius annullari nõ poteſt,l.nam etſi.§.poſt defectum,et ibi'gl.ff.de iniuſt. rup.et docet Bal.in terminis noſtris,in l.hi qui ad ciuilia, colu.ij. uerſic.et hoc facit ad quæſtionem.C.de appell.dum ponit modum libellandi in materia nullitatis,et facit text.in c.dilecta.de reſcript. et in c.dudum, uerſic.licet autem, de elect. dum ibi ponitur quòd proceſſus factus per literas ſubreptitias irritatur,ſed factus contra formam reſcripti,irritus nunciatur.

48 Et ut cognoſcas tu iuuenis quando actus ſit ipſo iure nullus, uel per ſententiam annullandus , diligenter conſiderandum erit primo qualiter et quibus uerbis uſa fuerit lex, uel ſtatutum , ſeu reſcriptum circa actum,quem per uiam nullitatis impugnare cõ
49 tendis.Nam(exempli gratia)pone quòd lex dictet aliquid certo modo fieri,alias ꝙ nullios momenti ſit : talia uerba important ꝙ actus ipſo iure non ualeat:ut habes gloſ.penult. in uerb.
50 querimoniã,de pace tenen.iu uſi. feud.uel ſi dixiſſet quod actus aliter factus uiribus careat:quia intelligitur ipſo iure:ut eſt gloſ. in l.prouidendum,C. de poſtul. aut quòd ſit caſſum et irritum, iuxta text.in authentic.caſſa. C. de ſacroſ. eccl. nam intelligitur ipſo iure:ut ponit Ludou.Roman.in primo et ſecundo ſing.uel quod lex ſimpliciter diceret ꝙ actus non ualeat,quoniam intel
51 ligetur ipſo iure,iuxta tex.et ibi notata per Bartol.in l.ii. C. de cano.frumen.lib.xj.cum multis aliis ſimilibus,quæ per te ipſum uidere poteris per eleganter allegata et cumulata per Alexandrũ ad Bartolũ,in l.Imperator.ff.de iure fiſ.& And.Sicul.in cap.ſi di-

 ligenti

ligenti.colum.xxxvii.de foro competenti,& Fel.in cap.Rodulphus,uerſicu.ultimo,quia tex.& c.de reſcrip.in quibus locis reperies quæ uerba ſignificent actum ipſo iure nullum,uel per ſententiam annullandum.

52 Et ſi præmiſſe tibi non ſatisfacient,conſiderabis nunquid lex det formam actui faciendo,ut puta diſponendo quod certa ſolennitas,uel cretus modus,ante,uel tempore celebrationis ipſius actus,adhibeatur:tunc quia hæc forma quæ actũ ineſſe producit,dicitur ſubſtantialis,illa non ſeruata actus reputatur ipſo iure nullus: & de hac loquitur text.in l.cũ hi.§.prætor.ff.de tranſ. l.hac cõſultisſima,circa principium.C.de teſtam.authent. porre

53 ctum,C.de ſacroſanctis eccleſiis, cap. cum dilecta. de reſcript. cap.Piſanis,de reſtit.ſpol.cap.uenerabili.de offi.delega, cũ ſimil. de hac etiam forma intelligitur regula quòd quælibet forma tradita lege cenſetur ſubſtantialis:ut per Bal.in l.comparitiones,in iii.oppo.C.de fide inſtrument,& in l.ceſſante,colu.final.C.quomo. & quand.& Alexan.conſi.l.in cauſa.col.ii. lib.v. Idem foret etiam ſi lex ſimpliciter aliquid fieri prohiberet: quamuis lex ipſa ulterius annullando non procederet : quia ſi cauſa prohibendi fuerit perpetua,etiam quòd lex ulterius non procedat,ob reſiſtentiam ipſius legis à principio,actus in contrarium factus erit ipſo iure nullus,& ita procedit tex. in.l. non dubium. C.de legib,& cap,quæ contra ius fiunt,& c.non præſtat, de reg. iur. cap.uides,x,diſtinct.cap.Imperiali.xxv.quæſtio,ii.cum aliis,de quibus per Alexand d,conſil,l,colum.ii.lib.v.& conſ.xxiiii. inſpecto,col,i,lib.iiii.& conſil.cxxvi. uiſis.col.i.en.lib.v.

Si uero lex poſt prohibitionem ſuper actu huiuſmodi diſponendo,ulterius procederet,puta pœnam irrogando: actus in cõtrarium factus non eſſet ipſo iure nullus, ſed eo caſu procederet regula,quòd multa prohibentur fieri,quæ tamen facta tenẽt : ut

54 in l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdic. & releg. & l.i.§.biduum.ff.quand appella. ſit capi.ad Apoſtolicam, de regular, & ita tenet Alexand.conſil.xxiiii.Viſo themate,libro ſexto,& dicto conſilio.xxiiii.libro quarto , & per Vital. in tractatu clau-

55 ſul. in quinta clauſula,ſi contra factum fuerit , ubi uide . Siue quòd lex daret certam formam,uel mandaret adhiberi aliquam ſolennitatem poſt actum iam factum:ut puta quòd donatio intra certũ tempus inſinuari deberet:uel quòd cautio præſtaretur, aut deſcriberetur in cathaſtro ciuitatis: uel ſolueretur gabella, & de

de ſimili his namque caſibus ſi lex non expreſſerit quòd actus aliter factus non ualeat: ex quo forma & ſolennitas huiuſmodi actui iam facto ſuperueniens, dicitur accidentalis, ſi non fuerit adhibita, actus in eſſe productus ſtabit, donec fuerit per ſententiam irritatus: prout theoricam ſupradictam poſuit Bartolus in l. uniuerſa. ubi text. iunct. glo. C. de precibus Imperat. offerend. & idem Bartol. in l. ſi ita. §. ea lege. ff. de uerbor. oblig. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. in fin, ff. de iniuſt. rupto. & in d. l. non dubium. C. de legib. ponit Bal. in l. hi qui ad ciuilia. columna fin. ubi aſſerit fuiſſe theoricam. Dini, & loquitur in terminis noſtris, uidelicet formando libellum in cauſa nullitatis. C. de appellatio. & in l. certa ratione. C. quando prouoca. non eſt neceſſe, ubi etiam inquid quòd ſi lex non procedit annullandum, ſed tradit modum annullandi, actus non cenſetur ipſo iure. nullus: ſed debet ille modus à lege inductus intentari, & peti quòd annulletur: ac præmiſſa etiam & plura alia congerit Felin. in capitulo ſecundo, in prima & ſecunda columna, de teſtibus, & in capitu. quoniam frequenter, columna ſecunda, ut lit. non conteſta, & uidetur ſenſiſſe Rota Deciſione ccccxvi. confesſio, in fin. in no. quando autem lex ſeu ſtatutum poſt datam formam, haberet clauſulam annullatiuam, tunc ſine dubio actus eſſet nullus: quia modus ille & forma tali caſu ſpecifice & non per æquipollens ſeruari debet, per notata per gloſſ. in l. hac conſultisſima, in uerb. iudicio. C. qui teſtament. facer. poſſ. cum aliis ad propoſitum adduc. per Alexandrum conſi. ccxii ponderatis, lib. vi. & Deciſio. conſilio cccccxii. concluſio, num. primo, libro quinto.

Et nota in præmiſsis, quòd ſi duæ reperirentur leges uel ſtatuta, unum permisſiuum, & aliud prohibitiuum, et annullatiuum ſi aliàs non conſtaret de mente ſtatuentium, attendatur illud quod prohiberet, argum. l. ſi Ruffinus. C. de milita. teſtam. ponit Paulus de Caſtro in l. non eſt nouum ff. de legib. & Bart. in l. ſecunda. §. liberti. per illum textum. ff. de ſuſp. tut. quos etiam refert & ſequ. Deciſi. conſilio. xliiii. columna penultima. uerſ. moueor. lib. primo, & uide eundem conſil. ccxxix diuino. per totũ, ubi late loquitur, & dicit hanc fuiſſe doctrinam Barto. in l. omnes populi, columna. vii. uerſic. circa ſecundum. ff. de iuſti. & iur. et illam communiter teneri: ut ibi dicit in ſecunda colum. uerſi. non obſtat, libro ſecundo, & eandem tenet in conſilio dcxvij. adeo, columna prima, nu. iii. lib. v.

56 Ad propoſitum itaque redeundo is qui nullitatem principa-
liter intentare uoluerit,ſi repererit actum,uel ſententiam ipſo iu
re nullam,poterit in libello ſeu articulis concluſiuis per aliquod
ex infraſcriptis uerbis concludere uidelicet, peto teſtamentum
uel ſententiam declarari ſeu pronunciari nullam:nam his uerbis
utitur tex.in l.eleganter.§.1.ff.de dol.l.Carmelia.ff de iurepatr.l.
quædam.ff.famil.erciſcund.l.prima.C.de ſenten. ex pericu recit.
authentic.caſſa et irrita.uerſ.et de cætero.C.de ſacroſ.eccl.capitu.
58 innotuit.in fin.de arb.uel dicat, Peto declarari idem teſtamentū
ſeu eandem ſententiam ex tali cauſa non ualere,l.ij.ff. quæ ſentē.
ſine appellatione reſcind.l.ſi cū nulla.ff.de re iudic.cap. quia pro
59 pter,de elect.uel non eſſe ualidam l.unic.C.de cōtra.iud.aut nul
60 lo iure ſubſiſtere,l.j.C. de peda.iud.l.non firmatur,de regul. iu-
61 ris,ſeu declarari nullo iure id eum feciſſe,d.l.Carmelia pia.de iu
rep.et l. quædam.famil.erciſcun.aut declarari uiribus non ſubſi-
62 ſtere.l.ea quæ fiunt.ff.de reg.iuris,uel dici poterit, Peto declara
63 ri nullius fore roboris uel momenti.l. qui in carcerem. ff. quod
met.l.cau.l.i.ff.de fer.l.j.§.q ſi de iure.l.ſi.ff quæ ſent. ſine app.re
ſcin.l.non dubium,in fi.C.de leg.l.iii.§.condemnatum,et.l.con-
64 tra pupillum.ff.de re iudic.l.cum hi.§.prætor.ff.de tranſ. c. fin.
65 de re iud.lib.vi.ſeu declarari ullam non eſſe.l.ſi mulier..§.ſi dos,
66 ff.quod metus cauſſa,l.i.§. hæc autem uerba. ff. quod quiſque
67 iur. Siue ſententiam hmōi ſeu teſtamentū non eſſe admittendū,
68 l.fina.in fin.C.de pact.de prima.de re iudic.uel non tenere.l.iii.§.
condemnatū.l. de unoquoque.de re iud. l. cum magiſtratus. C.
quād.prouoc.l. ſecunda.in fin.ff.de pœnis,cap.examinata de iu-
dic.uel nullas uires habere.d.l.ij.C. quando prouoca.l.ij.ff. quæ
ſenten.ſine appell.reſcin. Aut in effectu et uiribus carere.l.quic-
quid.C.de uectigalibus, et commiſſ.l. ſi ut proponis. C. quom.
et quand.Cle.paſtoralis.§. ut igitur, de re iudi.uel nō iure factū;
l.j.in princ.ff.de iniuſt.rup.inſti.eod.§. hoc autem caſu. Aut de-
69 clarari fore irritum et inane.l. cum poſteaquam.C. de pact l. cū
hi.§. prætor.ff de tranſact.l.ii.C.de feriis.l.cum ſententiam C.de
ſenten.l.i.ff.de reſcind.uendi.l.prædij.cauſa.l.ea conditione,C.eo.
70 titul.Vel in irritum reuocari,cle.paſtoralis,in fi.de re iud.l. fal-
71 ſum,C.ſi ex fal.inſtrumēt. Siue caſſum et irritum nunciari,au-
thent.caſſa et irrita,C.de ſacroſanct.eccleſi.l.omnium. C. de ue-
ctigal et commiſ.capi. priuilegia.in princ.de pace Conſtan.c. ac
cedens.ibi,caſſauimus prædictas ſententias,immò caſſas denun-

ciauimus

ciauimus & inanes.ut lit.non conteſtat.l.non dubium.C. de le-
gibus l.fina.poſt princip.C.de donationibus ante nupt.authenti.
72 auferatur.C. de litiſcont. uel ratum non haberi l.i. in princip.ff.
quod met.cauſ.l.ſi uoluntate.l.ratas.l.non idcirco.C. de reſcind.
73 uendi.l.ij.C.de ſent.quæ ſine cert.quantit.ſeu per illam ſeu illud
nihil eſſe actum.l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.quod met.cauſ.Vel nihil
eſſe translatum.l.ſi pater tuus.C.de action.empti.nullumq́ præ
74 ſtare iuris impedimentum.l.non præſtat.de regu. iuris clemen.
75 paſtoralis.in fin.de re iudic.Siue dicatur declarari debere non ri
76 te & recte pronuntiatum.l.non putant.§.non quæuis.ff.de con
tra tab.l.in ſumma.ff.de re iud.ſeu male et perperam iudicatum.
77 l.cum quærebatur.ff.eod.tit.c.ii.de arbitr. Nomenq́ ſeu autho-
78 ritatem uires,& effectum rei iudicatę non obtinere.Cle.paſtora
lis.§.ut igitur de re iud.l.i.C.quando prouoc.l.fina.C.de ſent.ex
peric.recit.l.ſi ut proponis.C. de execut.rei iudic.l rei.l. iudex.l.
programma.C.comminationes et epiſto.iij.l.ſi perluſorio.ff. de
appellat.l.ii.l prolatam.l.poſt ſententiam.l.cum iudex.C. de ſen.
l.priuatorum.C.de iuriſdictio.omni.iud.c.fin.de re iud.in.vi. ac
infirmam eſſe.l.uenales.C. quando prouoc. uel firmitatem non
habere.l.ii.C.ſi à non cōpetēti iudice.l.ab eo.l.ea quæ.C.quom.
& quand.l.ſi tutor.C.in quibus cauſis in integrum reſtit.neceſ.l.
79 ii.in.fin.ff.de feriis.Aut pro iudicato non haberi.l. ſi feriatis.ff.
80 de feriis.l.poſt rem iudicatam.ff.de re iud. uel non uideri iudica
81 tum.l.quæſitum eod.tit.l.i.et l.certum in princi ff. de confeſ.Seu
tanquam nullum reuocari debere.l.ſi deſerta.C.ſi propter publi.
penſitat.cap.ſacro.poſt princ.de ſenten.excommun.nulloſq́ de-
buiſſe aut debere ſortiri effectus.l.unic.C.ſi de momenta.poſſeſ.
82 Cle.paſtoralis in fin.de re iud.aut inefficaciter condemnatum.l.
83 ii.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind.

Per hæc igitur aut ſimilia uerba & modos legitime quando
actus fuerit ipſe iuro nullus concludere poteris,unum uel duos,
aut tres ex ſupradictis modis ad inuicem ſe compatientes,et ca-
ſui tuo conuenientes aſſumendo : ut puta peto per officium ue-
84 ſtrum nobile (quod humiliter imploro) ueſtramq́ diffinitiuā
ſententiam pronuntiari,et declarari ſententiam per talem iudicē
in cauſa huiuſmodi latam,de qua in actis,ex defectu citationis,
mandati,uel iuriſdictionis (prout caſu contigerit) fuiſſe et eſſe
nullam, inualidam,irritam, et inanem, nullaſque uires habuiſſe
aut habere : ſed continuo fuiſſe et eſſe nullius roboris & momē

ti,ac nomine,effectu et authoritate ſententiæ caruiſſe et carere:
et procaſſa,irrita et inutili habendam:et quatenus de facto pro-
85 ceſſerit,tollendam et amouendam:omniaq; in priſtinum ſtatum
reducenda,&c.uel ſic,peto per R.P. V. in tali cauſa inter me et
talem de et ſuper tali re coram eadem R.P.V. in ſecunda inſtan
tia uertente,declarari per N. aſſertum iudicem ad inſtantiam di-
cti talis aduerſarij mei contra me fuiſſe male,nulliter, et perperā
proceſſum,ſententiatum,et diffinitum,dictoſq; proceſſus ſenten
tiam,et diffinitionē cū omnibus inde ſecutis fuiſſe et eſſe nullos
ac illius roboris et momenti , uitioque nullitatis ſubiacuiſſe &
ſubiacere : & illas cum omnibus inde ſecutis, quatenus de facto
proceſſerunt,reuocandos, caſſandos & irritandos,ipſumque N.
exaduerſo principalem in expenſis in cauſa huiuſmodi legitime
factis condemnari omni meliori modo &c. Et iſto modo con-
cludendi quotidie utimur.
86 Sed ſi actus et ſententia non fuerint ipſo iure nulli,ſed ope ex
ceptionis ac per ſententiam annullandi,in libello concludi pote-
rit per hæc aut ſimilia uerba,uidelicet Peto,&c. talem ſententiā
&c.ex tali capite debere irritari.capit. dudum. in uerbo nos igi-
87 tur capit.congregatio.de elec.capit. cum ſuper.de cauſ. poſſ. &
propriet.& in fine quàm plurium Decretalium reperies,irritan
88 dum duximus,&c.uel irritetis,&c.Aut poterit reſcindi debere:
ut toto tit.C.de reſcind.uendit.& in rub.quæ ſenten. ſine appell.
reſcind.l.certa ratione.C.quand.prouoc.non eſt neceſſ.l.Paulus.
ff.de re iud.l.ſi.C.quom.& quand. uel debere rumpi & infirma-
ri.l.nam & ſi.ff.de iniuſt.& rup.inſti.quibus modis teſtamen.in-
89 fir.§.alio autem modo et l.i.§.i.ff.de ferijs.l.duo iudices.ff. de re
iud.cap.congregatio.ibi, confirmata uel infirmata &c. de elect.
90 uel infringi.l.quenquam.C.de fide inſtrumento.& iur.haſt. fiſc.
91 lib.x.uel improbari.l.à præcedente.C.de dilat.aut retractari.l.i.
92 in fi.C.ne de ſta.defunct.c.primates,& ibi gl.in uerb.retractan-
93 da.prima quæſt.ii.Aut tolli & remitti.l.quod iuſſu.ff.de re iud.
94 l.quæ ſub conditione.§.fin.ff.de condi.inſti.ſeu reſolu.l.i.&.ii.C.
95 quand.lice.ab empt.diſce.l.ſi dolo. in fine.C. de reſcind. uendit.
96 uel corrigi.l.i.§.i.ff.quæ ſent.ſine appell.l.iudex poſtquam.de rē
97 iud.aut reformari.l.i.ff.de appel.in princ.l.abſentem.C.de accuſ.
uel caſſari.c.cum poſt.c.dudum.circa medium.c. eccleſia ueſtra.
de elect.& d.c.accedens.ut lit.non conteſt.aut circunduci & can
98 cellari debere.l.ſi præſes.C.quom.&.quando.l.acta.ff.de re iud.
&tot.

99 & tot.tit.de his quæ in teſtam. delen. Aut confirmari uel infir-
mari debere.c.Raynaldus.& c.Reynutius.de teſtamē.c. ex lite
ris.in fin.de reſtit.in integ.& d.c.congregatio.de elect. Per hæc
100 igitur aut ſimilia uerba quæ præſuppōnant actum ſeu ſenten-
tiā aliquam,concludi poterit.ut putà peto talem ſententiam,per
talem iudicem (ut prætenditur) tanquam in libro ſolito non re
giſtratam (caſu quo ſuper hoc extaret ſtatutum iuxta tradita ꝑ
Alexan.conſi.cxix.quoniam,libr.vj. ſeu ex falſa cauſa,aut præ-
textu falſorum teſtium,uel aliàs,prout contigerit)latam per ſen
tentiam ueſtram irritari,ac reſcindi,rumpi,infirmari,infringi,tol
li,caſſari,reſolui,ac retractari debere:aut prout iuſtum uidebitur
corrigi & reformari,omniaque in priſtinum reponi, ac partem
aduerſam in expenſis legitime factis condemnari, officium ue-
ſtrum,&c.deſuper implorando.

101 Eſt tamen in præmiſſis aduentum quòd proprietas ſupraſcri
ptorum uerborum non ſemper ſeruatur: ſed multoties reperies
unum pro alio poſitū.ut puta uerbū caſſabimus etiā quòd actus
ſit ipſo iure caſſus,et nullus,et tunc exponitur, id eſt caſſum eſſe
oſtēdimus: ut in c.eccleſia ueſtra.de elec.in.c.ad ꝓbādū.in uerb.
caſſata.de re iud.c.ii.ut lit.non conteſt.c.cum dilecta.de reſcript.
c.auditis.ubi glo.de elect.uel expone caſſabimus,quatenus de fa
cto proceſſit : ut in cle.Paſtoralis.in fin.de re iud.c. primates,ſe
cunda quæſtio.i.l.ſi dolo.C.de reſcind.uendi.& aliàs diximus.

102 Si uero dubium foret,nunquid actus uel ſententia forent ipſo
iure nulli,uel per ſententiam annullandi,ratione talis incertitudi
nis utroque modo in libello concludi poſſet : ut puta Peto de-
clarari talem ſententiam contra me ex iuſta cauſa abſentem et le
gitime excuſatum latam,ipſo iure nullā,& inualidā,et quatenus
aliquā,peto eandem per ſententiam ueſtrā reſcindi, et annullari,
ueſtrum de ſuper benignum officium implorando,&c.ut proba
tur in c.conſtit.de reſtit.in integ.quia ratione talis incertitudinis
remediū reſcindens & reſciſſoriū tolerantur: ut diximus ſuprà.

103 Eſt inſuper aduertendū, quòd nullitas poterit à principio in
genere deduci : et ſi pars non contradicet, ſuſtinebitur libellus,
quāuis nō fuerit expreſſa et ſpecificata cauſa nnllitatis, dūmodo
in proceſſu poſtea ſpecificetur & probetur.Ita intellige tex. in l.
ſi mater tua.C.de contr.emp.et l.ſi cum pater.C.ad Velleia.l.Im
peratoris.ff.de priuilegijs creditorum, & Innocentius in c. cum
Bertoldus.circa finē,de re iudic. & Rot.cxlv. nota quòd in an-

tiquis

tiquis & Bald.in l.in teſtamento, in principio de excuſatione tu-torum,et in c.quæ in eccleſiarum,col.ii.de conſtitu.cum aliis,de quibus per Franc.in cap.dilecto.quæſtio. xiij.de appel.

104 Et quoniam libellus nullitatis adæquatur libello appellationis: et in eo conſideratur idem fauor idcirco ſi in libello fuerit deducta nullitas in genere, uel etiam in ſpecie: ſuperior aditus poterit ex cauſa etiam non ſpecificata,ſententiam annullare: cū totum ad ſe deuolutum fuerit: ut uidetur text. in dicto capitul. cum Bertoldus.de re. iudic.

105 Poterit itaq; nullitatem proponens libellum ac intentionem ſuam quibuſcunq; modis defendere.l.iij.in fin.ff.de appellat. et ſi fuerit unam cauſam nullitatis, puta defectum citationis proſecutus: non obſtabit ſibi quominus ex alio capite nō deducto.puta iuriſdictionis,impugnare poſsit,prout de appellatione inquit Bartolus in dicta.l.tertia.§.fina.de appellation. et tenet Alexan. in conſilio.cxlvij.col.ij.lib.vj.Sed ſi libellus,et proſecutio nullitatis fuiſſet generalis,ſententia generalis ſubſecuta obſtaret uolenti nullitatem etiam non ſpecificatam in iudicio deducere.l. licet C.de iudic.uoluit But.in ultim.cart.& Imol.col.viij.et Frāc. quæſtione decimaquarta,in d c dilecto.de appel.poſt Inno.in c. cū contingat.pe.offic.deleg.et Raphael Cuma.in l.ſi expreſsim, reprobando Bar.ibidem, circa fin.aliter loquentem: Nam etſi plures ſint nullitatis ſpecies,omnes tamen ueræ & propriæ,ſub ſuo genere comprehendunt,ut docet in ſimili Bal.in l.ii.C.de iure aure.annul.et de quo meminit Deci.conſilio.cccxliij.applaudent.in princip.lib.iij.Et quamuis (ut dixi) proponens nullitatem contra ſententiam ex una cauſa, poſsit omnem aliā cauſam nullitatis proſequi,ne ſententia ipſa confirmetur,ut declarat Abbas,in conſil.xcvij.col ij lib.i. ſecus tamen erit in eo qui propo-

106 net nullitatem alicuius contractus, ſeu actus extra iudicialis, quia non poterit proſequi niſi cauſam duntaxat nullitatis expreſſam,et in libello deductam,per text.in capital.dilecti.de emption.et uendition.et tenet Bald.in addition.ad Spec. de libel cō cepti.poſt princip.uerſi ille qui dixit.et in titu.de ſenten.in princip.et in titul.de appellat.colum.xviij.uerſic. an qui dicit actum nullum &c. cum ibi adduct.

107 Ex præmiſsis etiam poterit ſatis deprehendi qualiter in cauſa nullitatis ſententia formanda ſit: Bonus etenim iudex imprimis poteſtatem ſibi attributam conſiderabit, et limites mandati,et

-ti,et facultatis ſuæ diligenter cuſtodiet, deinde quæret libellum, ac partis propoſitam intentionem,conſiderans ad quid,et qualiter actum fuerit,ut magiſtraliter docet glo.in cap. hæc quippe, in prima gloſ.in fi.iij.q.vi.et Bal.in l.cum Papinianus, col.iij.C. de ſent.et ſi apte propoſitam intentionem,et ordinem iudicij ſeruatum,actoremq; iuſtas partes fouere repererit, ſententiam ipſi
108 libello,ac petitioni conformem,dictabit, cum ſententia ad libellum,ſit tanquam reſponſio ad interrogationem:et propterea ſicuti quis extra interrogata reſpondere l.i.§. ſi quis ſimpliciter. ff.de uerborum oblig. ita iudex (niſi fatuus ſit) ſuper eo quod in proceſſu deductum non fuerit,pronuntiare non debet, ſed ſecundum formam iudicij ſententiam ſuam proferre.l. ut fundus. ff.Com.diuid.l.de qua re.ff.de iud.cap. licet Hely. de ſimon.c.cũ ſuper,de cauſ.poſſeſ.et proprie.Ideo ſi coram iudice nullitas ſeorſum,et ſeparatim principaliter deducta fuerit: et pars petat ſentẽtiam, uel quemuis alium actum declarari nullum,idem iudex (ſi ſibi de nullitate conſtiterit) actum de quo quæritur fuiſſe,et eſſe nullum pronunciabit,confirmando uerba ſententiæ cũ uerbis ipſius libelli,& petitionis litigatorum,&c.
109 Si uero iudex præfatus actorem inepte egiſſe,ſeu prætenſam nullitatem,ac intentionem coram ſe deductam non probaſſe reperit,partem conuentam ab inſtantia, et obſeruatione iudicij, et ipſum actorem,tanquam temere litigantem in expenſis, abſoluere,et condemnare reſpectiue debebit, etiam quòd ipſe reus nihil præſtet,iuxta text.in l.qui accuſare.C. de edend.l.actor.C. de probat.c.examinata,de iudic.c.fi.de iureiur.ponit Rot.deciſ. xv.in cauſa beneficiali, et deciſ.cii.actore et.cclxi.licet actor.in no.et.ccccxix.nota an reus,et poſſeſſor.in antiq. Et facit bonus text.in.l.Bebius Marcel.in fi.ff.de pact.dotal.per quem text. ita iudicauit Curia Neap.ut per Afflict.deciſ.lx.Notarius Gofred.
110 Dixi quòd iudex (actore non probante) reum ab obſeruatione iudicii abſoluere debet,quoniam id tutius eſt,quàm ſentẽtiam confirmationis proferre: quia huiuſmodi ſententia confirmatoria,uel infirmatoria,ſi de iure litigatorum non conſtiterit, dari non poteſt,ut docet Inno.in c.cum contingat, col.ii. de off. deleg.et cap.i.in fin.de confir.util.uel inutil. Si autem eidem iudici,qui ſimpliciter ſuper nullitate aditus fuerit ſufficienter de iure,propter quod ſententia,ſeu actus qui impugnatur,confirmari poſſit,liqueret,ſuper ualiditate, et confirmatione actus impugnati-

gnati etiam pronunciare poterit,ſecundum Innocentium, ut ſu-
pra,et in c.ex conqueſtione,de reſtit.ſpol. declarat Franc.in d.c.
dilecto.q.xviij.de app.quoniam iudex nullitatis primam ſenten
tiam reſpectu negotii principalis(prout ſi fuiſſet cauſa ad ipſum
per appellationē deuoluta)corrigere,et reformare poteſt l.quar-
ta.C.de accuſation.& ponit Bar.in l.i.col.fin.C.quando prouoc.
non eſt neceſſ.ubi notabiliter dicit, quòd ſi nullitas intentata nō
probatur,iudex nullitatis ſententiam etiam ex noua cauſa con-
firmare poteſt l.cum apud.in principio.ff.iudic.ſolui.et in.l. ſi ut
proponis.la prima.C.quom.& quando,& in l.ſi expreſſim.col.
penul.de appellat.Abbas in c.cum Ioannes de fide inſtrumento.
Franc.in d.c.dilecto,col.xviij.de appellatio.cum aliis,de quibus
per Felic.in c.inter monaſterium,columna duodecima,uerſicul.
limita ſexto,de re iudic.Iudex nanque ſuperior dicitur confirma
tor,uel reformator,ut dixit Alexād.in conſilio.clxiiij.circa co-
11 lumna ſecunda,uerſic.Tertio pro hoc,libro ſexto,et propterea
non ſolum ſuper nullitate,uerumetiam ſuper iuſtitia,uel iniuſti-
tia ipſius ſententiæ pronuntiare poteſt eo modo quo iudex pri-
mus pronuntiare debebat, ut inquit Aegid. concluſ. ccxcv.in
12 cauſa quoniam talis iudex ad duo tenetur, uidelicet corrigere
perperam factum à primo iudice, et illud facere quod facere de-
buerat idem iudex primus,ut docet idem Aegid.conclu.dxxiij.
Concluſio, quòd ſi auditor.& concl.ccccłxxxi.& ponit Bald.in
c.in cauſis,in prima gl.de pace conſtan.in uſibus feudorum.Po
terit igitur præfatus iudex declarare ſententiam nullam, & par-
tem in expenſis condemnare,ac in eadem ſententia eandem par
tem quæ in articulo nullitatis obtinuit in negotio principali iu-
xta tenorem ſententiæ primæ,quæ fuit declarata nulla,condem-
nare,per ſupradictas deciſiones,& textum in capitulo Reynal-
dus,& capitulo Reynutius,de teſtamen.& capitulo cum Bertol-
dus in fin.de re iudicata, & capitulo cum Ioannes de fide inſtru-
ment.& docet Baldus in addition.ad Specula.columna ſeptima,
uerſicu.ſi appellatur à ſententia nulla in titulo de ſenten. & Fran
ciſc.in rubr.de appellation. columna ſeptima, uerſiculo quinto,
eſt præmittendum,&c.& idem Baldus in l.eos, columna tertia,
13 uerſiculo quærunt doctores.C.de appellation.ut dicit quòd iu
dex nullitatis pronuntiare poterit ſuper nullitate tantum,uel ini
quitate duntaxat:aut etiam ſuper utroque,uel partim ſuper uno,
& partim ſuper alio,puta confirmando ſententiam in uno capi-
tulo,

tulo,et in alio infirmando,de quo per Bartol.in l. Carmelia pia. ff.de iurep.et in l.quædam.ff.famil.ercifc.et in l.in hoc iudicio.eo dem titulo Lanf.in capitulo quoniam contra.in.§. interlocuto-riæ,uerſiculo circa prædicta,numero.27.extra de probat.& di-cam infra in fin.præſentis tractatus,ubi plenius tangam.

114 Præmiſſa itaque procedunt,quando (ut dictum eſt) nullitas ſeorſum,et ſeparatim a quouis alio remedio principaliter in iudi cio deducitur: uel etiam idem dicendum fuerit,ſi eadem nullitas conditionaliter, et diſiunctiue una cum ipſa appellatione deduce tur:prout quando dicimus,dico ſententiam nullam,et ſi qua eſt, appello : ut uidimus ſupra : quoniam uerificata nullitate circun ducitur appellatio,quæ interpoſita fuit in euentum quòd ſenten tia ſubſiſteret, Comperto igitur quòd fuerit nulla,fingitur non appellatum : et ſola remanet nullitas in iudicio, ſuper qua idem iudex duntaxat pronuntiare debet,eo modo quo pronuntiaſſet, ſi nullitas fuiſſet ſola, & abſque appellatione coram eo deducta: ut docet Bartol.in l.ſi expresſim , uerſicul. . Quarto uidendum eſt, de appellation. & Abbas poſt alios in dicto capitulo dile-cto,in tertia columna: & Alexandr.conſilio quadrageſimo no no,in cauſa,columna ſecunda,libro ſeptimo, et conſilio.ccxxx. ponderatis circa fin.libro ſeptimo. Poterit ergo iudex pronun tiando dicere, ſuperuacuo fuiſſe appellatum , uel non intelligi appellatum, ex quo ſententia erat nulla: ut declarant doctores in locis ſupraſcriptis,et Imola in l.cum quærebatur.in fin.ff. de re iudicata.

115 Si uero à ſententia nulla fuiſſet ſimpliciter appellatum , abſq; expresſione iuris dicendi de nullitate: tunc comperto per ſecun dum iudicem quòd ſententia ipſa in effectu nulla ſit,qualiter hoc caſu iudex appellationis pronuntiare debeat,modi ſunt uarij,ac uariæ fuerunt antiquorum opiniones.

Etenim gloſ.in l.prima.C.quando prouoc.non eſt neceſſe di xit tunc pronũtiari debere appellationem iniuſtam adiecta cau-ſa,quia ſententia fuerat nulla,quam glo.aliqui doctores ibidem ſequuntur,& ſequitur Speculator in titulo de ſententijs.§.ut au-tem,columna.viii.uerſic.ubi autem eſt appellatum,&c. & Rot. deciſ.cix.Nota quòd ubi eſt appellatum,in antiqu.& debet (ut dixi) adiungi cauſa,uidelicet quia ſententia erat nulla: aliàs ſi

116 quis ſimpliciter pronuntiaret appellationem iniuſtam, uel ab-ſolueret appellatum à libello appellationis, ſi in proceſſu fuiſſet

cognitum

cognitum de iniuſtitia, ac nullitate, ſuper utroque pronũciatum, ac ſententia ratione utriuſque confirmata uideretur, ut declarat Bartol. eandem gloſſam recitando in dicta l. prima, uerſicu. circa tertium, et Bald. ibi colum. iii. uerſic. ſed ſtatim quæro. C. quand. prouoc. non eſt nec. et idem Bart. in l. ſi expreſſim, columna. v. in fin. et Franc. in d. cap. dilecto. q. xlv. et. q. xlviij. de app.

117 Hic modus pronunciandi ab ipſa gloſſa repertus aliquibus diſplicuit: quoniam ſi à ſententia nulla appellari poteſt, prout cum effectu poteſt, per dict. l. ſi expreſſim, et capit exhibita, de iud. et c. cum olim Abbas, et cap. ſignificationibus, de offic. dele gat. et ponunt doct. in d. c. dilecto, ubi Fran. quæſt. vii. et Aegid. conclud. xviii. Oneratio, circa fin. Leges namq; non excludunt poteſtatem appellandi à ſententia nulla, ſed neceſſitatam duntaxat remittunt, ut in l. ſi conſtat. ff. de appellatione, et in rub. et nigro. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, et. ff. quæ ſenten. ſine appellatione reſcin. propterea ſi propter grauamen ex nullitate inſurgens licuit appellare, declarari non debet appellatio iniuſta: Ideo hunc modum pronuntiandi non immerito reprobat Bald. in d. l. i. colum. iij. uerſi. ex prædictis, quem multi ſequuntur.

118 Alij dixerunt in caſu prædicto pronuntiandum eſſe ſuperuacuo, et fruſtratorie fuiſſe appellatum, cum ſententia non tenuerit, argu. in d. l. ſi conſtet, et. l. ex conſenſu. §. i. ff de appell. et hæc fuit praxis Bart. in d. l. ſi expreſſim. col. v. uerſic. Quarto uidendum, et ſentit Bal. poſt Cy. et alios in. l. eos, in princ. col. fi. C. de appel. et Imol. in l. cum quærebatur. ff. de re iud. et in d. c. dilecto, col. pe nul. uerſ. qualiter autem pronuntiabitur, et ibi Abb. col. iij. cum alijs, de quibus per Alex. in conſi. lix. uiſo tit. col. 4. in princ. li. 4.

119 Alij uero dicunt pronunciandum eſſe primam ſententiam nullam, et propterea ab ea ex ſuperabundanti appellatum, aduerſarium in expenſis condemnando: qui modus ſatis cõcordat cũ proximo. Hoc uoluit Iacobus de Arena in l. eos. C. de appellat. quem ſeq. Ioan. And. in addi. Spec. in titul. de ſent. in. §. ut autem uerſi. ubi autem eſt appellatum, &c. et Bal. in d. l. eos, in princip. col. iij. uerſi. quærunt doctores, et Alex. poſt Bar. in d. l. i. in uerſ. circa tertium. C. quando prouocare non eſt neceſſ.

120 Vel (inhærendo ſtylo curiæ) idem iudex pronuntiando declarare poterit per iudicem à quo fuiſſe nulliter, et perperam proceſſum ſententiatum et diffinitum, ab illiuſque proceſſu, ſententia, et diffinitione, propterea bene appellatum, prouocatum, et reclamatum,

damatum, dictoſque proceſſum, ſententiam, & diffinitionem nullos,& inualidos, ac nullius roboris,& momenti extitiſſe,& exiſtere,ac uitio nullitatis ſubiacuiſſe, & ſubiacere, & quatenus de facto proceſſerunt, cum omnibus inde ſecutis reuocandos, caſſandos,& amouendos, appellatum in expenſis legitime factis condemnando.

121 Nec uideatur incongruum,quòd dicatur bene appellatum: quia etiam quòd ſententia fuerit nulla,ut ſupradictum fuit, ab illa iuſte potuit appellari:& intelligetur appellatum ratione grauaminis ex nullitate actus inſurgẽtis.quia omne nullum eſt inĩquum(ut dixi) operabiturque talis appellatio effectum deuolutiuum,ut inquit Abb.in d.c.dilecto, colum.iii. & Rot. ccclxi. fuit dubitatum. Aegid. concluſ.xviii.in fi.&.dxx.cum ſimil.

122 Et in præmiſsis erit aduertendum, quia ſententia in cauſa nullitatis in fauorem unius prolata, proderit etiam aliis litiſconſortibus,uel conſociis,ut uoluit Bald. poſt Cy. in l.i.in fin. C.ſi unus ex plurib,& Franc.in cap.una ſententia.in fin.de appellat,

123 Quod intellige, dummodo ſit omniũ par cauſa defenſionis,ac eodem iure utantur, iuxta text.in d.c.pen.de appel.& d.l.i.&,ii. C.ſi unus ex plurib.& l. qui ſeparatim.ff.de appel. Nam ſi unus obtineret ſententiam irritari ex eo quòd non fuiſſet citatus, uel quia minor,& indefenſus,aut ex alio iure ſpeciali, & ſibi ſoli cõpetenti ſententia ipſa quoad alios,quorum reſpectu ceſſaret cauſa annullationis, remaneret ualida.l.unica.C.ſi in com.ead. cauſ. & dicta l.fin.C. ſi unus ex plurib.Nec eſt nouum, quòd in eodem iudicio contra unum obtineam, & ab alio ſuperatus ſim: quando militat diſpar cauſa defenſionis : ut in l. Nam, & ſi.§. filius,&.l.circa.ff.de inoff.teſt.& l.hac conſultisſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.cum aliȷs,de quibus per Alex.in conſi. xxxvi. col.penult.in fin.lib.iiii.poſt Barto.in auth. ſed cum teſtator. C. ad l.Falcid.& Bal.in l.ſi omnes, in fin.C. ſi ut ſe ab hæred.abſti.

124 & l,nõ idcirco.ff. de iudic. Prout uidemus,quòd ſtante ſtatuto,quòd gabella non ſoluta contractus ſit irritus, emptore ſoluente gabellam,& non ſoluente uenditore: cum reſpectu ſoluentis ceſsiſſet cauſa annullationis, ex eodem inſtrumento contra eundem uenditorem ad rem tradendam agi poterit.l.fin. & ibi hoc declarat Bal.C.de peri.& commod.re.uend.& per Abb. in c.quoniam frequenter, col,vi,uerſi.& faciunt ad prædicta:ut lit. nõ conteſt.& per Bart.in l.bona fides,ff.de act.empt. Nemine

autem ſoluente ratione communis culpæ, necnon uigore talis contractus agere poſſet, neque nullitatem illius allegare, ut declarat Bart. in l. ex hoc edicto. §. ſed & ſi ſtipulator. ff. de eo per quem fact. erit, & in l. mulier, ſolu. ma. & per Bal. in. l. accepta. quæſt. xxii. C. de uſur. & facit tex. in l. tranſactiones C. de tranſ. Nunquid autem ſententia lata ſuper nullitate teſtamēti, uel cōtra ctus noceat, uel proſit aliis, cū dicatur principalis, & prima ſentē tia. ponit Imol. in. l. ſæpe, col. xii. uerſi. Tertio caſu quando eſt declaratoria, ubi late ponit Alex. ff. de re iud. & gloſſ. in l. i. & ibi Bart. ff. de excep. rei iud. & Franc. in d. c. dilecto, in ult, quæſtio. in quibus locis occurrente caſu uidere poteris.

126 Notabis etiam circa præmiſſa, quòd ubicunque nullitas (ut diximus) principaliter in iudicio proponitur: & ſuper ea ferē da eſt ſententia declaratoria, ad illam audiendam pars citari debebit, alias non ualeret per reg. l. de unoquoque. ff. de re iud. Talis etenim declaratoria in caſu ſimili habet uim diffinitiuæ, & propterea abſque cauſæ cognitione, ac partis citatione ferri nō poteſt: ut uoluit Innoc. in c. auditis, & gl. fin. in cap. in noſtra. de procur. & in c. ad noſtram el. iij. in uerb. obſeruandis, de iureiur. ponit Felin. poſt alios in. c. cauſam, quæ col. j. de reſcrip. & Franc. in d. c. dilecto, quæſt. xxxiii. & ſentit Rot. deciſ. cccxli. fuit dubitatum. in no. et ita (quicquid alij dicant) ſeruatur in praxi.

127 Nec eſt etiam prætereundum quòd ubicunque coram alio iudice, nullitas alicuius ſententiæ, uel proceſſus coram altero iudice facti, intentatur, acta huiuſmodi antiqua, quæ per uiam nullitatis impugnantur, coram eodem iudice reproducenda, ac repetenda ſunt. c. cum ad ſedem, ibi, nos iudicij primi acta recenſentes, &c. de reſti. ſpol. & ponit Bald. poſt Bart. & alios in. l. ii. col. ii. C. de eden. & idem Bald. in. l. fi. col. xi. in fi. C. de edic. diui Adr. tol. Ro. in conſ. c. Alex cōſ. lxxxii. in cauſa. col. ii. in fi. lib. i. Pau. de Caſt. cōſ. xij. tota diſputatio. col. ii. lib. i. & facta huiuſmodi reproductione, idem iudex, ſi nullitas allegata ſententiam duntaxat concernet, poterit eandem corrigere, ſed etiam ex eiſdem

128 antiquis actis reformare: iuxta ea, quæ ponit Aegid. in conclu. ccccxl. ſi proceſſus, & l. Carmelia pia. ff. de iurep. cum ſimil. Si uero nullitas huiuſmodi uniformiter ſententiā, ac proceſſum reſpexerit, utputa defectum libelli, citationis, mandati, iuriſdictionis, aut conſimilium: tunc ex integro formabitur nouus proceſſus, & noua acta inchoari, & fieri debebunt, ut uol. Innoc. in capit. in literis,

literis, de offic.deleg.& Bart.poſt gloſſ.in.l.conquerebatur.ff.de re iud.& in l.ſi ut proponis.C. quomodo, & quãd.& in.l.ſi expresſim,poſt princip.ff.de appell. Cardinal. Anchar.& Imol. in clemen.i.de re iudicata.Lap.allega.xvii.factum,uerſic. nam iudex.Cum aliјs,de quib.per Alexan.conſil.liii.columna. penult. libr.v.& conſil.lxxxix,perſpectis, lib.ii.

Et quia uidimus qualiter nullitas in iudicio deduci debeat, conſequens eſt,ut uideamus, qualiter,& à quo, eadem nullitas in iudicio deducta,probanda ſit.

IN RVBR. SEV TITVL.

A quo, & quibus modis, &c.

SVMMARIA.

1 *Actor intentionem, & reus ſuam exceptionem etiam q̃ eſſet fundata in negatiua probare debet.*

2 *Nullitatem ad ſui commodum proponens illam probare debet, & num.4.5.*

3 *Nullitas actus in dubio non præſumitur, ſed ualidus reputatur, donec de contrario conſtet, cum ſeq.*

6 *Nullitas contractus qualiter, & quomodo probari poßit, uide per diſcurſum.*

7 *Sententia quæ non tranſiuerit in iudicatum, non præſumitur quòd fuerit rite lata: ſecus quando tranſiuit in iudicatum: quia tunc præſumitur omnia iuris ſolennia interueniſſe, & tunc ſola ſententia ſeipſam abſque proceſſu iuſtificat.10.*

8 *Sententia narratiua quoad ſolennia iudicij probet, quando ſententia in iudicatum tranſiuit, prout dicitur de decreto ſolennitates enunciante num.9.*

12 *Nullitas per inſpectionem actorum probatur: quia quod ibi non reperitur factum non præſumitur, & nu.18.*

13 *Legata quòd non fuerint facta probatione ex facie teſtamenti.*

14 *Beneficij collatio quòd non fuerit facta probatur per inſpectionem libri in quo tali regiſtrantur.*

15 *Gabella, ſeu collecta quòd non fuerit ſoluta probatur per inſpectionem librorum, in quibus talia deſcribuntur.*

16 *Hæreditas quòd non ſit ſoluendo probatur ex inuẽtario.*

17 *Teſtamentum quod quis non fecerit probatur ex inſpectione prothocollorum notarij.*

19 *Nullitas poterit etiam per teſtes probari, ut hic, uel per confeſsionem partis nu.20.*

20 *Appellatio à quo ſit iuſtificanda, uidelicet nunquid ab appellante, uel appellato: & quis illorum acta producere, & quid probare debeat ad finem uictoriæ.*

21 *Acta & proceſſus in cauſa appellationis integraliter producenda ſunt, neque producere partem ſufficeret.*

A quo, & quibus modis poſsit, & debeat nullitas probari.

1 PRO reſolutione primæ partis rubricæ preſupponendum eſt pro regula, quòd unuſquiſque, illud quod eſt cauſa intentionis ſuæ, probare debet. Actor uidelicet id quod eſt cauſa ſuæ actionis, & reus id quod eſt cauſa exceptionis ſuæ: ut probatur in.l.nimis graue. C. de teſt.l.qui accuſare. C.de eden.l. ſi minorẽ. C.de in integ.reſtitu.l.ii.l. ab ea parte.l. uerius.l. in excepti.ff.de probat.l.i.ff.de excep.c.accuſator.vi.quæ. ult. cum alijs, de quibus per Bart.in.l.j.C.ſi aduerſ.cred.

Quæ

Quæ regula procedit, etiam quòd talis intentio eſſet ſuper negatiua fundata: quia nihilominus per negantem probari debet.l.penultima.§.docere, & ibi doctores.ff. ne quis per eum qui in ius uo.l. ſi uero.§. qui pro rei ubi gloſſ.ff qui ſatisd. cog. capitulo primo de confeſſ in ſexto ponit Innoc. in c. ſuper his, de accuſ.Abb.& alij in c. Bonæ, el.ii.de elect. & latius per Bar. in l.hoc iure.ff.de uerb.obl.Spec.in tit.de probat.§. probare.Iaſ. in l.iiii.§. condemnatum,col.ii.uerſi.ego ultra.ff. de re iud. cum alijs de quibus per Alexand.in conſi.xxxix.in princ. & conſil. lxxxiii columna prima,& conſi.cccxcii.uol.j. & conſi. clxxv. in fi.& conſi.xxiiii.animaduerſis, in princip.lib.ij.Matth.de affic.deciſ.ccclxxvij.princeps.in fin.cum ſimil.

2 Proponens igitur nullitatem ad intentionem ſuam,uel exceptionem, aut replicationem fundandam, illam probare debet,
3 ex regula ſupradicta maxime quod in dubio pro actus ualiditate præſumitur.l. quoties,& l.ubi.ff. de reb. dub.l. quoties. de uerb.oblig.l.iij.ff.de teſtib.ponit Dec.in c.quoniam Abb.col.vj. de off.deleg.& in conſil.ccccxlviij. uiſis.num.xvij.lib.quarto,ut ſupra uidimus ſub rub.j.iſtius tract.

4 Hinc uidemus quòd aſſerenti contractum ſeu teſta mentum nullum incumbit onus probandi .l.ſi ſcriptum hæredem, & ibi Bald.C.de proba.l. Imperatores.ff. de priuileg.credi.l. liberi.C. de inoffi.teſtament.ponit glo.in.l.ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac.ignoran.quoniam(ut diximus)pro illis prima facie præſumitur.l.ſi pars.ff.de inoffic.teſtament.ponit Bald.in.l.ij.in fin. C.edict.diui Adr.tollen.& in.l.ſcriniarios. C. de teſtament.mil. cum alijs, de quibus per Dec.in conſil.xi.diuino.columna quin
5 ta uerſi.uiſis igitur,libro primo.Et ideo qualitercunque proponatur nullitas,ab ipſo proponente probanda eſt:ut uoluit Guill. de Suzaria,quem referendo ſequutus eſt Ioann. Andr. in addit. Spec.in titu.de execu.ſent.in.§. poſtremo, ſuper uerb.(.§.ſequenti)& Ang.in conſi.ccxlvij. Areſtatio.quem ſequitur Franc.in c. dilecto.quæſtio.l.in fi.de appel.et Aegid.conclu.cxxxv.Si epiſcopus,et facit text.in.c.cum ſuper.ibi,cum ex parte monaſterij nihil rationabile fuerit propoſitum,et oſtenſum,quare ſententia pro Epiſcopo promulgata, debuerat irritari, &c. de re iud.&.c. in præſentia.ibi,ſtandum ſententiæ fuerat, niſi aduerſarius eam oſtenderet irritandam,de renunciat.cum uulga.

6 Probabitur autem nullitas eo modo quo reliquæ exceptio-

nes probari conſueuerunt, quando uidelicet habebit in ſe affirmatiuam,ſeu factum explicitum, uel implicitum : nam eo ipſo quod negatur aliquid rite, uel factum. uidetur affirmari illud idem iniuſte, & perperam factum.l. ab ea parte. ff.de probat. Ideoque dicenti ſententiam nullam ex eo quòd lata fuerit à publice excōmunicato,mente capto,aut lata cōtra defunctum,uel minorem indefenſum,aut abſentem legitime excuſatũ, & ſimil. illi incumbet onus probandi id,quod aſſerit, cũ ſua ſit intentio.

Si uero pro nullitate ſimplex negatiua facti, ſeu negatiua qualitatis accidentalis,& extrinſecæ,adduceretur,ut puta propono ſententiam nullam,quia nego me unquam fuiſſe in cauſa,uel ad ſententiam huiuſmodi audiendum citatum:uel nego aliquem libellum mihi deſuper porrectũ aut litem conteſtatam,uel ordinem iudicij ſeruatum,& conſimilia,quæ per modum abnegationis (ſi de contrario non conſtabit)pro legitime probatis habebuntur.argu.l.ſuper ſeruis.C.qui milit.non poſſ.lib.xij.l. ſi cum .§.i.ff.de accuſ.& notatur in l.hi qui ad ciuilia.C.de appell. & in l.errores.C.de erro.aduoc.& ponit gl.in.c.in præſentia,extra de prob.uel ſaltim negatiua huiuſmodi ex actis & proceſſu probabitur,prout inferius annotabimus.

Idem fuerit,ſi ad oſtendendam nullitatem proponetur negatiua alicuius qualitates extrinſecæ, quæ ita competat uni, ut nõ alteri,ut puta nego eum qui ſententiam dixit, iudicem fuiſſe:uel eum,qui alieno nomine in iudicio interfuit,fuiſſe talem,uidelicet tutorem, procuratorem ſyndicum, & ſimilia : his nanque caſibus, ex quo qualitas iuriſdictionis, ac mandati, ſeu procurationis pro alio,cum ipſo homine non naſcitur, ſed per miniſterium alterius hominis alteri attribuitur: ideo cum in facto conſiſtant ,quatenus de his legitime non conſtiterit,præſumi non debent: prout de iuriſdictione probat text. in capitulo cum in iure. de offici.delegat. capitulo nobilisſimus. xcvii. diſtin.l.j.C. de mand. princip. de reliquis probat text. in.l. non ignorat.C.qui accuſ.non poſſ.l.fin.C.de profeſſ.& med.l. quæcunque.ff. de publ. actio.§. eos autem. in authen. de collatoribus.Idcirco cum talis negatiua uideatur improbabilis,iuxta tex. in l.actor.C.de probat.c.bonæ. el.ij. de elect.c. ſuper eo. de renunciat.ſi affirmatiua non probabitur, habebitur pro legitime probata: ut uoluit Innocen.in d.c.cum contingat, colum.ij. in fin.de offic.delega.

Quæ

7 Quæ omnia procedent de plano, quando ſententia quæ dicitur nulla,non tranſiuit in rem iudicatam: quoniam tunc non præſumitur quòd talis ſententia fuerit rite & legitime lata, niſi quatenus ex aduerſo expreſſe doceatur.c. quoniam contra. in fine,de probat..§. ſi uero. in authen.de his qui ingred. ad appel. ibi & ita potientur uictores ſententijs, ſi eas recte habere monſtrauerint,&.l.non putauit.§.non quæuis ff.de cont.tabu. ponit Bald.in.l.i.col.iii.uerſic.Item põt ſupplere.C. quomo.& quand. loquens de ſenten.relegationis,& quòd pro ea ſi abſque ſuo pro ceſſu producatur,præſumi non debeat,cum ibi adduct.

Si uero ſententiæ huiuſmodi quæ impugnatur, dicta fuiſſet præſente parte,& non reclamante, quinimo patiente transire in iudicatum: quoniam tunc dicitur facto partium comprobata, ut.l.fi.C.de ſent.quæ ſine cert.quant.l.j.C. ſi ſæp. in integ. reſti. idcirco illi,qualiſcunque ſit,parendum erit.l.j.C.de poſtul.l. ab eo.C.quom.& quand.l.i.C.de iuriſd.om.iud.quia ſcientia & patientia huiuſmodi præſumi faciunt, quòd ſi ſententia fuiſſet minus ſolennis,& non rite lata,pars illi non acquieuiſſet,nec in iudicatum tranſire permiſiſſet:Ideo,quòd omnia iuris ſolennia interuenerint, abſque eo quòd de his aliter conſtet, ob authoritatem iudicati, præſumitur: ut eſt theorica.d. Innoc. ab omnibus approbata in d.c.bonæ memoriæ, el ij. de elect. et in.c. cum in iure.col.fin.ubi Io.de Imo.col.xii.dicit eſſe communem opinio nem, de off.deleg.& illam ſeq.Compoſtel.in.c.in præſentia,ubi Io.And. dixit ita ſeruari in curia,de renunc. prout idem atteſtatur Spec.in tit.de proba.§. probari.col.j.in fi.& in tit. de ſent.§. fin.circa fi.& ſequ. Bart.in.l.i. C. de relatio. eandem opinionem aſſerit communem Fel.in.c. quoniam contra. col xv.uer.quarta concluſio.de probat.& idem dicit Alex.conſil.xxij.

Viſo proceſſu,lib.ij.& conſi.cxxxvi.in cauſa.col.iiij.uerſ.nec obſtat,eod.lib.& conſil.xxv.uiſo proceſſu.col.ij.lib.vi. ubi aſſerit hoc procedere etiam quòd ſententia eſſet in contumaciam lata,ut ibi per eum: ac etiam de communi atteſtatur. Aegid.con clu.lxxxix.Sententia & Caſſad.Deciſ.i.in fi. de præſumpt.& ponit Rot.cccj. ſi petatur, in no. & hoc caſu procedit regula quòd pro ſententia præſumendum ſit, de qua in.l. hærennius.§.i.ff.de euict.l.ſi bonum.C.de admi.tut.c.ſicuti, de re iudi. dicto capitulo in præſentia,&c.bonæ memoriæ,cum ſimil.& maxime lo

8 cum habent, ſi ſubſtantialia iudiciorum in prolatione ſententiæ

fuerunt recitata:ut communiter fieri conſueuit quando dicitur, uiſo libello, uiſa litiſconteſtatione &c. quia ſi pars huiuſmodi recitationi præſens eſt, audit et acquieſcit, ſibi imputatur: quoniã ſi quid quod diſplicebat enunciabatur,reclamare debebat. Tali itaque enunciationi pro ualiditate ſententiæ plene creditur: ut dicit Bart. in d.l.i.C.de relat.poſt Spec.in tit. de inſtr.edit.§. reſtat.col.fi.& ponit Deci.conſil.xlii.col.vi.in princ.

9 Prout uidemus ſeruari etiam in decreto à iudice interpoſito, in quo ſolennitates requiſitæ enunciantur : quia pro illis quæ tunc interuenire potuerunt creditur,et decretum ualet, etiam ꝙ de huiuſmodi ſolennitatum interuentu.aliter non conſtet: ut late ponit Feli.in d.c.Sicuti.col.xii.uer.fallit primo.de re iu. et in c.quoniam contra.col.xvii.uer.fallit quarto,et col.xviii. uerſic. ſeptima concluſio,de probat.Et ponit Alexand.conſi.cxxv.uiſis,col.iiii.li.i.et conſi.clxxix.uiſis,num.viii.li.vii.declarat conſil.clxxix.col.i.lib.vi.et Deci.conſi.ccix.Diuino in princ.lib. ii. et conſil.ccxxii.col.pen.eo.li.et conſi.cccxli.uiſo,col.v.in fi.lib. iii.et conſil.ccccIxxix.in controuerſia.col.ii.nume. vi. et conſi. ccccIviii.in cauſa, col.ii.uerſi.non obſtat.lib.iiii.

10 Satis ergo fuerit habenti ſententiam quæ in iudicatum tranſierit, de illa etiam abſque proceſſu,puta per inſtrumentum ipſius ſententiæ docere.quoniam attenta legitima præſumptione, de qua diximus,quòd fuerit rite et legitime lata,ac omnia ſecundum ordinem iuris interuenerint,taliter (puta coram aliquo ordinario iudice ſeu executore) exhibita, ſuæ debitæ executionis demandabitur:ut inquit Ro.ſupraſcripta deciſ.ccci. et Bal. in.l. fi.de ordi.iud.Bart.et Alex.ad eum in l.fi.ff. quand. appell.ſit.et doc.in locis ſupraſcriptis etiam quòd iudex qui eam tulerit fuerit uir nequam et magnus ribaldus:ut inquit Bal. in d. c. ſicut. colum.ii.de re iud.de quo meminit Iaſ.in l.pacta nouiſſima , in iii.not.C.de pact.et facit deciſ. Neap.ccxlv.nu.iii.

11 Fauore igitur ſententiæ et rei iudicatæ, opponens nullitatem,etiam ex mera negatiua facti, ſeu accidentalis qualitatis, de qua ſupra reſultantem debebit eandem alias quàm per abnegationem probare: ut uoluit Ange.d.conſil.xxiiii. areſtatio. relatus per Franc.d.c.dilecto.q.v.in fin.ubi dicit quod quoties ſententia fuerit præſentibus partibus , et non reclamantibus lata, ſemper incumbet onus probandi alleganti nullitatem etiam ex defectu iuriſdictionis.

12 Ean-

12 Eandem tamen nullitatem probare poterit per eiuſdem cauſæ regeſti ſeu actorum reproductionem : hoc modo dico ſententiam nullam, quia nunquam fui in cauſa citatus : uel quia is quis protulit eam non erat iudex, uel qui meo nomine comparuit non erat procurator : prout ecce in regiſtro ac proceſſu, in quibus de his nihil conſtat, eritque concludens & legitima probatio : quia negatiua coartata ad certam ſcripturam eſt probabilis per inſpectionem oculorum : nam illud quod non reperitur in actis neque in proceſſu, præſumitur ac fingitur non factũ capit. cum ad ſedem, ibi, prioris acta iudicij recenſentes, quia nec per dicta teſtium, nec confeſsiones partium, cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint, nobis conſtitit &c. de reſtitu. ſpoliat. capitulo primo, de litiſconſul. l. fin. C. de reb. cred. ubi quòd legata non fuerint facta, probatur ex facie teſtamenti, & ibi per ſcribentes. declarat Deciſ. conſil. cccxxiiii. proponitur. columna fina. libro tertio. & melius conſil. ccccIxxxiii. pro reſolutione, columna ſecunda in princip. libro quarto, & Alexand. conſi. cxxiii. ſcripſit, columna nona, uerſic. præterea, libro quarto. Sicu

14 ti quòd collatio beneficii alicui facta non fuerit per inſpectionem librorum in quibus talia regiſtrari ſolent, probatur : Nam ſi ibi regiſtrata non reperitur, non præſumitur facta : ut tradit Feli. in cap. illud, in fin. de præſumpt. & cap. ſicuti columna. xv. uerſicul. & ita putaui. de re iudic. Ponit Caſſad. deciſ. viii. numero. 2. ſuper reg.

15 Prout etiam probari conſueuit aliquem non perſoluiſſe collectam ſeu gabellam, uel non eſſe excommunicatum, uel ſimilia. Si enim non reperitur deſcriptum in libro, ubi talia, deſcribĩ conſueuerunt, factum eſſe non creditur : ut inquit Bartol. in l. Titiæ textores. ff. de lega. i. & Bald. in d. l. fi. in. iiij. oppoſi. C. de reb. cred. & in l. iuſtum. C. de eden. cum alijs, de quibus per Dec. conſil. ccccxcvi. Diuino. in. ij. colum.

16 Sicuti etiam probari conſueuit amplius in hæreditate non eſſe quàm quod in inuentario deſcriptum reperitur : ut dicit gl. ordinaria. in l. cum de lege. ff. de prob. & in l. fi. §. licentiam. ubi Bartol. per illum tex. C. de iu. delibe. & . Bart. in l. decem. de uerb. oblig. & in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codicil. facit text. in l. i. C. de exac. tribut. cum alijs, de quibus per Alexand. conſil. Iv. conſideratis, columna penult. lib. i. & Deciſ. conſil. dxix. uiſis. in fin. libro quarto & Afflict. deciſ. cccxxiiij. Agitur. nume. 13.

17 Eodem modo probatur aliquem non feciſſe teſtamentum, uidelicet per inſpectionem prothocolli notariorum loci in quo degebat: ut uoluit Bart.in.l.is poteſt,circa fi.ff.de acqui. hæred. Et Ang.in.§.item ſi quis in iudicio.columna.xvij.uerſicul.nota ergo tu cauſidice,inſti.de except.cum ſimi.

18 Sic ergo aliquem non fuiſſe citatum, neque conſtitutum pro curatorem, uel non fuiſſe datam poteſtatem iudicandi, minuſq; iuris ordinem ſeruatum, per inſpectionẽ actorum & proceſſus eiuſdem cauſæ probabitur: ut uoluit Barto.in l.ii.C.de erro.aduoc. & in l. hi qui ad ciuilia.C. de appellat. & in l.i.ff.ſi tuto.uel curat.appell.Bald.in l.ſi contra.C.de appel.Iaſ.in.l.iiij.§.condem natum.columna ſecunda,de re iud.& domi. Abbas poſt Ioann. And.circa fi.in d.c.ad ſedem.de reſti.ſpolia.& in c.quoniam con tra,ſuper ultima glo. ubi Feli. columna xv. uerſicul. limita uno modo. et Ioan.And.poſt Specul.in titu.de ſenten.§. ut autem.in uerb.et nota ſecundum quoſdam.quia quod non apparet dicitur non eſſe.l.in lege.ff.de contrah.empt.c.ſolennitates,in fi.de conſe.diſt.i.ponit.Affl.deciſ.xliij.num.v. & præmiſſa tenet Alexan. conſil.lix.Viſo titu.columna.v.nu.xvij.lib.iiij.& conſil.lv.quoniam.ij.colum.& conſi.cv.Ponderatis.columna.ij.lib.v.Abbas conſil.xcij.Chriſti nomine,uol.i.cum aliis, de quibus per Deciſ. dicto conſil.cccclxxxiij.pro reſolutione.nume.vj.

19 Negatiua etiam huiuſmodi ac nullitas ex ea inſurgens probari poterit per teſtes literatos,qui proceſſui ac prolationi ſententiæ præſentes fuerint, ſeu ac uiderint ac examinauerint acta, et proceſſum,in quibus talia non fuerint reperta. Cum etenim huiuſmodi negatiua ſit certis loco et tempore coarctata, erit probabilis: ut inquit Bartol.in d.l.ii.de error.aduoc.et Ioann.And. in locis de quibus ſupra,et Bald.in l.geſta,in.iij.colum.ubi ponit qualiter ſuper hoc teſtes interrogari & deponere debeant.C.de re iud.et facit text.in d.c.ſicuti. de re iudic.& in c. Albericus. in fin.de teſtibus. et id quod ponit Rot.ccccix. fuit dubitatum. in
20 no.et quod notatur in l.ne in arbitris.C.de arbitr.et tenet Alex. dicto conſi.cxxiij.col.ix.nu.23.lib.4.per tex.in l.i.C.de exact. tribut.libro decimo,cum ibi add.

Vel probari poterit nullitas proceſſus,ut puta litem non fuiſſe conteſtatam,uel quid aliud ſimile per cõfeſſionem ipſius partis aduerſæ: prout eſt text.et ibi hoc notat Panor.in.iij.nota.in c.fina.extra de teſtibus,et in c.in præſentia. in fin. illius text. de

renunc.

renunc.facit text.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.et in l.cum te. C.de tranſact.et ponit Ioan.mill.in uerb.ſententia à qua non eſt appellatum et Feli.in c.de cauſis.colum.iij uerſic.tertia concluſi. de off.deleg.et in c.unic.in prin.de litiſconteſt.

21 Et quod diximus de nullitate probanda et iuſtificanda, idem fere dicendum uidetur de appellatione interpoſita.Cum appellatio ſit cauſa et intentio appellantis: quia per eam appellans in ſe ſuſcipit onus probandi ſententiam iniquam,petitque illam propterea retractari: ut l.i.et l.ſcio.ff.de appella.l.præfecti.ff.de minor.l.minoribus.C.de his quib. ut indig. Si igitur appellans in iudicio obtinere uoluerit,huiuſmodi ſuam propoſitam intentionem probare debebit c.cum eccleſia,de appellat.c.interpoſita,in princip.et glo.fin.in c.dilectis,eod.titu.et in l.ad ciuilia, in fi.C. de appella.l.i.in princ.ſi pendente appellatio.mors inter.l.ij.cum duabus ſequen.C.ſi ex fal.inſtru.Et propterea lex mandat exhiberi copiam omnium actorum et proceſſus ipſi appellanti: ut ex illis coram iudice ad quem ſuam intentionem inſtificet. l. eos.§.ſuper his.l.à proconſulibus.l.præcipimus uerſic.in his autem.C.de appellat.et text.in cap.cupientes,uerſicul. cum omnibus actis iuribus,et monumentis ſuis &c.et in uerſicul. electos uero.et uerſicul.ſi uero in diſcordia.de elect.in.vi. eidemque appellanti ad appellationem huiuſmodi iuſtificandam, proſequendam,et finiendam certum præfinitum tempus,uidelicet annum, et ex cauſa biennium,ſtatuit c.cum ſit Romana.et cap.ex ratione extra de appell.et toto titu.C.de temp.appellat.quo termino elapſo ſi acta et proceſſus idem appellans non repræſentauerit, ex illiſque aut nouiter deductis, dictam ſuam appellationẽ non iuſtificauerit,ſententia prima manebit firma, ac ſuæ executioni demandabitur.l.ſi contra minorem,et l.quoniam nonnulli,iuncta.l.in offerendis,et l.ampliorem,in princip.C.de appell.et l.fi. colum.fi.ubi bonus text.et authen.ſi qui.C. de temp.appel.Debet itaque appellator ſi uult in cauſa appellationis obtinere, docere imprimis quòd rite,et ſollenniter appellauerit, id eſt quòd formiter,uidelicet in ſcriptis,& intra decem dies:ut uoluit Ioan. And.in nouell.in uerb.ſi conſtiterit.in d.c. ſicut Romana, et c. Romana.§.ſi uero.et ibi gl.et doct.eod.tit.in.vi.ponit Deciſio. conſi.ccxcv.in cauſa,col.i.li.ij.poſt Bar.in d.l.hi qui.C.de app.et Rot.cxc.quo ad reuocationem,in no.Et poſtmodũ eadẽ appellationem quoad ſẽtẽtiæ iniquitatẽ et iniuſtitiam (ut diximus) iuſtificare,

iuſtificare,alias etiam quòd conſtaret de nullitate ſeu grauamine,& iniuſtitia,ipſe appellans non obtineret ſecundum Franciſ. in cap.dilecto,columna.iiij.in fi.de appel. cum ibi add.

Et præmiſſa intellige(ut dixi) quando appellans uult cauſam appellationis ſuæ proſequi,& illam iuſtificare.

Si autem appellatus appellationem huiuſmodi ex aduerſo interpoſitam proſequi, & petere declarari per iudicem ad quem, bene ſententiatum,& male appellatum,eandemq; ſententiam cõfirmari,uellet (quod facere poteſt)ut in d.l.ampliorem, in prin. & l.in exercendis.C.eod.titu.& ponit Rot.ccclxv. ſi à diffinitiua.in no. cum ipſe ſit qui hoc caſu promouet, & cauſam proſequitur,& bene iudicatum,& male appellatum aſſerit,ſi uult affectu ſententiæ ſuæ potiri, & expreſſam confirmationem habere,cum cenſeatur actor,id quod aſſerit,oſtendere debet. Et per conſequens acta & proceſſus coram iudice ad quem exhibere & producere conueniet. Ita procedit text. in dicta authentica eos autem,de his qui ingred.ad appellat.& ponit Innocen.in c.i. de confirma.util.uel inutil.& Abbas in d.c. ea quæ in fin. & ibi Fel.ponens etiam quid operetur iſta expreſſa confirmatio. de re iudic.glo.Bartol.& Bald.in d.l.hi qui ad ciuilia.C. de appellat.et in d.l.i.ubi Alexand.ad Bartol.ff.ſi tutor appel. & idem Alexã. in l.Nam & poſtea.§.ſi minor.columna penulti.ff. de iureiur.& Specul.in ti.de ſenten.§.fin.in fin.& plenius Guid.Pap.in tract. de appel.q.x.& in deciſ.q.xx.nunquid.&.ccccxxxvj. cum materia.vij.concluſione.&. q.ccxciij. quæro utrum. & Franc.in.c. cum eccleſia de appellat.cum alijs,de quibus per Deci.in conſil.
21 dxiij.numero.10.Nec ſufficeret aliquo caſu partem actorum & proceſſus,utputa actus & geſta pro parte duntaxat ipſius inſtãtis facta, producere, niſi & ea quæ pro parte appellantis facta ſunt,et ſic integer proceſſus,produceretur, quia alias ueritas rei geſtæ cognoſci non poſſet,per tex.in l.nec cauſas & l.iudicibus & l.eos.§.ſuper his.C.de appella.quod optime in Ro.cu. quotidie uidemus et experimur.

Et poſtquã hæc pauca uidimus circa modum nullitates probandi, et ad quem ſpectet, non erit extra propoſitum uidere etiam,quoties,& intra quod tempus eadem nullitas in iudicio deduci poſſit,ac de effectu ipſius quouiſmodo deductæ.

IN

IN RVBR. SEV TIT.

Quoties, et intra quod &c.

SVMMARIA.

1 *Nullitas quoties ſit, toties proponi poteſt: quia oritur cum ipſo actu nullo.*

2 *Exceptio reddens actum retro nullum regulariter non opponitur niſi poſt actum.*

3 *Appellare quamuis tertio non liceat, licebit tamen pluries dicere de nullitate: & in infinitum lis protrahetur, ſecundum praxim de qua hic.*

4 *Sententiæ ac res iudicatæ quomodo illudantur.*

5 *Nullitatem non poteſt proponere is qui reportauit tres ſententias contra antequam exequantur.*

6 *Reſcripta ſuper nullitatibus poſt tres conformes non cōceduntur in* Rom. *cu. niſi cum clauſula ſine præiudicio trium conformium.*

7 *Nullitates ne impediant prouideri conſueuit in* Ro. *cu. per uiam reſcripti prout hic.*

8 *Nullitatis remedium quanto tempore duret. & intra quod tempus agi poßit de nullitate.*

9 *Nullitatis effectus qui ſint tam ante quàm poſt illius declarationem: nam deuoluit, nu. 10. ſuſpendit, & proceſſus principalis negotij retardat, nume. 11. executionem impedit, nu. 15. perimit nu. 16,*

12 *Nullitatis cognitione pendente conquieſcit negotium principale: & fatalia non currunt: quod intellige prout hic nume. 13.*

14 Attentatorum

14 *Attentatorum cauſa pendente fatalia cauſæ principalis non currunt: intellige prout hic.*

16 *Nullitas facit quòd actus nullus habeatur perinde ac ſi non fuiſſet factus: ideo de actu nullo non eſt mentio facienda nume.16. Vide hic multa exempla nu.19.20.21. uſque ad nume. 25.*

17 *Reſcriptum ut ualeat, de proceſſu, litiſpendentia ac ſententia mentionem facere debet.*

26 *Actus nullus nullum operatur poſitiui iuris effectum.*

27 *Citatio nulla non inducit litiſpendentiam, neque iuriſdictionem perpetuat nu.28. præſcriptionem non interrũpit.29.& .31. neque malam fidem inducit. 30.*

32 *Acceptatio ſeu nominatio nulliter facta nõ conſumit poteſtatem iterum nominandi & acceptandi.*

33 *Nullitas actus non conſumit poteſtatem quominus nulliter factum poßit iterum bene fieri, & uide exempla.*

34 *Stipulatio nulliter facta non obſtat quominus iterum poſſit recte ſtipulari.*

35 *Electio nulliter facta non obſtat quominus poßit iterum canonice fieri.*

36 *Matrimoniũ nulliter cõtractum non impedit ſecundum.*

37 *Teſtamentum nulliter factum non tollit primum ualidũ: idem eſt de contractu & nu.43.*

38 *Teſtium examen nulliter factum non derogat primis depoſitionibus.*

39 *Teſtium publicatio nulliter facta non impedit ulterius examen.*

40 *Sententia nulla non tollit remedium ſpolij.*

41 *Sententia nulla non impedit teſtes prius publicatus iterum examinari.*

42 Conditionis

42 *Conditionis inualidæ defectus non tollit legata.*

44 *Bannitus nulliter ſi uigore ſtatuti occidatur, occidens non excuſatur, ſed punitur prout hic.*

45 *Diſpoſitio loquens de actu intelligitur de ualido.*

46 *Clauſula non obſtante conceßione alteri facta, intelligitur de inualida.*

48 *Appellatione pendente nihil innouandum, intelligitur de ualida: ideo illo declarata nulla uel deſerta attentata eo interim non reuocante ſileat per uiam attentatorum, ut hic. xlix. cum ſeq.*

49 *Attentata appellatione pendente ſi appellatio deſeritur non reuocantur per remedium attentatorum, ſed per remedium nullitatis, aut ex officio.*

50 *Appellatio nulliter interpoſita non deuoluit.*

51 *Confeßio nulliter emanata, uel ex actu nulla inſurgens, licet declaret mentem, nihilominus tanquàm erronea non operatur.*

52 *Facto proprio contrauenire quòd quis non poßit; intelligitur de ualido quia ſecus ſi fuerit nulliter factum.*

53 *Actus nullus habetur pro non facto quoad præiudicium tertij, ſeu commodum gerentis: ſecus quoad præiudicium illius.*

54 *Nullitas actus non excuſat à pœna & nume. 66. & uide hic nu. 53. & . 54. 55. 56. 57. uſque ad nume. 66. ubi habes plurima & ad praxim exempla.*

58 *Gabella ſi uigore ſtatuti de omni contractu ſolui debeat, intelligitur de contractu ualido: quia ſi fuerit nullus, nihil ſoluendum eſt.*

69 *Sermones noſtri ueriores redduntur, cum uniuerſalibus cognitis ad particularia deſcendimus.*

Quoties, et intra quod tempus de nullita- agi poſſit: & nunquid pariat aliquos iu- ris effectus, & quos.

1 TOTIES de nullitate agitur, quoties actus nullus concipitur. Ius etenim dicēdi nullum, ac exceptio huiuſcemodi oritur cum ipſo actu, qui perperam fit, ac poſt ipſius natiuitatem ſolummodo competit, prout patet ad ſenſum, quia non entium nullæ ſunt qualitates l. eius qui in prouinciam. §. quod ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. pet. l. ſi ſeruum. §. i. ff. de actio. empt. prout arguit Deci. conſil. dlxxxiij. iuridicam. circa fin. lib. 4. non poterit igitur ſententia, niſi poſtquàm fuerit promulgata, per uiam nullitatis impugnari, ut in iſtis terminis tradit Bal. in l. poſt ſentētiam, in prima col. circa finem. C. de ſenten. & ſentit in l. i. C. de re iud. quem refert et ſequitur Felin. in. c. inter monaſterium. colū. viij.
2 uerſic. ſed aduerte. de re iud. et hinc eſt quòd omnis exceptio, per quam iudicium ac ſententia contenditur retro nulla regulariter opponī conſueuit poſt ſententiam latam, quia ante quàm proferretur, ſeu actus conciperetur, nullitatis exceptio non erat nata, neque competebat, prout eſt glo. ordinar. in l. tametſi. ff. ad ſenatuſcon. Maced. et gl. in uerbo momenti. et ibi ſcri. in capi. in noſtra. extra de procur. et l. licet. C. eod. titu.

3 Et propterea quamuis ab eadem ſententia non liceat tertio prouocare. c. ſua nobis. de appel. et. C. ne in una ead. cauſ. &c. iterum tamē de nullitate dici poterit. Nam ſi opponetur de tribus conformibus et re iud. et quòd ulterius non ſim audiendus, nec ulterior quæſtio refricanda exceptione rei iudicatæ obſtante l. fina. C. de fid. inſtru. l. ii. C. ſi ex fal. inſtru. & per Bartol. in l. ſi expreſſim, in. iii. colum. in princip. ff. de appella. l. i. columna penul. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. & Anch. in cle. i. colum. i. in fi. & ibi Ioann. de Imol. in princip. de re iud.

Talia opponenti replicare potero non poſſe dici iudicatum neque ſentētias, cum omnes, uel ſaltim aliqua ipſarum uitio nullitatis manifeſte ſubiaceant, ideoque nō poſſe nec debere tali nomine nuncupari. l. iii. §. condemnatum. ff. de re iudi. et l. i. §. fin. ff. ad Tertul. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de con. tab. l. i. §. hæc

autem

autem uerba.ff.quod quiſque iuris &c.et propterea quamuis de nullitate primæ ſentētiæ fuiſſet dictum,ac ſubinde per tres alias conformes ſententias declaratum, ſententiā quæ ex uitio nullitatis impugnabatur, ualidam,licetque de uiribus primæ ſententiæ ulterius, ſtantibus dictis tribus conformibus, hæſitari non poſſit, poterit,tamen de uiribus primæ,uel ſecundæ,aut tertiæ ſententiæ confirmantis adhuc quæri,& diſputari. Et ſi per alias ſententias huiuſmodi confirmatoriæ declaratæ fuerint ualidæ,iterū de uiribus ac inualiditate ultimæ confirmantis quæri poterit,& hoc modo nullus erit finis nullitatibus proponēdis cū(ut dixi) ſimul atque cū ipſo actu et ſententia nullitas oriatur. Et hæc eſt illa uetus et antiqua praxis quam docebat Hubertus de Bobio, et Io.de Deo,ad hoc relati per d.Spec.in ti.de appel.in.§.quoties col.7.et in ti.de excep.§.uiſo,col.fin.in princ.et de qua meminit
4 Imol.in.c.ſua nobis,de appell.et Fran.in c.directe.col.pen.uerſi. nona cōcl.eo.tit.et per modū iſtius praxis quidā inſtruebāt cautum litigatorem,qui ſententias contra ſe reputauerat,ut nullitatem aliquarum ex eis proponeret,quod ut eſt præmiſſum impediri non poteſt eademque nullitatis cognitione pendente,pedetentim coram eodem iudice nullitatis, doceret de iniuſtitia earundem ſententiarū,quoniā ſi per diſputationē partiū conſtaret de ueritate rei,etiam quòd nullitas deducta non probaretur,eædem ſententiæ,quæ iudicatum faciebant,per uiam notoriæ iniuſtitiæ reuocari poſſent,et tali modo ſententiæ ac res iudicatæ fierent illuſoriæ,hoc ponit Felin.in d.c.inter monaſterium, per illum tex.col.xii.uerſi.lim.vi.de re iud.et in cap.qualiter et quando.col.xix.num.33.de accuſ.poſt gloſ.in clem.fin.in uerb.competente,ut lit.penden.cum aliis ibidem per eum adductis.

Idcirco eum qui ſententias tot expenſis et laboribus quæſitas obtinuit,ne ſit quaſi ludibrio, et immortali lite inuoluatur, cautum eſſe oportebit, ac maliciæ et cautelis aduerſarii occurrere,imprimiſque animaduertere, quia lex ſimili morbo medelā aliquam adhibere uolens ſtatuit, quòd habens tres ſententias cōformes contra non audiatur ſuper nullitate illarum,uel alicuius ex eis,donec plenarie executioni fuerint demandatæ,ut diſponit clem.ut calumniis, de re iudic. et quamuis illius diſpoſitio non procedat,quando ſentētiæ ex defectu iuriſdictionis impugnantur:ut uoluit gl.fin.cōmuniter approbata.in cle.i.de ſequeſt.poſ. et fru.huiuſmodi tamen exceptio non ita indiſtincte ac reſupine

recipienda eſt,nec per quamlibet ſimplicē propoſitionē aſſertæ nullitatis ex defectu iuriſdictionis,tot conformiū ſententiarum retardanda executio, neque calumnijs indulgendum, per text. et rationē.d.Cle.propter.Sed eo duntaxat caſu quis eſſet audiendus,quādo ſaltim ſummarie,de exceptione,ac nō calumnia proponentis conſtare cœpiſſet,prout ſæpius in Roma.cu.in ſigna-
6 tura ſanctisſimi domini noſtri Papæ ſeruari uidi, in qua reſcripta ſuper nullitatibus,poſt tres conformes,rarisſime cōcedūtur abſque appoſitione clauſulæ(ſine præiudicio trium conformiū, aut priuſquā de prætēſis nullitatibus aliquid guſtauerint.et hoc ne prætextu dictarū nullitatū, debitæ executiones impediātur.

7 In eadem curia aliud etiam conſueuit adhiberi remediū,uidelicet quòd cauſa pro parte illius, qui ſententias contra reportauit, ſuper aſſertis nullitatibus attentatis, ſeu in integrum reſtitutione,commiſſa(prout etiam ſepius ad impediendam executionem fieri uidi) pro parte obtinentis ſententias ſolet obtineri aliud reſcriptum, ut iudex nullitatis præfixo aliquo breui et peremptorio termino eius arbitrio moderando, ipſi aduerſario ad prætenſas nullitates, attentata, uel quòd ſibi de iure cōpetat reſtitutio, probandū,et deducendum, dictoque termino elapſo, et ꝙ releuet,non probato,ad ulteriorem ac finalem dictarū ſententiarū,ac rei iudicatæ executionem, partibus iuſticiam miniſtrando,procedat,etc. et in uim huiuſmodi reſcripti præfixo ipſi aduerſario termino,ſi de aſſertis nullitatibus non conſtiterit,idē iudex poteſt ac debet ſententias et iudicatum exequi,et talis eſt Romanæ curiæ ſtylus, prout etiam atteſtatur Caſſad. dec.iiii. in fi.ſub ti.de cau.poſ.et proprieta.pro quo facit tex.in.l.tertia.ff. de accu.et in.l.diffamari.C.de inge.et manu.l.ſi ea.et ibi gl.C.qui accuſa.non poſ.l.ſi quis libertatem,uerſic.plane.ff.de pet.hæred. l.ſi tibi,in princ. et.l.mencipiorum.ff.de option.leg.l. iuſtas, C. de iur.fiſ.lib.x.c.lator.in fi.qui fil.ſint legiti.c.frequens.§.fina.de reſtitutio.ſpol. in.vi. cum alijs de quibus per gloſ.in.c.licet cauſam,in prin.de prob.et ponit Rot.cccv.nota qualiter dicēti &c. in antiq.et Alex.conſil.cviii.uiſo,in fi.lib.j.

8 Quod remedium inſeruiet etiam quoad ſecundam partem rubricæ noſtræ,uidelicet ne perpetuo de nullitate conqueri posſit, quoniam per huiuſmodi termini præfixionem ſatis ſuccurſum fuerit,alias enim ſi eſſemus in actu qui prætenderetur ipſo iure nullus,remedium iſtud nullitatis abſque ulla temporis præfinitione

tione competeret, ex quo ea quæ ab initio nulla ſunt,tractu tē-
poris non conualeſcant.l.quæ ab initio.ff.de re.iur.c.non firma
tur, extra eo.tit.c.auditis.de electio.Maxime ſi ex defectu iuriſ
dictionis nullitas prætenderetur,ut uoluit Ang.in.l.i.C.quand.
prouo.non eſt neceſ.uel ex defectu mandati, quoniã ſi de eo nõ
conſtabit, etiam uſque ad mille annos ſuper nullitate actus agi
poterit,ut uol.Bal.in.l.i.C.de reb.alie.non alie.et.l.ij.C. ſi ex fal.
inſtr.declarãt Cur.iuni.cõſi.lxxvij.quẽ ſequutus eſt Rot.ut per
Caſſad.dec.iii.de proc.et Sarnien.ſuper reg.de non iudicãdo, in
cõpen.fol.85.num.73.ſiue quòd ageretur de nullitate in cauſa in
qua animæ periculũ uerteretur,iuxta ea quæ ponũtur in.c. quia
ergo.cũ ſequen.xxxv.quæſt.ix.uel in cauſis , in quibus de iure
non currit præſcriptio,de quibus in.c. uigilanti. et.c.fin.de præ
ſcrip.et.c.quod de eo.xxxiii.quæſt.v. Aut ꝙ nullitas per modũ
exceptionis in iudicio deduceretur.Ex quo temporalia ad agen
dũ ad excipiendũ ſunt perpetua.l.pure,in fi.ff. de dol. excep.l. ſi
pactus,C.de excep.ponit Alex.cõſi.lxxxii.uiſo,col.iiii.lib.iii.

Si uero nullitas in iudicio ad irritandum ſeu annullandum
per modũ agendi directo,et principaliter deduceretur.Cum pro
huiuſmodi remedio officium iudicis nobile competat , ut dixi-
mus ſupra,facultas tale officiũ implorandi eatenus durabit, qua
tenus durant reliquæ perſonales actiones uidelicet triginta an-
nis, ut dicit.glo.in l.quærelam.C.de falſ.inſtit.de perp.et tempo.
actio.in princ.l.omnes.l.ſicuti.C.de preſcr.xxx.uel.xl. anno. et
ſic intra iſtud tempus triginta annorũ remediũ nullitatis propo
ni debebit. prout præmiſſa ſentit Specu.in.§.quoniam.uerſic.in
ſumma.et.§.iuſta.in fine.ſub ti.de ſent.poſt gl.in.c.i.in fi.xxxv.
quæſt.ix.et Bal.in.l. ſcire oportet.§.fin.de excu.tut.in.l.data ope
ra.col.xxix.C.qui accuſ.non poſſ.et in.c.ſæpe,col.pen.de appel.
ubi dicit quod querela nullitatis non habet tempus præfixum à
iure,niſi prout aliæ actiones,et per Salicet.in.l.præſes.uerſic.ul-
terius quis poteſt.C.quomo.et quand.et Card.in cle.i.q.xiiii. et
ibi Imol.col.iiii.uerſi.quo autẽ iure.de re iud.Et Fran. in.c. dile-
cto.quæſt.v.de app.Lanſ.in.c.quoniã cõtra.in prin.uerſi.ũnũ re
ſtat uidere num.xxiii.et in.§. interlocutoriæ.nu. xxxvii. extrà
de prob.cum aliis,de quibus per Alex.cõſi.lix.uiſo,titu.col.iiii.
nu.xv.lib.iiii.et Deci.conſi.viii.Diuino .col pen.in fi.lib.j.

Quicquid tamen ex lege communi ſit, regulariter per ſtatu-
ta terrarũ de nullitate agere uolenti certum tempus , ſeu certa

inſtantia aſsignari et præfigi conſueuit. Quibus termino et inſtātia peremptis, ſuper eiſdem nullitatibus audiendus quis nõ erit, præterquam in caſibus ſupra ſub tit. quis poſsit dicere de nullitate aduocati. Et aduerte quoniam præmiſſa quoad ius et facultatem ſuper nullitatibus agendi duntaxat, non autem quoad iuſtitiam cauſæ nullitatis intelligi debent: nam ubi nullitas in iudicio deducta fuerit, inſtātia cauſæ illius tantum durat quantum reliquæ inſtantiæ aliarum cauſarum, uidelicet triennio: quia ꝙ cauſa nullitatis habeat determinata fatalia, ſeu aliam inſtantiam quàm legis properandũ. C. de iud. nuſquam reperitur. Idcirco ſi nullitas incidenter et acceſſorie cum ipſa appellatione fuerit deducta deſerta cauſa principali ipſius appell. etiam cauſa nullitatis, quæ illi tacite inerat, deſerta reputabitur, per ea quæ ponit Bald. in. l. tale pactum. §. qui prouocauit. quæſt. xiii. ff. de pact. et Fran. in. c. dilecto. quæſti. xlviii. et quæſt. lviii. de appel. ut aliàs dixi. Si uerò nullitas ſeparatim uel principaliter deducta fuerit, eius inſtantia triennio finietur. per dictã. l. properandũ, ut docet Bal. in. d. §. qui prouocauit. eadem. q. xiii. in principio, et in. c. ſæpe. ubi poſuit Innoc. de appel. et ponit Idem. Franc. in. d. c. dilecto, quæſtione. v. cum aliis, de quibus per Alexand. in conſil. lix. uiſo titulo, colum. ii. lib. iiii. Dummodo nullitas ex defectu iuriſdictionis non prætendatur, quia fatalia non habent locum in cauſa nullitatis, quæ ex defectu poteſtatis iudicãtis procedit, ſecundum eundem Bald. in. l. i. in. iii. not. C. qui pro ſua iuriſd. etc.

9 His ita præcurſis, aſſumendo ultimã partem rubricæ noſtræ; dico ꝙ ius dicendi nullũ ſeu nullitas ipſa quàm plures iuris effectus parit, et producit, ac diuerſimode operatur, et quandoque in cõtinenti, et quàm primum in iudicio fuerit propoſita, et aliqñ (et magis proprie) poſt illius cognitionem et declarationem.

10 Incontinenti et quamprimum proponitur ius ac remedium iſtud operatur, quia deuoluit negotiũ ad cognitionẽ iudicis ſuperioris ad inſtar appellationis, ut. l. abſentẽ. C. de appell. l. i. §. i. ff. quæ ſentent. ſine appell. reſcindend. tradit Bart. in. l. ſi expreſsim, col, pen. de appell. Imol. in. l. iudex poſtquã de re iud. Franc. in c. dilecto. quæſt. x. et quæſt. xxx. de app. cum aliis, de quibus per Alex. conſ. lxxix. nu. 2. lib. ii. et diximus ſuprà.

11 Inſuper operatur, quia ſi ſaltem per modũ exceptionis in iudicio proponatur, incontinenti cognitionem negotij principalis: ſuſpendit. et proceſſum retardat, et impedit litiſconteſtationem

ut

ut tenent domini de Rot.deciſ.cxv. nota quòd cauſa nullitatis in antiqu. Quoniam quaſi quòd ſit exceptio præiudicialis et peremptoria,de ea prius quàm de principali negotio cognoſcendum eſt iuxta notata per Bart.in.l.Cum quærebatur.ff.de re iudic.et in.l.ſi ut proponis,colum.ii. C. quomodo et quando. Et Lanfranc.in capitulo quoniam contra. num.xxii. de probat, et Franciſ.in capit.dilecto,quæſt.x.uerſicu. ulterius aduerte de appella.ut ſupra diximus.

12 Idcirco nullitatis cognitione pendente conquieſcit ac dormit cauſa negotii principalis ſeu appellationis: nec illarum fatalia labuntur,per text. in l. contra maiores.C. de inoffic.teſtam. l.Papinianus.§. ſi quis et irritum.ff.eod.tit.per quæ iura ita uoluit Bar.in.d.l.expresſim.colum.v.et in.l.i.columna tertia, uerſ. circa ſecundum.C.quand.prouoc.non eſt nec.

13 Quod intellige, dummodo probabiliter dubitari poſſit,nunquid actus de quo diſputatur ſit nullus: quia aliàs temeritas, et nullitatis calumnioſa propoſitio non prodeſſet:nec fatalia principalis cauſæ retardaret,argu.l.ſed et ad eos,cũ l.ſequẽti, et.l.ſed et ſi.§.proinde.ff.ex quib.cauſ.maior.et.l.negotiorũ.ff.de re iud.

Prout formaliter declarat Bal.in.d.l.contra maiores. circa fi. et in authen.ei qui.poſt princip.C.de appell.et in.l.qui teſtamento.in fi.ff.de excuſ.tut.Quem ſequutus eſt Angel.in.l.Paulus §. hæres rogatus,colum.j.in fine.ff.de uſur. et Ioann.Mil.in uer. Appellandi tempus,et Franciſ.in dicto cap.dilecto , quæſtione vj. et quæſtio.lviii.de appella.et Marſi.ſing.clij ſuccumbens,in cauſa cum aliis,de quibus per Alex.conſil.lxviii.in cauſa et lite.

14 col.fin.lib.vii.prout conſueuit etiã dici et diſtingui de cauſa attentatorum,uidelicet quòd illa pendente non currant fatalia , ſi modo calumnioſa reperta non fuerint,capitu.quandiu.de appel. in clement.declarant Ab.Feli.et alii in c.ex ratione.de appell.et eſt deciſ.dominorum de Rot.ita formaliter diſtinguens deciſio. cii.fatalia, in no.labitur itaque inſtantia culpa illius qui temere et calumnioſe ſuper nullitatibus pertinaciter diſputare uoluit,ut dixit in ſimili Alexan.poſt multos per eum relatos conſi.xliii. in cauſa.col.iiii.uerſic.eſt iſtud.lib.tertio.

15 Nullitas etiam prædicta ſi fuerint liquida,uel ſaltim de facili, aut in cõtinenti liquidari potuerit,cõſueuit ſtatim perimere, uel ſaltim executionẽ ſuſpẽdere,iuxta ea quæ ponit Bal.in.l.ab executione,col.ii.C.de execu.rei iud.Imol.in clement.i.columna.ii.

cod.tit.late per Barto.et alios in.l.iii.§.condemnatum.ff.de iud. ponit.Alex.conſi.clxxxi.in cauſa.col.ii.lib.vi.et Rot. cclxxx. licet.in no.et diximus ſuprà Nullitas itaque quamprimũ fuerit propoſita,et anteq̃ declaratur, regulariter deuoluit et ſuſpendit.

16 Poſt illius autem declarationem uere et naturaliter perimit, et facit quòd actus qui per eam impugnabatur ſit, et habeatur perinde ac ſi factus non fuiſſet.l.i.§.pen.ff.quod quiſque uniuerſitat.l.i.in fi.cum.l.ſequ.ff.de aut.tut.l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.l. de ætate.§.quot ait prætor.ff.de interrog.actio.c.ii.de trãslatio. prælat.Clemen.j.de immu.eccle.et,l.non dub.C.de legi.c.imperiali.xxv,quæſtione.ii.cum ſimil.in quibus patet paria eſſe,non eſſe,uel eſſe nulliter:ut inquit And.de Yſer.in capitu.i.§. præterea quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi. in uſi. feud. Actus igitur nullus,quando de illius nullitate conſtiterit,nullum de iure præſtabit impedimentum.c.quæ contra ius,et.c. nõ præſtat.

17 de reg.iur.Idcirco etiam quòd de proceſſu ſeu pendentia litis, ac de ſentẽtia in reſcripto pro illius ualiditate, mentio fieri debeat. c.inter monaſterium.de re iudicata,capit.Coram.de offici.deleg. c. inter dilectos. de fide inſtrumento. et ponit Rota. deciſio. cccccclxxiii.dicit.ꝙ ſi aliquis.in antiqu. et Faſtoli cauſ. xxxv. dub.lxiiii.poſt gl.ordinariam in uerbo literas,in capitulo ſuper

18 literis.de reſcript.nihilominus ſi ſententia ac proceſſus uel pendentia litis huiuſmodi fuerint nullæ,etiam quòd de eis nulla ſit facta mentio,reſcriptum ſeu alius actus non dicetur obreptitiũ ſeu ſubreptitium,nec ex eo uitiabitur:ut uoluit Rot.dec.ccclvii. Nota quod attẽtata.in antiq.et Aegid.cõcl.ccxl. in cauſa domi. Roberti,et eſt,glo.ordinaria in cap.in noſtra.in uerb. mẽtionẽ, et in c.ex tenore.in fi.gl.mag.de reſcript. et in cap. ſuggeſtũ, in uerb.Poſterius de iurepa.et in.c.cũ noſtris,in uerb. de facto. de conceſſ.præben ponit Abb.poſt.alios in cap.per ueſtras col.iii. uerſi.Nota bene hoc dictũ de donatio.inter uirũ et uxorem de ciſ.Neap.ccclxvi.in pleno nu.xi.et Alex.cõſi.xlii.col.ii. lib.iiii.

19 Et quamuis gloſſa ſupraſcriptę loquantur de reſcriptis ad beneficia: doctores nihilominus ex doctrina earundem concludunt de actu nullo uel elidibili (exceptione elidente propoſita) neceſſario ꝙ mentio fiat,non requiri:prout loquens de priuilegio nullo uoluit.Dominic.in cap.quoniam.xviii. diſtinctione,

20 ac de unione nulliter facta.idem uoluit Calderi. conſil. xxix. ſub titu.de præben.de noua prouiſione ſeu gratia nulliter facta

tehet

21 tenet Rot. deciſio. clxxix. nota quòd de gratia. in authent. et
22 Roman.conſi.cccclxxxiii. col.i. prout de electione nulla dicit
23 idem Calder.conſi. xiiii. de reſcri. ac de appellatione nulla ſeu deſerta tenuerunt Butri. et Imo. in c.ex parte. de reſcrip. et cap.
24 bonæ, de confirm.util. uel inutil De tranſactione nulla poſuit
25 Soci.in cōſili.cxx.circa prin.col.i.in fine uolu.iiii.prout de compromiſſo nullo concludit Card.in conſi.xciii.Nobiles uiri.uerſic.iiii.obiicitur,cum aliis de quibus per Felin.in cap.ex tenore.col.iii.uerſic.de reſcripto nullo,et in d.c.in noſtra.col.iiii.uerſic.de primis inualidis,de reſcript.et in cap.illud.de præſcrip.et dec.conſil.cxxvi.Diuino.colum.fin.lib.j.

26 Actus itaque nullus nullum operatur poſitiui iuris effectum
27 & propterea dici ſolet quòd citatio nulla non inducit litiſpen-
28 dentiam.ca.fin.ut lit.penden.in Cle.ponit Deciſi.conſi. cccclx.num.xxviij.nec perpetuat iuriſdictionem ſecundum Archi. in cap.non ita.in princip.ij.quæſtio.vj.et Paul. de Caſt. in.l. prima.§.primo.ff.de feri.Minuſque præſcriptionem interrumpit l.
29 ſi pater.C.ne de ſtatu defunc. et ponit Bartol.in l.accuſare.ff.de adulte.et glo.in capi.ut debitus.de appell. Neque malam fidem inducit,quando ex tali actu nulliter geſto quis plene inſtrui nō potuit:ut per Bald.in authenti.Offeratur colum.penul.et in.l pri
30 ma.poſt princi.C.ex delict.defunct. ubi dicit quòd citatio et liti conteſtatio ſi nulliter fiunt,nihil operantur.

Minus tribuit cauſam præſcribendi,quando nullitas præſcribēti erat nota:ut ſentit gloſſ.magna circa mediū.in.c.ſacerdotes.xvi.quæſt.iij. et ponit Bal. in tract.præſc.quæſt.xi.tertie partis principalis poſt Bald.in.l.j.C.de præſc.xxx.uel.xl.anno. et Guido Pap.quæſt.clix.duodecima.qui in caſu ſuo tenet contrariū.

31 Prout nec pacificam poſſeſſionem interrumpit:ut late proſequitur Gomezi.ſuper regula de annali quæſt.xlv.et præmiſſa ponit Felin.in dicto capit.illud,col.ii. &. iii.de præſcrip.et Deciſi.Neapo.cclxvj.in fin.cum ſimil.

32 Prout etiam uidemus,quòd optio ſeu nominatio,uel acceptatio nulliter facta non conſumit gratiam , ſeu poteſtatem iterum acceptandi,optandi, ſeu nominandi:ut eſt tex.in.l.ii.et ibi Barto.ff.de optio.leg.et tenet Rot.deciſ. ccccxxviii. Si habens,in no.et Caſſad.deciſio.ix.in fine.de conceſſ.præben.Rom.conſil.cccxix.aliàs.cccxxix.præſens conſultatio.et Felin. in dicto capitulo ex tenore.in uerb.regular.de reſcript.

33 In actibus etenim extraiudicialibus, et in facto conſiſtentibus per actum nullum poteſtas non expirat. quominus male et nulliter factum poſſit iterum bene fieri: ut per Innoc. et alios in capitulo in literis, ubi Feli. col. iii. uerſicu. vii i. limita. et. c. de offi. delega. et Abb. in capitulo gratum. numer. xvii. de poſtul. prælа. et Baldus in. l. ſi ut proponis. la. i. uerſi. et hæc faciunt. C. quomodo et quand. et in. l. quod quis. prope fin. C. de procuratori. quamuis in ſententiis diffinitiuis ſecus ſit: ut diximus ſupra.

34 Stipulatio ſimiliter nulla non obſtat quominus poſſit iterũ ualide ſtipulari. l. ſi dari ſtipuler. ff. de uerb. oblig. Sicuti electio nulla non obſtat quominus poſſit iterum canonice eligi. capitu.

35 Bonæ. in fin. capitu. congregatio. capi. auditis, de electioni. capitu. conſtitut. de appell. late Feli. in capit. in literis. colum. iii. uerſicu. ſed quod iure. ubi etiam paulo ſupra ponit de ſubſtitutione inualida, quod non conſumit mandatum. extra de offic. deleg. prout nec matrimonium nulliter contractum impedit ſecundũ

36 matrimonium legitimum, neque reliquis actibus impedimento eſt. l. ſicut. §. primo. ff. de oper. lib. capitulo ueniens. et capitu. Cum in apoſtolica. de ſponſalib.

37 Prout nec teſtamentum nullum impedit primum ualidum. l. ij. ff. de iniuſt. rup. § ex eo autem. inſtit. quib. mod. teſta. infir. Super quo tamen uide Alexan. conſilio. ciiii. Paucis libro. ii. et

38 Guid. Pap. quæſt. cc. Eymardus. Item examen teſtium nulliter factum non derogat primis depoſitionibus etiam eorundem teſtium ualide receptis: ut per glo. in capitulo. Cum cauſam, in ultima glo. de teſtibus. et Panor. in capitu. cum in tua. in fin. eod. tit. Nec publicatio dictorum teſtium non rite facta impedit: ut

39 probatur in clem. ii. in princip. et ibi per gl. de teſt. et tenet Rot. deciſio. cccxci. ſi ad inſtantiam. in no. et Roman. ſingul. xxxi. Viſio exempli. poſt Bartolum in. l. fin. ff. quemad. teſtam. aper. et in. l. qui per ſalutẽ in fi. de iureiur. facit quod ponit Guid. Pap. quæſt. cxxiiii. ſi iudex, cum ſeq. et Soci. in ca. fraternitatis. col. x. de teſtam. quem in propoſito refert et ſequi. Hipp. in. l. i. §. cum

40 quis latrones, num. 51. ff. de quæſt. et Cap. deci. xxxv. in fin. nec ſententia nulla impedit teſtes prius publicatos iterũ produci et examinari, ſecundum Rot. dec. xlii. nota quòd ubi teſtes, ubi uide in antiq. et quod ponit Guido Pap. quæ. lxxii. quomodo, prout etiã ſententiæ nulla non obſtat quominus quis uirtute talis ſententiæ rebus ſuis priuatus poſſit ad illas recuperandũ etiam

remedio

remedio ſpolij agere: ut in c.conquerente.de reſtitu.ſpol.ponit Aegid.conclu.cv.autoritas.Abb.in c.ex inſinuatione num.4.de
41 procur.Alex.in l.non uidetur.ff.de acqui.poſ.et in l.iuſte poſſidet.in fi.eod.tit.et conſil.clx.uiſis.ii.col.lib.6.ubi tamen uidetur ſentire contrarium, cum alijs de quib. per Felin.in c. dilecto. el primo.de reſcrip.et c.cum cauſam.in principio.de off.delega.Et Deci.conſ.cxxv.in cauſa ſpoliation.col.i. et fi.et conſ.ccccxlix. col.iij.et Boeri.plura cumulantem in deci.ccxxxviij.col.ii.Item
42 defectus conditionis inualidæ non impedit quominus legatum præſtari debeat,ut.l.Turpia.§.ſi Titiæ,de legat.primo.l. cum ta le.§.arbitratum.ff.de conditi.et demonſt.prout neq; contractus
43 ualidus tollitur aut innouatur per contractum nullũ,aut ſimulatum l.ex precio.C. ſi cer.peta.l.ſi id quod.§.i.ff. de reſcin.uen. & toto titu.C.plus ualere quod agit. Prout etiam ex dicto con tractu nullo (ſi fieret à pupillo,uel eccleſia)nulla poſſeſſio trãſfertur ſecundum communem opinionem doctorum, ut aſſerit Alex.conſi.lxxxi.lecto. col.iiij.in fi.lib.iii.et ponit conſi.lxix. circa.col.iii.lib.v. Neque per ſimilem contractum nullum quis incideret in pœnam puta caducitatis rei emphyteuticę ob illius alienationem nulliter factam,ut tenet Alexand. in conſil.xcix. uiſis in fi.libro.v.Guid.Pap.q.dxc.quidam.et Hippo.in.l.fin.v. et dicit Bald.numero.20.ff.de quæſtio.

44 Videmus etiam quòd ſtante ſtatuto quòd bannitus impune offendi poſſit occidens eum,qui fuerat nulliter bannitus,non excuſabitur quominus puniatur ordinarie, uidelicet ſi taliter occidens habuiſſet notitiam nullitatis huiuſmodi,alias cum diligenter perquirere,et ſe informare antequam ad actum cui naturaliter ineſt dolus deueniret,debuiſſet, tanquam culpabilis iudicantis arbitrio plectendus erit,iuxta communem Theoricam ſcribentium de qua per Alex.in conſi.lxxvii. uiſis col.i.lib.iii.poſt Bar.Bal.et alios in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de cont.tab.et in.l.pen.aliàs ſi.ff.de adult.et Bald.in l. ex morte ad.l.Aquil.docto.maxime Iaſ.in d.l.iiij.§.condemnatum.col.fin.ff. de re iudi. cum aliis,de quibus per Deci.conſi.cccxxvij.quod eſt primum conſilium tertiæ partis.et conſil.ccccxxxii.pio.nu.x.et de quo per Bal.in l.i.C.de pœ.et Saly.in l.cum qui duas.C. de adulte.et idem Bald.in additio.Spec.in tit.de cita.col.4. uerſicu.non ualet citatio.et Alex.conſi.cxiiii.nu.4.lib.i.et conſil.clx.uiſis. lib.vij. Feli.in c.quæ in eccleſiarum col.ii.uerſi.Tertius caſus.de conſti.

poſt Bald.in authen.quæ ſupplicatio.circa fi.c. de precib.im.off. ubi etiam ponit nunquid pendente cauſa ſuper nullitate banni li citum ſit bannitum occidere:de quo uide Bart.in l.iii.§.ſi ſeruus.
45 ff.de acqu.poſſeſ.Statutum etenim,de quo ſupra, & quæuis alia diſpoſitio de actu loquẽs,intelligẽda eſt de ualido ac rite et recte facto:ut trad.Bal. in l.fi.§.in cõputatione.in.fi. C.de iure delib.te net domi.Iaſ.in d.l.iiij.§.condẽnatũ.in primo not.de re iud.et do mi.Alex.dicto conſ.lxxvii.nu.xv.lib.3.et deci.cõſ.ccclx.nu.ii. Cũ aliis,de quibus per Fel.in c.ex tenore.in uerb.reg. de reſcrip.
46 Et propterea dici conſueuit quòd clauſula in priuilegio, uel alias apponi ſolita,uidelicet, Non obſtante quauis conceſſione alteri facta,&c. intelligi debet de cõceſſione inualida & nulliter facta,non autem de ualida: ut per Alex.in conſi.iij.ex his nu.4. et conſi.xxiij.Viſo nu.ij lib.v.et conſi.xxxv. uiſo.col.ij.lib.4 et ponũt moderni in tractatu de beneficio.q.xiij.in.iij.parte et dec. conſi.xxxiij. col.fi.in prin.lib.i.et fuit originale dictum Cõpo ſtellani in ca.cauſam quæ de reſcrip. ut in ſupradictis locis habe tur: et ponit idem Deci.conſi.dlxxx.quæritur circa fin.lib. 4.
48 Videmus etiam quòd quamuis regula ſit quòd appellatione à diffinitiua pendente, nihil innouandum ſit: ut.ff. nil no.app. pend. & ſi ſecus fiat, per remedium attentatorum imprimis & ante omnia reuocari debeat c.non ſolũ. de app.in.vi.Rot.deciſ. clxxxv.ſi pars in no.nihilominus ſi appellatio ex poſt declara retur nulla attentata reuocari non deberent, cũ intelligi debeant de appellatione legitima: ut per Rot.deci.ccclvii.No.quòd at tentata.in antiq.et Aegid.ccxxxix. in cauſa d. Gulielmi. prout nec reuocarentur ipſa appellatione deſerta, ſi modo ex actus de deſertione conſtaret: ut per Rot.deci.i.in no.et per Aegid.deci. cccccxx,Quamuis attentata huiuſmodi per uiam ordinariã nul litatis,ſi non per uiam attentatorum reuocari poſſent,ſecundum Franc.in c.conſi.el.ii.de appell.et c.ſæpe.col.x.eod. titu.et ponit Saruen.in reg.de trien.q.liiij. uel poſſent reuocari ex mero iudi cis officio,ſecundum Rot.deciſio.xiiij.in no.de quo per Aegid. dcxxiij.proceſſus,cum ſequen.appellatio itaq; informis,et nulla
50 in præmiſſis parum,uel nihil releuabit, ſicuti etiam non deuol uet,ut p Rot.deci.ccclxxxv.ſi appelleť,in no. et dicemus infra.
51 Tu audiuiſti etiam, quòd confeſſio tacita, uel expreſſa, quæ nulliter emanauit, ſeu ex actu nullo reſultat, quamuis mentem confitentis declaret, ut in l.legatum ſub conditione.§. fina.ff.de alim.

alim.leg.l.ii.C.de fideicomm.l.in teſtamento,ff. de fideicommiſ.
lib.not.et Bart.in l.fi.ff.de.reb.cor.cum alijs, de quibus per deci.
in conſi.clxxvi. Viſo.col.i.et.cccvii.in fi.lib.iij.et conſil.clxxij.
in cauſa,columna.i.libro.i.Nihilominus cum reperiatur contra
legis prohibitionem emanata,non habetur pro ueritate,ſed pro
erronea reputatur,ſi aliud non interueniat, ut not.Bald.in l.alia.
col.ii.C.de his quib.ut indig.& deciſ.Neap.xxv.in fi. & Alex.
conſi.xxx.ex allegatis,colum.i.lib.vii.& Rot.ut per Caſſad.de
ciſ.v.de iure patro.& facit tex.in c.at ſi clerici. de iud.et l. mater
decedens.ff.de inoffic.teſta.ubi agens ex teſtamento licet uidea-
tur illud fateri ualidum , ſi tamen declaretur nullum non obſta-
bit quominus poſſit etiam agere ab inteſtato . prout iudicauit
Cu.Neapo.ut per eundem aſſli.deciſ.liij. quidam , pro quo facit
etiam quòd licet regulariter quis contra proprium factum ue-
nire prohibeatur,ut notat Bart.in l.poſt mortem.ff. de adopt.&
in l.qui ea mente.ff.de furt.& notatur in c.ſi quis presbyterorũ,
de reb.eccle.non alie.Nihilominus ſi tale factum fuerit nullum,
poteſt illi ad ſui libitum contrauenire.c.Cum laici. & c.fin.et ibi
Abbas de iurepa.& per eundem Abbas in c.noſti.de elect.& in
c.diuerſis fallacijs,in fine,de cle.coniug.cum alijs , de quibus per
Alexand.in conſil.cxxiij.Diſcurſis,columna quarta , libro pri-
mo,et diximus ſupra ſub rub.quis poſſ.dice.de nul.in princip.
53 Et ne in præmiſſis decipiaris,aduertẽdum eſt,quia actus nul-
lus habetur pro inutili,et non facto quatenus præ iudicium ter-
tij concernit,non autem quoad fauorem, et commodum eiuſdẽ
gerentis : quoniam ſi culpa,aut dolus in eo, qui actum nulliter,
& perperam fecerit , deprehendetur , non obſtante quòd actus
quem geſſit non ualeat, punietur,non ex improbitate ſua gau-
deat,uel locupletetur.l.Dolum.C.de peric. & cõmod.rei uend.l.
itaq; fullo.ff.de furt.et. l. nemo ex ſuo delicto.ff. de reg.iur.l.ita
demum,in prin.ff.de arbit.et no.glo.in l.ii,in uerb.tribuimus.ff.
54 de orig.iur.Idcirco prælatus obligans eccleſiam ſuam pro alicu
ius debitis,licet contractus, et obligatio huiuſmodi non teneat,
idẽ tamẽ prælatus puniri debet,ut eſt tex.et ibi Abb.& alij.in c.
quorundam,extra de ſolut.et facit.c.ii.et c.ſi quis presbyterorũ,
de reb.eccle.non alie.ubi etiam uoluerunt doctores,quòd eccle-
ſia non teneatur ad reſtitutionem precij emptori,quũ contractus
uenditionis rei eccleſiaſticæ non ualuit in pœnam contrahentiũ
(ſi modo nõ fuerit probatum precium huiuſmodi in utilitatem

ecclesiæ

eccleſiæ uerſum fuiſſe) quod tenuit Alexand. poſt alios per ipſum relatos, in conſil. iiij. Viſo columna ſecunda, in fin. libro. 3.
55 Prout dicitur de eo, qui iudicem incompetentem adiit: quoniam, et ſi nihil egerit, ex tali tamen aditione quamuis nulla, et inutili puniendus eſt. l. ſecundum, et ibi Bald. C. de donat. capitulo ſi diligenti, de fo. competen. Prout etiam uidemus idem in
56 uendente ędificia ad effectum demoliendi: quia licet contractus irritus ſit, contrahentes nihilominus pœnam ſoluunt, ut l. ſenatus, de contrahenda emptio. et l. fina. de dam. infect. ponit gloſ. et ibi Bal. in l. martyres. C. de ſacroſanct. eccle. Dans etenim cauſam contractui nulli, etiam per dolum, licet contractus non teneat: tamen dolo faciens ex eo conueniri poteſt, quia reſpectu
57 ipſius, ac in eius pœnam reputatur ualidus l. eleganter, et ibi gl. in uerb. nullam. ff. de dolo. facit tex. cum ſua gloſſ. in l. tranſactione. C. de tranſact. et ponit Bart. in l. bona fides ff. de actio. emp.
58 Et propterea ſi unus ex contrahentibus non ſolueret gabellam: & ſi quoad illum contractus eſſet inualidus (caſu quo uigeret ſtatutum de ſoluendo gabellam pro quolibet contractu, alias quòd eſſet nullus) prout de ſimili ſtatuto meminit Bartol. in l. Vniuerſa, in fine. C. de precib. inpe. offe. et in l. cum mulier. ff. ſolut. mat. nihilominus propter culpam ipſius gabellam non ſoluentis ex eodem contractu conueniri poſſet, ne dolus, et culpa propria ſibi patrocinaretur, ut uoluit Bald. in l. fin. C. de peri. et commod. rei uend. et Bar. in d. l. bona fides. ff. de actio. empti. Do
59 lum itaque, aut culpam committens etiam quòd nulliter gerat, uel actus aliqua ratione ſit inualidus, pœnas non euitabit, ut dicimus de eo, qui uiolauit ſequeſtrum appoſitum ſuper fructibus beneficii uigoræ ſententię uullę, quia nihilominus incidit in pœnas. cle. ad compeſcendas, de ſequeſtr. poſſ. et fruct. ut concludit Rot. dx. Nota uerum pœna in antiq. et ſæpius iudicauit Rota, prout refert Saruen. ſuper regula de annali. quæſtione quinta in fine. Sicuti dici conſueuit etiam de clerico in ſacris exiſtente, et
60 matrimonium contrahente, quia et ſi matrimoniũ non teneat, nec effectum ſortiantur, nihilominus ob culpam ipſius pœnam incurrit, ac perdit beneficia, ut uoluit Rot. deci. ciii. nota quòd ubi clericus, in antiq. et ponit Card. in cle. prima, quęſtione. viii. de conſang. et affinita facit text. in. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. infa. In talibus nanque non iuris effectus, ſed animi deſtinatio cogitatur, et hæc pœnam ſuſtinet, ut uoluit tex. in

l. Eum

l.Eum qui duas.C.de adulte. et dicta l. nemo martyres, iuncta glo.C.de ſacroſ.eccle.ſenſit Bart.in l.ubi pactum,prope fi.C. de tranſact.tenet Card.Imo.et Abb. in capit.1.de cle.coniug.tangit Deci.conſi.clxvi.Ego Philippus,ubi tamen conſulit contrariũ, ut ibi per eum.Idem dicimus de condentibus ſtatuta: quia et ſi
61 non habuerint poteſtatem,ac illa non ualuerint, nihilominus ſi animo occupandi iuriſdictionem talia fecerint, incidunt in pœnam.l.Iul.maieſt.l.iii.in fi.ff.ad l.Iul.maieſtatis.et ponit Barto.in l.omnes populi,in.viii.q principalis.ff. de iuſt.et iur.Sicuti ſerua
62 ri uidemus in corrumpente, ſeu falſificante inſtrumentum nullum,quia et ſi talis corruptio,et falſitas non ſit apta alicui nocere: ex quo tamen actus eſt de ſe illicitus,culpa et dolus corrumpentis,ſeu falſificantis punitur: et nullitas non excuſat, quominus ſaltem pœna extraordinaria iudicis arbitrio plectatur, ut ponit Bal.in l.i.C.de ſepulch.uio.et Bart. in l.ſi quis legatum, et in l.i.§.ſi quis in rationibus.ff.ad l.Cornel.de falſ.et idem Barto. in l.quid ergo.§.cum autem.ff.de infamibus, et ponit Angelus, et Auguſti.poſt eum in libro maleficiorum,in.§.falſario,uerſic.
63 quæro quot modis dicatur falſum,et Feli.in c.ex tenore.col.vi. de reſcrip.et hoc modo intellige Alex.in conſi. lxx. Viſo proceſſu,circa fin.lib.i.et latius conſil.cxlv.Viſis lib.vi. per totum,
64 et conſ.lxxiiii.uiſo eo.lib.i.Idẽ dicitur de falſificante literas Papæ,quæ erant nullæ,quia nihilominus punietur: ut per But.Panor.et alios in c.olim,de reſcript.et c.cum ad falſariorum, de crimi.fal.Prout etiam dicitur idem de teſte falſum (quamuis nulliter) deponente, ſecundum Bald.in l.iuſiurandi.C.de teſt.et l.fi. C.ſi ex falſ.inſtrum.

65 Et ponit Feli.in dicto.c.ex tenore,et alii doctores in locis de quibus ſupra. Idem pariter dici conſueuit de iudice, qui nulliter pronuntiauit,et fecit litem ſuam: quia eatenus tenebitur parti læſæ,quatenus ſua intererit: quia pretextu officii publici de facto partem grauauit,ut uoluit Bal. in l.ſi ut proponis, in fin C. quomodo,& quando,et in l.obſeruare.§.proficiſci.q.xii.ff.de officio.proconſ.et conſueuit notari in l.fi.ff.de uari.et extraordin.cogni.et in l.fi.C.de pœn.iudic.qui male iud.eſt deciſi.Rot.ut per Faſtol.dubio.xiiii.cau.iiii. tenet Paris de put. in tract. Sindica. in.§. an ſi ſententia eſt lata. in princip. et ita intellige eundem in præcedenti §.in fi.ubi dixit,quòd quis non tenetur in ſindicatu pro ſententia nulla: Intellige niſi quatenus inter ſit partis: prout

uoluit

uoluit Bar.in quæſtione nona, quæ incipit, Iudex per imperitiam.in ſolutione arg.Et facit tex.in l.i.§.i.ibi, ſed ſi iudex conſtitutiones principum neglexerit, punitur.ff. de falſ. & declarat Ang.in l.filius.ff.de iudi.et Bal.in l.uenales.C. quomodo,quando;et magis clare tenet idem Paris in uerb.corruptio.ibi, Iudex
66 corruptus,&c.eo tract. Vbicunq; igitur lex notat factum tantum,ac ſuper eo ſe fundat: quamuis factum huiuſmodi de iure non conſiſtat, nec ualidum ſit, non euitabitur pœna, quæ non quod nullitas pariat in ſimilibus caſibus aliquem iuris effectum
67 ſed ob dolum,et culpam committentis,iniungitur.Et propterea regulariter concludi poteſt, quòd ex actu ipſo iure nullo nullus oritur poſitiui iuris effectus,ſed pro inutili,ac non facto haben-
68 dus eſt: Ideoq; ſtante ſtatuto quòd de omni contractu gabella ſoluatur: de contractu ipſo iure nullo,et inualido quicquam ſolui non debet: cum ſtatutum intelligi debeat de contractu, per quem ius transferatur,non autem de inutili,ut declarat Bar.in l. unum ex familia,in princ.de leg.ii.et l.cum Titio.ff.ad.l.Falcid. et in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de contra tab.et Bald.in l ii. in fine.C.de eunuch.et in l.non dubium.C.de legibus,et Ang.in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.cum aliis,de quibus per Alexand.in conſil.ciii. columna ſecunda, libro.i.et conſil. xxxvi. uiſo,columna ſecunda,in princip.libro quarto.

Et quoniam ueriores redduntur ſermones noſtri, cum uniuerſalibus cognitis,ad particularia deſcendimus, ut proba.l.i.de iuſt.et iur.et inſtit.eo.in princip.et prima.ff.ſi cer.pet. cum multis ſimil.nam opinamur tunc unumquodque cognoſcere, cum cauſas cognoſcimus primas,et prima principia uſque ad elementa,ut inquit Philoſophus,et ponit Barto.in.l.pupillus,in principio.ff.de acqui.hæred.Ordo igitur fuit à generalibus inchoaſſe, cum ad cognitionem ſpecierum præcedere debeat cognitio generum,ut dixit Bald.in d.l.ff.ſi cer.pet.Idcirco his ita generaliter præcurſis,quæ nullitatis materiam concernebant: reliquum eſt, ut ad particularium cognitionem deueniamus, ac defectus, et nullitates undecunq; prouenientes, de quibus in iudiciis ſæpius dubitari contingit,ſummatim,et concluſiue, eo quo poterimus ordine,pertractemus.

Quoniamque iudex potiſſima pars,duxque,et imperator iudicii exiſtit: ideo,ut de nullitatibus ex defectu poteſtatis iudicātis prouenietibus, p̄mittamus, ex inſtituto ordine neceſſe eſt.

IN

IN RVBR. SEV TIT.

De nullitate ex defectu, &c.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictionis defectus maxima eſt nullitas.*
2 *Iudex eſt potiſsima pars, dusq;, & imperator iudicij.*
3 *Iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habuit.*
4 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis ſtatuto nullitates reijciente non comprehenditur.*
5 *Iuriſdictionis nullitas ſi eſt euidens poteſt à iudice declarari parte non citata.*
6 *Iuriſdictionis nullitas pro defectu inſanabili habetur.*
7 *Iuriſdictionis defectus omnes ob illorum multiplicitate recenſeri non poſſunt.*
8 *Iuriſdictionis ex defectu qualiter proceſſus, & ſententiæ regulariter impugnari conſueuerunt.*
9 *Iudicis poteſtas imprimis eſt quærenda, quia iuriſdictio ſolum reſidet apud principem.*
10 *Iuriſdictio à principe fluit, & ad illum refluit, prout flumina ad mare.*
11 *Præſumitur quòd nullus habeat officium publicum, neque priuatum.*
12 *Iuriſdictio etiam ordinaria non præſumitur, niſi de ea appareat publica ſcriptura.*
13 *Iudex nemo præſumitur.*
14 *Iudicum creatio hodie ad principem ſpectat.*
15 *Iudex quicunque ſaltim à principio oſtendere debet li-*

teras

teras ſuæ poteſtatis.

16 *Iudex delegatius de ſua delegatione etiam in ſcriptis fidem facere debet.*

17 *Cardinali uel alij magno officiali quoad ſuam iuriſdictionem credendum eſt: ſecus quoad alia.*

18 *Iudex qui non eſt, ſi aliquem per ſuam ſententiam diffamaſſet, uel condemnaſſet, debet ipſe eadem pœna puniri.*

19 *Iudices, ſeu terrarum, ac prouinciarum præſides tempore quo officia, uel prouincias ingrediuntur publicant literas illorum poteſtatis.*

20 *Iuriſdictio ordinaria poſtquam fuerit ſemel publicata tanquam notoria in partibus illis non eſt ulterius probanda.*

21 *Iuriſdictio ordinaria ſi negetur, & notoria non ſit, eſt probanda per publicam reputationem, & famam.*

22 *Iudex quòd quis fuerit præſumitur, quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & contrarium aſſerens probare debet.*

23 *Iudicis ordinarij intentio uidetur de iure fundata: ideo non ſufficit negare ipſum iudicem.*

24 *Iudex quòd quis fuerit præſumitur, quando partes habuerint eum pro tali, & coram eo litem conteſtatæ fuerunt, & qui contrarium dicit, probare debet.*

25 *Iuriſdictio ordinaria dicitur quaſi naturalis amica legibus, & fauorabiliter interpretanda.*

26 *Iuriſdictio alicui ſpecialiter data accumulatiue cum ordinario, non priuatiue cenſetur data.*

27 *Iudex, ut ordinarius non ut delegatus in dubio uidetur aſſumptus.*

28 *Iuriſdictio delegata tanquam odioſa ſtricte interpreta-tur, neque pro ea eſt præſumendum.*

29 *Iuriſdictio delegata probari debet per ſcripturã, uel ſi eſt deperdita per teſtes, aut eſt recurrendũ ac delegãtem.*

30 *Iudex ordinarius quouſq; toleratur in officio, ad eius geſta inualidandum nulla iuris uel facti exceptione re-pelli poteſt.*

31 *Iudex ordinarius quis dicatur.*

32 *Iudex ordinarius regulariter de omnibus cauſis ſui terri-torij cognoſcit.*

33 *Iudex ordinarius poteſt eſſe incompetens ratione cauſæ perſonarum, loci, & temporis.*

34 *Iudex pedanæus, uel alius de minimis dicitur incompe-tens in cauſis meri, aut mixti imperij, uel ſummam ſuæ iuriſdictionis excedentibus.*

35 *Sententia quæ eſt indiuiſibilis non ualet etiam quoad par-tem ſub iuriſdictione compreheſam, ſecus ſi diuiſibilis.*

36 *Ciuitates ſingulares in pleriſque locis habent hodie di-ſtincta regimina, prout olim habebunt prouinciæ.*

37 *Ciuitates Lombardiæ per pacem Conſtantiæ conſecutæ ſunt iuriſdictionem in illorum territorio.*

38 *Ciuitates hodie multa ex priuilegio, & permiſsione prin cipis faciunt.*

39 *Ciuitates Italiæ merum imperium ſibi præſcripſerunt, ac pleraque uſurpant.*

40 *Iudices, & magiſtratus terrarum hodie ex illorum ſta-tutis, & conſuetudinibus poteſtatem capiunt, & in cauſis procedunt.*

41 *Iudices ordinarij antiquitus in urbe qui, & quot erant.*

42 *Auditores Rotæ in locum antiquorum iudicum qui ſede-*

bant in aula Lateranenſi ſucceſſerunt.

43 Iudices ordinarij licet olim eodem tempore plures eſſent, in urbe tamen quilibet ſuis partibus fungebatur, & de cauſis ad officium alterius ſpectantibus non cognoſcebant.

44 Iudex unus non debet uſurpare quæ ſunt iuriſdictionis alterius.

45 Iudicis ordinarij geſta ſi ad ſuam iuriſdictionem non pertineant, nihil ualent.

46 Procuratoris Cæſaris poteſtas erat limitata.

47 Iudex criminalium de cauſis ciuilibus principaliter cognoſcere non poteſt incidenter uero poteſt.

48 Iudex ad ciuilia deputatus de cauſis criminalibus, ac meri imperij principaliter non cognoſcit.

49 Iudex ciuilis teſtem coram ſe falſum deponente punire poteſt.

50 Clericus teſtis coram iudice ſeculari falſum deponens, nunquid ab eo poßit puniri.

51 Iudex ex forma ſtatuti, uel alias ad certam ſpeciem cauſarum deputati non cognoſcunt cauſas alterius ſpeciei: etiam ex tacita, uel expreſſa partium prorogatione.

52 Prorogatio non poteſt fieri niſi de cauſa ad cauſam eiuſdem ſpeciei.

53 Iuriſdictio ſi fundatur ratione alicuius qualitatis: qualitas legitime debet in libello deduci: & ſi fuerit negata imprimis ſaltim ſummarie debet probari.

54 Iudex ſecularis ſpirituales cauſas quouiſmodo cognoſcere non poteſt, ſiue ſit criminalis, ſiue ciuilis, ſiue realis, ſiue perſonalis, ſiue poſſeſſoria, ſiue petitoria.

55 Iudex ſecularis procedit in cauſa ciuili coram ſe mota,

donec

donec coram ſe excipiatur, & fiat fides de litiſpendentia coram iudice eccleſiaſtico ſuper aliquo articulo præiudiciali ipſi cauſæ.

Deuolutionem cauſarum quære ſub uerbo (Cauſa.)

56 Iudex non procedit in cauſa ad ſe legitime non deuoluta.

57 Cauſa ciuilis inter laicos ob defectum iudicum ſecularium deuoluitur ad cognitionem eccleſiaſticam.

58 Moſes habuit utrunque gladium.

59 Cauſa feudalis non deuoluitur ad ordinarium, niſi ob negligentiam domini feudi.

60 Cauſa ſuffraganeorum non deuoluitur ad Metropolitanum, niſi per uiam appellationis.

61 Cauſa appellationis à grauamine non deuoluitur ad iudicem ad quem, niſi in euentum legitimæ appellationis.

62 Cauſa de partium conſenſu poteſt deuolui ad iudicē ſuperiorem, quando iuriſdictio eſt prorogabilis, et nō alias.

63 c. ut debitus. loquitur de iudice ordinario ſecundum communem lecturam.

64 Iudex grauaminis ex tacito uel expreſſo partium conſenſu (omiſſo grauamine) in negotio principali procedere poteſt.

65 Cauſa grauaminis commiſſa cum negotio principali eſt conditionalis reſpectu negotij, uidelicet ſi pronunciatum fuerit male proceſſum.

66 Cauſa appellationis ad Romanam curiam interpoſita regulariter non deuoluitur: ſed cognitio eſt in partibus committenda.

67 Cauſæ maiores, beneficiales, ac ſpirituales, de ſui natura de facili ad curiam deuoluuntur.

68 Cauſæ Clericorum ac perſonarum eccleſiaſticarum, ac

laicorum temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſuppoſitorũ de facili ad curiam deuoluuntur.

69 *Cauſæ appellationum à grauamine in curia commiſſæ deuoluunt totum negotium principale, etiam quòd appareret male pronunciatum.*

70 *Cauſa ſemel in curia commiſſa propter appoſitionem manus Papæ non remittitur, niſi ex magna cauſa.*

71 *Cauſa ſemel in palatio commiſſa non extrahitur per rationem de qua hic.*

72 *Cauſa appellationis à grauamine ad Papam interpoſita, & à iudice, uel à parte approbata deuoluit ob huiuſmodi mutuum conſenſum etiam tacitum ut nu. 73.*

74 *Dilatio pro iuribus habendis non datur parti interpellatæ ut compareat cum ſuis iuribus.*

75 *Cauſa deuoluitur etiam quòd appellatio fuerit nulla & nulliter interpoſita, ſi modo fuerit à iudice uel à parte comprobata.*

76 *Appellationis cauſa commiſſa, ſi de appellatione nõ conſtat, iudici non competit iuriſdictio, & ſatis erit conſtare per confeßionem appellati.*

77 *Cauſa appellationis à diffinitiua interpoſita ad Papam totum deuoluit.*

78 *Termini præfixio non operatur deuolutionem cauſæ, licet habeat uim peremptorij.*

79 *Appellatio ea diffinitiua etiam quòd eſſet nulla ex ſui natura ſuſpendit, deuoluit & citat.*

80 *Cauſam eſſe deuolutam in dubio iudicandum eſt.*

81 *Cauſa eſt ſpeciali mandato Papæ in curiæ commiſſa dicitur deuoluta.*

82 *Procurator conſtitutus ad cauſam quatenus ſit deuoluta,*

cauſam

cauſam de ſpeciali mãdato cõmiſſam defendere tenetur.

83 Cauſæ in Rom.cu.committi ſolitæ quæ ſint.

84 Cauſa cenſetur ad curiam deuoluta, quando partes in ea ſunt præſentes.

85 Ius reuocandi domum nõ competit præſentibus in curia.

86 Appellatio non eeuoluit, niſi id quod in iudicio pendere reperitur, et ſic non deuoluit petitorium ſuſpenſum.

87 Deuoluto poſſeſſorio quando cenſeatur etiam petitoriũ deuolutum.

88 Appellatio ſiue bona, ſiue mala quoad appellantem deuo luit, & citat: adeo quòd ſi in termino nõ comparuerit, poteſt per audientiam contradictarum contra eum pro cedi, dummodo ſit acceptata à iudice uel à parte.

89 Appellatio ut deuoluat reſpectu appellati ſi illi nõ detu lit, eſſe debet legitima & legitime intimata prout hic.

90 Appellatio ut deuoluat in qualibet cauſa ubi, et qualiter in Rom.cur.ſit repræſentanda.

91 Appellationis cauſa ad curiam legitime deuoluta contra appellatum proceditur per audientiam etiam ad expe ditionem negotij principalis prout hic.

92 Appellatione interpoſita ad Papam ſi interim Papa mori tur, deuoluit ad ſucceſſorem, & etiam ſede uacante eſt comparendum.

93 Cauſa propria quomodo intelligatur.

94 Cauſa in propria nemo ſententiam dicere poteſt, & ſi dixerit, eſt nulla.

95 Verbum (non debet) honeſtatem non neceßitatem im portat.

96 Fratres minores an poßint eſſe executores teſtamenta rij & arbitri.

97 *Sententia in cauſa ſuorum prolata ualet.*

98 *Cauſæ cognitioni ſedis Apoſtolicæ reſeruatæ.*

99 *Iudex nullus ſe intromittit in cauſis ſedi apoſtolicæ reſeruatis.*

100 *Sententia contra perſonam alterius territorij, & nullo modo ſuppoſitam lata non tenet.*

101 *Iudex ſecularis inter clericos regulariter iudicare non poteſt, cũ iure diuino ſint exempti, fallit in pluribus.*

102 *Iudex ad certum genus hominum deputatus inter alios non iudicabit.*

103 *Auditor cameræ apoſtolicæ antiquitus ſolummodo habebat poteſtatem in curiales.*

104 *Illuſtres perſonæ ratione præcedẽtis adminiſtrationis coram principe uel eius delegato conueniendæ ſunt.*

105 *Legati & alij in aliena ciuitate publico munere fungentes non ſunt iudici illius loci ſuppoſiti, ſi allegant priuilegium.*

106 *Sententia contra defunctum uel pro eo lata eſt nulla.*

107 *Iudex extra territorium exiſtens habetur pro priuato.*

108 *Idem ſi foret in territorio, ſed in loco exempto.*

109 *Iudex ſecularis in eccleſia in territorio ſuo exiſtens iudicium exercens, non ualet quod agit, ſecus de iudice eccleſiaſtico.*

110 *Iudex extra locum ubi ius reddi conſueuit ius dicens nuliter agit.*

111 *Iudex ordinarius non habens locum deſtinatum ad ius reddendum poteſt illum deputare in qualibet parte ſui territorij.*

112 *Iudex finito tempore ſui magiſtratus ſententiam dicere non poteſt.*

113 *Iudex ſeu rector alicuius prouinciæ per duos dies, antequam ſucceſſor ueniat, et ipſe certificetur, etiamſi elapſum fuerit tempus ſui magiſtratus, ius dicere poterit.*

114 *Iudex quicunque ſemel ualide in cauſa diffinitiua pronuncians deſinit eſſe iudex, & ulterius quicquam facere non poteſt. fallit prout hic.*

115 *Inſtantia perempta perimit acta litis ordinatoria: ideo ſi fertur ſententia eſt nulla.*

116 *Appellatione deſerta inſtantia, perimitur: & ſententia tunc ſuper negotio principali lata eſt nulla.*

117 *Inſtantia ne deſeratur, debent exhiberi acta, & interpellari iudex pro expeditione cauſæ: alias iudex non præſumeretur negligens.*

118 *Iudex delegatus cui à ſtatuto uel alias præfigitur certa inſtantia: illa elapſa indiſtincte deſinit eſſe iudex.*

119 *Iudex ordinarius an & quando extra tempus inſtantiæ poterit ualide pronunciare.*

120 *Inſtantiæ & ipſi cauſæ in dubio tempus eſſe præfixum intelligitur.*

121 *Verbum (non poſſit) tollit omnem potentiam.*

122 *Verbum legis ſimpliciter prohibitorium facit actum in contrarium factum eſſe nullum: ſi lex ulterius non procedat, puta pœnam imponendo. 123.*

124 *actus contra legem pœnalem factus non eſt nullus.*

125 *Inſtantia perempta iudex debet ex ſe ſuperſedere.*

126 *Inſtantia. l. properandum non procedit de iure canonico, ſecundum quod cauſa quandocunque cognoſci & terminari poteſt.*

127 *Inſtantia perempta iudex poteſt declarare ſe non iu-*

dicem uel inſtantiam peremptam,& alias prout hic.

128 Iuriſdictione à iure uel ab homine ſuſpenſa, ſi quid ſit, non ualet.

129 Feriarum tempore iuriſdictio ſeu exercitium ſuſpenditur: & propterea ſi quid ſit non ualet.

130 Feriæ repentinæ uel alias à principe ob publicam cauſam indictæ adæquantur ferijs ad honorem Dei.

131 Feriarum diuinarum tempore non modo ſententia ferri, quinimo nec exequi poteſt.

132 Noctis tempore ſententia ferri non debet: & ſi feratur, non ualet, prout hic.

133 Sententia lata tempore quo iudex naturaliter ſiue accidentaliter patiebatur aliquem defectum iuriſdictionis impeditiuum non ualet.

134 Iudex cur eſſe non posſit infans, mutus, ſurdus, mente captus: et quare ſecus ſit in cæco, & alijs in ſenſu olfactus, guſtus, & tactus defectum patientibus.

135 Iudex alius eſt ſurrogandus, quãdo primus diuturno impedimento detentus eſt.

136 Impedimentum proueniens ab ipſo iudice nullam coram eo requirit probationem.

137 Excommunicatus iudex eſſe non poteſt, ſi de hoc conſtet.

138 Iudex inferior præſente maiore magiſtratu ſententiam dicere non poteſt, & quando.

139 Petitorium ſi fuerit ſuſpenſum, iudex ſuper eo procedere non poteſt.

140 Iudex ut ſuſpectus legitime recuſatus ulterius procedere non poteſt: & ſi ſecus ſit, proceſſus eſt nullus.

141 Iudex à quo ex cauſa probabili fuit appellatum ulterius procedere non poteſt, quia ſuſpenſa eſt iuriſdictio.

142 Ap-

141 *Appellatio ſi eſt nulla nullum operatur effectum: ſi fruſtratoria, iudex apoſtolos concedere debet, ſi fuerint petiti alias proceſſus eſſet nullus.*

143 Relatione *alicuius cauſæ principi facta, iuriſdictio referentis ſuſpenditur, & eo interim nil fieri poteſt.*

144 *Cauſa in totum principi remiſſa, poſtquam illi fuerit præſentata, tollit omnem poteſtatem iudici remittendi.*

145 *Conſultatione pendente nihil eſt innouandum: quia per eam ſuſpenditur iuriſdictio.*

146 *Sententia an & quando poßit eſſe nulla ob defectnm cõſilij ſapientis: de quo uide hic plene.*

147 Iudex *de iure communi non cogitur ab aliquo petere cõſilium, quinimo uitium reputatur.*

148 *Aſſeſſorem uel conſultorem capere, uel non remittitur conſcientiæ iudicantis.*

149 *Conſilium ſapientis non eſt concedendum in caſu clarò.*

150 *Auditores* Rotæ *in cauſis claris abſque conſilio & uoto coauditorum pronunciant.*

151 *Conſilio ſapientis cauſa remiſſa quando eo minime expectato iudex cauſam poßit expedire.*

152 *Conſilium ſapientis an & quando iudex ſequi debeat in ſententia: uide hic, etiam ſi ſuper hoc uigerent ſtatuta: & ſi non ſequitur, quando ſit nulla.*

153 *Conſilij ſolennitas ſi requiritur probari debet, quia non præſumatur.*

154 *Conſilium ſapientis debet a iudice ante ſententiam aperiri & legi.*

155 *Conſilio nondum exhibito, ſi iudex pronunciauerit prout in eo, ſententia non ualet.*

I 5 156 Conſilium

156 *Conſilium iuxta quod fuit pronunciatũ ſi reperitur per plexum, aut dubium reddit ſententiam nullam.*

157 *Dilatione pendente ſcientia ferri non debet: uide hic.*

158 *Termino iuris, uel ab homine conceſſo, durante manus iudicis cenſentur ligatæ.*

159 *Termino ad dandum uel recipiendum Apoſtolos pendente, ſi quid fit non ualet.*

160 *Termino non includitur nec computatur dies termini.*

161 *Impeditus iuſto aliquo impedimento puta infirmitatis, carceris, uel ſimiliũ: ſi corã iudice fuerit excuſatus, & ablata fides de impedimento, condemnari non poteſt.*

162 *Præuentus à ſuperiore non debet ab inferiore iudice in eadem cauſa moleſtari.*

163 *Litiſpendentia coram alio opponi & probari, & quandoque iudici ſecundo inhiberi debet.*

164 *Iudicibus duobus eodem tempore in eadem cauſa eundẽ citãtibus, coram quo uelit citatus comparere poteſt.*

165 *Citatus ad locum non tutum, puta ob inimicitias capitales, ſeu hoſtium incurſus, etiam quòd offerretur ſaluus conductus, uel ob peſtem ſi non comparuerit, excuſandus eſt.*

166 *Impedimenta ſi notoria ſunt non indigent probatione, alias debent allegari, & probari prout hic.*

167 *Iudex ignorans fundamentum iuriſdictionis ſuæ non poteſt ualide quicquam facere.*

168 *Iudex probabiliter credens ſe iudicem, facit proceſſum ualidum.*

169 *Iudex circa poteſtatem ſuam principalem dubitans, facit proceſſum nullum.*

170 *Iudex errans circa eius poteſtatem, ut ſi eſt delegatus*

pronunciat

pronunciat tanquam ordinarius, uel econtra, facit proceſſum nullum.

171 *Iudex duplici puta ordinaria & delegata iuriſdictione fungens, non cogitur alteram eligere.*

172 *Iudex in dubio cenſetur procedere eo meliori modo quo poteſt, ad effectum quod actus ualeat.*

173 *Arbiter & Arbitrator ſimul ſimpliciter procedens ut arbiter proceſsiſſe intelligitur.*

174 *Clauſula (Omni meliori modo &c.) multum operatur quo ad actus ualiditatem.*

175 *Iudices ſi ſint plures, quando cenſeantur inſolidum dati, & quando non.*

176 *Sententia lata ab uno ex pluribus iudicibus non inſolidũ datis, regulariter non ualet.*

177 *Iudices ordinarij ſi fuerint plures, unus ſine alio procedere poterit: & erit locus præuentioni: uel ſi omnes incœperint ſimul procedere, inſimul etiam cauſam debẽt terminare.*

178 *Iudex datus ad uniuerſitatem cauſarum fungitur uice ordinarij.*

179 *Iudicibus pluribus delegatis con clauſula (uos aut unus ueſtrum. &c.) quilibet cenſetur Iudex inſolidum, & præfertur qui præuenit.*

180 *Idem ſi eſſet adiecta clauſula (Si unus intereſſe nequeat alter exequatur.*

181 *Clauſula ſi intereſſe non poteſt, intelligitur ſi nec per ſe, nec per alium.*

182 *Iudices ſi fuerint plures, omnes debent eſſe ſimul tempore quo fertur ſententia: & omnes pronuntiare: nec ſufficit quod unus nomine alterius abſentis*

pronunciet,

pronunciet,etiam ſi abſens ex poſt ratificaſſet.

183 *Iudices ſi fuerint plures non inſolidum dati inhabilitas unius uitiat omnium ſententiam: ſecus ſi inſolidum.*

184 *Iudex alium ſibi aſſocians,an & quando ratione ineptæ ſocietatis faciat proceſſum nullum.*

185 *Actus qui fiunt per plures ut uniuerſos, ut per capitulum,collegium, & ſimilia ratione inhabilium, qui interuenerunt non uitiatur.*

186 *Iudices ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue arbitri, ſi plures ſint & diſcordent, qualiter & quando illorum ſententia teneat.*

De nullitate ex defectu iuriſdictionis,& unde ac quibus modis proueniat tam in iudice ordinario quàm delegato.

1 DEFECTVS iuriſdictionis maximus eſt,
utpote ab ipſa cauſa efficiente proueniens,iu
2 dex nanque (ut diximus) potisſima pars,
& baſis,ac fundamentum, Duxque et Impe
rator iudicij uocatur,ut per Bald.in rub.C.ſi
3 à non comp.iudic. Vnde iudicatum dici non
poteſt ab eo, qui ius dicēdi non habuit.l.i.§.
fin.ff.Ad Tertullian.l i.§.hæc autem uerba.ff.quod quiſquis iu
ris l.ii.in fin.ff.de pœnis, et nullitas huiuſmodi ſtatuto, uel ſub
4 alia diſpoſitione nullitates reiiciente non comprehenditur,ut ſen
tit gl.fin.in cle.unica.de ſequeſt.poſſesſio.et fruct.et ponit Ang.
l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.Fel.in c.ex parte.el ſecundo. in ſe
ptima fallen.de off.deleg.et in rub.de foro competen.uerſic. Ter
tium fundamentum &c.et in c.paſtoralis.uerſ.amplia etiam &c.
de exceptio.et illa gl.in hoc eſt magis communiter approbata,
ut inquit Alexan.in conſi.lxxix.in cauſa et lite &c.in fi.lib,vij.
5 Et ſi nullitas iſta ex actis euidens ſit,iudex eam,etiam abſen
te parte et non uocata,reuocare poteſt ſecundum gloſſ.fin.prout

ibi

ibi declarat Dominicus in c.tua.per illum tex.de officio uicarij. et ponit.Ab.in c.cauſam quæ.in tertio notab.de reſcrip.et Aegi di.cōcl.ccvii.Auditor,circa fi.et Fel.in c.cū oli.col.vii.de re iud.

6 Conſueuit etiam reputari irreparabilis & inſanabilis defectus ſecundum Modernos,in tractatu de lit.grat.et inſti.folio.cxlv. et d.Seruen.in compend.ſuper regu.de non iud.&c.fol.clxxxv. prima facie.et propterea ab ea ualde præcauendum erit.

7 Et quamuis nullitas ob defectum poteſtatis iudicantis ex ua rijs poſſit cauſis deſcendere,ideoque in genera diuidi facile non poſſit,ut inquit in ſimili iureconſultus,in l.cognitionum nume rus,in princip.ff.de uari.et extraordi. cognitio. Omnes etenim articuli ob uarietatem et caſuum multiplicitatem ſingulatim re‑ cenſeri non poſſunt.l.neque leges.l.non poſſunt.ff.de legib.l.ſed & ſi.uerſicul.multi enim caſus &c.ff. ex quibus cauſis maiores. quoniam omnium habere memoriam potius diuinitatis quàm humanitatis eſt l.ii.§.ſi quid autem.C.de ueter.iur.enucle.l.pere‑ gre.in princip.ff.de acqui.poſſ.Aliqua tñ magis regularia et uſu quotidiana,pro aliquali iuuenū excitatione, eo quo poterimus ordine ponemus.

8 Dico igitur imprimis quod proceſſus & ſentētiæ ex defectu iſto impugnari conſueuerunt ex eo,quòd nullibi,de poteſtate iu dicantis apparet.Secundo ſi apparuerit,& ius dicens fuerit ordi‑ narius, ſæpenumero geſta illius impugnantur ſub prætextu, quòd fuerit iudex incompetens,ratione cauſæ, aut ipſorum liti‑ gatorum,uel loci,ſeu temporis,aut culpa eiuſdem, qui ius dixit, uel ex defectu ipſiuſmet iuriſdictionis. Sed ſi fuerit iudex dele‑ gatus,poteſtas et iuriſdictio ſua reprobari (ut plurimum) con‑ ſueuit ratione delegantis,delegati,cauſæ,litigatorum,loci tempo ris,ac formæ ipſius delegationis,de quibus omnibus aliquid per ordinem dicendum eſt.

9 Siue ergo is qui ius dixit proceſſerit ut ordinarius, ſiue uti delegatus, ante omnia de poteſtate, qua in iudicando uſus eſt quæri et dubitari ſolet,quia naturaliter omnis iuriſdictio et pu‑
10 blica poteſtas penes Papam & Cæſarem duntaxat reſident,ipſi nanque ſunt ueluti fontes, à quibus poteſtas huiuſmodi fluit, & refluit,prout flumina ad mare,ab eis nanque per reſcripta, et cō‑ ceſſiones fluit,& ad eoſdem per appellationes,nullitates,et que‑ relas eadem iuriſdictio refluit,ut inquit Bal.in c.unico.§.ad hæc col.ii.uerſi.nota hic quòd omnis &c.& col.v.uerſi. ex præmiſ‑

fis

ſis ergo.de pace iura.firman.in uſibus feudorum.Et ponit Alexand.conſi.xxiiii.Ponderatis in princip.lib.v.& facit textus in c.i.xxii.diſtinctio.& quod ponit idem Bal.per illum textum,in c.i.in prin.in tit.quæ dica.dux,March.ubi dicit quòd omnes dignitates tam ſpirituales quam temporales ab ipſo Papa & Imperatore reſpectiue proueniunt. Et ponit Decius conſil.dlxxiij. in caſu.in princip. lib.iiij. Iudicare igitur publicum munus eſt.l. quippe.ff.de iud.& l.fi.§.iudicandi.ff.de uar.cognitionibus. Habere autem publicum,uel priuatum munus,aut officium, nemo præſumitur,ut inquit Bal.in.l.i.poſt prin.C. de rebus alienis nõ alienam.et in l.i.col,iii.in.vi.quæſtione.C.de teſtam.ordin.quia ſunt facti,& in facto conſiſtunt.l. conſi.§.fi.ff. de curato.furio.l. in bello.§.factę.ff.de capti.& poſt li.reuerſis.cum alijs de quibus ad propoſitum (loquens de mandato non præſumendo) per de
11 ci.conſi.cccexxxvi.quæritur.col.i.lib.iii.& conſi.dclxxij. quæritur.nu.3.lib.v. propterea dicebat idem Bald. quòd iuriſdictio etiam ordinaria,nunquã præſumitur neque cenſetur collata, niſi
12 inde appareat publica ſcriptura,ut per eum in.l.prohibitum.col. iij.uerſic.iij.C.de iur.fiſc.cuius dictum pronotab.refert & ſequitur Iaſ.in l.more.maiorum.col.viij.uerſicu.item aduerte.ff.de iuriſd.omnium iudicum.& idem uoluit idem Bal. in d.c.unico.§. ad hæc.uerſi. quæro nunquid poſſit probari &c.de pace iuram. firmand.& ſentit Alexand.in conſil.cvij.uideretur. in principio iuncto uerſic.ad allegata &c.lib.vij.declarat Paris de put.in tractat.de ſyndicat.in.§.an officialis.per totum.& in uerſ.ſucceſſor
13 in officio &c.Nullus igitur præſumendus eſt iudex,inquit Bald. in l.ſecunda col.xij.uerſic.ſed his obiicitur.C.de ſeruitut. & aqu. quoniam iuriſdictio eſt qualitas quædam accidentalis,quæ naturaliter homini non ineſt,ſed ita competit uni,ut non alteri,propterea neceſſario probanda eſt per doctores. glo. in uer.ſciẽtiæ, in capit.ſi forte.de elect.in.vi.ponit Abb. in.c.poſtquàm.col.fi. de elect.& Deci.conſi.dxxij.in cauſa.col.fin.lib.iiij.

14 Creatio itaque iudicum & magiſtratuum hodie ad curam principis ſpectat l.i.in princip.ff.ad l.Iul.de Ambitu.c.iudicibus ſecunda quæſtione.vj.ibi,ordinarij iudices ſunt,qui ab Apoſtolico ut eccleſiaſtici,& ab Imperatore, ut ſeculares legitimam poteſtatem accipiunt,latius ponit deciſ. Neap. ut per Capic.deciſi. cxxx.primum.numero.26.cum ſeq.

15 Ideoque uterque ipſorum (ſaltim à principio) literas illorum poteſtatis,

poteſtatis,& collationis, ſeu inueſtituræ oſtendere debet, ut de eccleſiaſticis extat conſtitutio extrauag. quæ incipit iniunctæ. ſub tit.de electio.et de ſecularib.facit tex.in c.i.quis dicatur dux, Marchio.in uſibus feud.& cap.fundamenta.uerſicul. Marchio. ubi glo.in uerbo literas.de elect.in.vi.

16 Et de iudice delegato,nulli eſt dubium,quin fidem de poteſtate ſua facere debeat, cum aſſerenti cum mandatis principis ueniſſe,credendum non ſit,niſi hoc ſcriptis probauerit, prout nec dicenti ſe delegatum ſedis Apoſtolicæ credetur, niſi de mandato Apoſtolico fide doceat oculata, ut probantur iſta in l.unica.C. de mandat.princip. capitulo finali.xcvij. diſtin. capitulo cum in iure peritus.ubi Innocen.& latiſſime ſcribentes, de offi.deleg.§. eos autem.in authentic.de colla.& ibi Bar.& idem in l.legato.ff. de legatio. & habentur formaliter in dicta extrauag. iniunctæ. & ponit Alexand.conſilio ſexto,ponderatis,columna ſecunda, in principio, libro quarto, & Decius in conſilio.ccxiiij.diuino. columna ſecunda,uerſicu. ad tertium,libro ſecundo.Guid.Pap. quæſt.cccxxij.non creditur.

17 Quamuis ſi is qui iudicauit,eſſet magnus officialis, ac in alta dignitate, puta Cardinalatus conſtitutus, ſibi ob præeminentiam dignitatis circa iuriſdictionem ſuam crederetur, dicto capitulo finali.xcvij.diſtinctio.quem text.ita declarat Rot.deciſ. dccxiiii. Nota quòd non creditur aſſertioni. & facit alia deciſio. clxxvi.nota quòd legatus. in antiqu.& textus in capi. Romanorum.xci.diſtinctio.tenet Innocen.in cap.olim.de priuil.ſequitur Lanfranc.in cap.quoniam contra in.§.teſtium depoſitiones. uerſic.ulterius dubitatur.nume.75.de probat.tenet Alex.conſil. xcij.perſpectis.col.ij.in fi.lib.vj ubi aſſerit quòd curia ita ſeruat. In reliquis autem,præter iuriſdictionem,quoad tertij præiudicium,etiam ſi Cardinalis eſſet,non crederetur, ut no.glo.in.cap. Sicut.in fin.in uer.alio modo.de ſenten.excommu. quem ſequitur Panor.& Feli.in c.ad eminentiam.uerſi.limitationes cod.titol.& idem Abb.in c.cum à nobis.in princip.ibi,nota pulchrũ. quòd excepto Papa nemini creditur in præiudicium tertij.de teſti.Idem ſentit Aegi.concl.dcxxviij.cum ſeq.& clxxxiij. Aſſertioni.& dec.dcxxxvi.ſuppoſito ia fi.ſaluo Ro.cu.ſtylo,de quo per eundẽ in d.deci. dcxxviij.& per Alex.in loco de quo ſupra.

18 Debet itaque imprimis de iudicantis iuriſdictione conſtare, alias ſi iudex cũ non eſſet,aliquem in iudicio capitali, uel actione

ne

ne famoſa,condemnaſſet,prout ſi priuatus illum interfeciſſet,uel diffamaſſet,plectendus eſſet,ut uoluit Bal.in l.i.col.iii.uerſicu.caueat tamen iudex.C.ſi à non comp.iud.et in terminis ponit Aegid.concluſi.clxix.ſi ille.ultra quod ſi dolo malo feciſſet, etiam pœnam criminis læſæ maieſtatis,quaſi iuriſdictionem principis uſurpans,incurreret.l.iii.in fi.ff.ad l.Iul.maieſta.& tenet Bar.in l. omnes populi.viii.quæſt.pen.principalis quæſtiọnis. de iuſt. & iur.& Bald.in l.data opera.col.iii.C.qui acqui.non poſſ. declarat Capic.dicta deciſi.cxxx.in.iii.dubio.

19 Idcirco terrarum ac prouinciarum præſides & rectores, tpe quo prima uice prouincias ingrediuntur,& magiſtratus ſubeũt, prouincialibus literas poteſtatis eorum in locis publicis & conſuetis publicare & debent & conſueuerunt,ut inquit Specu.in titu.de lega.§.ſupereſt uerſic.& propter hoc Apoſtolicæ ſedis legati,& Ioan.And.§.fi.columna.vij.in uerb.liquet.eod.tit.& per Bart.in l.probatorio.C.de diuerſ. offic.lib.xij. & l.prohibitum. C.de iur.fiſ.& in.§.eos.in auth.de collatoribus.

20 Poſtquam uero poteſtas huiuſmodi ordinaria fuerit ſemel publice notificata,tanquam in eadem curia ſeu prouincia notoria ſit,ulterius eam probare non oportebat,cum omnibus ſit nota & manifeſta,ita intelligitur Bal.in l.i.ĩ fi.C.qui & aduer.quos. & in l.ea quidem.col.iii.uerſi.Notorium.uero facti.C. de accuſ. & l.ii.col.xi.C.de ſeruit.& aq. & in.l.ſi quis per calumniã.uerſi. deinde quæro.C.de epiſc. & cle.dum uult quòd non ſit opus de iuriſdictione ordinaria fidem facere. & idem tenet Bartol.in l.ii. circa finẽ repeti.ff.ſi quis in ius uoc.non ierit.alleg.text.ĩ l.ſed& fi.§.pſcribere.ff.de inſti.& Guid.Pap.q.cclix. Si ĩ ciuitate.ĩ pri.

21 In aliena uero prouincia ſeu loco,aut tribunali, in quibus iuriſdictio huiuſmodi non fuerit facta notoria, ſi de ea non conſtiterit,& a parte negetur,ſaltim per cõmunem opinionẽ, ac reputationem & famam probanda erit,ſecundum Bar.conſi.lxxxii. Punctus quòd.& Spec.in tit. de iud.deleg.§.excipi.uerſic. item quia dixit ſe.&c.& ſentit Bart.in ſimili loquendo de nuntio, in extrauag.ad reprimendum.in uerb.nuntium. ponit Fel.in c.exceptionem.nu.37.de except.in terminis tenet Rot. deciſ.xlvii. ualent acta.in no.&.ccccxlix.ualent.in antiq.

22 Vel ſi ſententia fuiſſet lata contra præſentem & non reclamãtem,ob authoritatem rei iudic.& partis tacitum conſenſum pro huiuſmodi ordinaria iuriſdictione præſumeretur,ac contrarium

aſſerenti,

aſſerenti,uidelicet illum qui proceſſit,non fuiſſe iudicē,incumberet onus probandi,iuxta doctrinam Innoc.cōmuniter approbatā in.d.c.cū in iure.de offi.deleg.& in.c. innotuit. de eo qui furt. ord.ſuſce.&.c.nihil eſt.de elect.Abb.in c.ſicuti.in prin.col.fi.de re iud.Aegi.cōcl.lxxxix.Sentētia.Rota deciſ.ccci.Si petatur.& cccxxvii.(quæ hoc mō intelligatur)in no.Deci.cōſ.xlij. col.v. lib.j.Caſſad.deciſ.j.de præſump.ubi atteſtatur Inn in hoc cōmuniter approbari,& idē atteſtatur Alex.conſ.xxii.lib.ii.& Felin. in c.quoniā contra.col.xv.uerſic.iiij concl.de probat.

23 Idem eſſet etiam(ſecundum aliquos) ſi his per ipſas partes coram hmōi iudice fuiſſet cōteſtata, quoniā expoſt aſſerēti eū non iudicē,nō creditur,niſi probet,ſecundū Inn.in d.c. innotuit. quē ſequitur Bald.dicens ita tenendū,in.l.geſta.col.pen.uerſi. quæro nunquid.C.de re iud.&.l.licet.col.iii.C.de procur.Nā quē ſemel pro tali approbaui, nō uideor amplius reprobare poſſe.c.quod ſemel extra de re,iur.l.ſi proprias.§.i.& ibi Bal.ff.de pet.hær.

24 Et præmiſſa procedunt in iudice ordinario, quia ex quo de iure fundata eſt intentio iudicis,negatio ex aduerſo facta iuriſdictionem dubiā non facit ſi exceptio eam negātis non fuerit le

25 gitime probata, ſecundū Rot,cccxxvii.Si cōtra potentē.in no. quia cū iuriſdictio huiuſmodi ſit quaſi naturalis,& legibus, ac ſacris uallata Canonibus,pro ea fauorabiliter præſumitur,ut uoluit gl.in.c.i.in glo.magna.& c.diſpendia.de reſcrip.in.vi &.c.ſi contra unū,in uerb.Epiſcopi.de offi.deleg.eo. li. ponit Hoſt. in ſumma.de reſcrip.§.cui præiudicet.col.iii.de offi.deleg.§.quæ iuriſdictio.et Rot.deciſi. xxiiii.nota quòd proceſſus.in antiq. & præmiſſ,tenet Guid.Pap.quæſt.cccxxii.nō auditur,& facit tex. in c.i.§.ex parte.de cōceſ.præbē.li.vi,&.c.pro hoc.de hæret.eo. lib.&.l.ſtudentibus.C.de offi. præf. urb. dū in eiſdem probatur

26 quod in dubio præſumendū eſt,quod iuriſdictio alicui ſpecialiter data,cenſeatur data accumulatiue,& non priuatiue ad iuriſdictionem ordinariam,quia illi fauendū eſt,& ſi concurrunt præferri debet ordinaria,ut ponunt doctores maxime Abb. & Fel. in.c.cæterū.in.ij.col.de iud.& firmat idem Deci.conſi.iii.colu.ii. lib.i.de quo latius quàm alibi poſuit idē Feli.in c.paſtoralis, ubi ponit hoc pro regula,quā tamē octo modis limitat,extra de offi.ord.poſt Alex.in.l.Titæ textores.ff.de leg.i.& And.Sic.in c. ſtuduiſti,de offi.leg.refert idē Dec.cōſi.dclxiiii.uiſo,in fi.lib.v.

27 Præterea,ex eadem ratione, quis ut iudex ordinarius, non

ut delegatus à partibus in dubio aſſumptus præſumitur,ex quo firmiora reputãtur,quę iure cõi agũtur q̃ quæ iure ſpeciali.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſta.mi.prout concludit.Alex.cõſ. lv.quoniã.col.ii.in prin.lib.v.et cõſi.xvii.uiſo,col.pe.in fi.li.iiii.

28 Secus autem dicendum foret de iurisdictione delegata, nam cum ipſa quaſi ordinariæ derogans,odioſa, & ſtricte intelligenda ſit pro ea non præſumitur, niſi quatenus conſtet, ut dicunt ſcribentes in locis præmiſsis,& gl.pen.in cle.fina. de offic. ord. & Lap.alleg.lv.in.ii.colu.circa fin. igitur de ea conueniet formiter & legitime docere exhibendo mandatũ in probanti for-
29 ma,ut in d.c.cum in iure.ubi glo.& ſcrib.omnes,de offic.deleg. & d.l.unica.C.de manda.in princ.cum aliis,de quibus per Alex. conſ.xvii.uide retur.lib.vii.& conſi.cc.in fi.lib.ii.cũ ſimil.

Vel ſi ſemel illud foret exhibitũ,ac parte uocata regiſtratum, & poſtmodũ deperditũ.poſſet ꝑ teſtes deponẽtes ſuper tenore illius,& amisſione probari.ſec.gl.in uerb.reprehenſionẽ,in c.cum olim ꝑ illũ tex.& ibi Ab.in fi. de priu. & in.d.c.ſicuti.de re iud. & Bal.d.l.unic.de mãd.prĩ.Rot.dec.ccccliх.circa.in.iii.col.ĩ no. magiſtraliter ponit Spec.de prob.§. Videndũ reſtat. poſt princ.

Aut habendus eſſet recurſus ad ipſum delegantem, ut hoc declararet,ſecundũ eundem Specul in ſupradictis locis. Et ponit Hoſtien.in tit.de recuſat.§.fin.col.penult.uerſi. quid de audit. & uide Rom.in.l.ſciendum,de uerbor.obligat.Alexan.in.l.prima. de offic.præt.Iaſ.in.l.admonendi, col.liii.de iureiur. Felin, poſt alios in d.c.cum in iure.cum ſimil.ubi ponunt qualiter & quando iuriſdictio probanda ſit.

Et præſuppoſito quod legitime de iurisdictione iudicantis conſtiterit,ſi de iudice ordinario tractabitur, contra ipſum ali-
30 qua exceptio impotentiam iuris uel facti concernens (quouſque in officio ac dignitate toleratur)ad acta & proceſſus ſuos inualidandos opponi non poterit,ut dicit Hoſtien.in ſumma,de offic. ordin.§.quis posſit.in fin.& Spec.§.fin. eod.tit.et idem in titul. de iud.deleg.§.excipi poteſt.uerſ.item ꝙ criminoſus,&c.

31 Ordinarius autem reputabitur is,cui à lege,conſuetudine,populo,ſeu uniuerſitate,uel principe,aut legitima præſcriptione,iuris dicendi poteſtas competierit: ut declarant doctores in.l.more,&.l.quia.ff.de iuriſ omniũ iud.& Canoniſtæ in c.qm̃.ne prælat.uices ſuas,&c.&.c.conquerente,ubi Innoc.&.c.cum ab eccleſiarum,d. offi.ord.&.c.cum in eccleſijs,de maiorit.& obedi.

32 Licet

32 Licetque regulariter iudex talis, de omnibus cauſis ſui territorii cognoſcat, & illas ſub poteſtate ſua cõplectatur, l. ſi pupillus. §. territorium. ff. de uerb. ſignifi. & in authē. ut omnes obedien. iud. prouinc. §. i. & in titu. ut iudic. ſi quo ſuffr. §. uolumus. & §. quod autem, eodem. lib. & in cap. licet in regulis, in fin. ſecunda quæſt. iii. & ca. primo. xvi. quæſti. v. ponit Spec. de iuriſdic. om. iud. in princ. & Deci. conſil. iii. colum. iii. in fin. lib. i.

33 Nihilominus poteſtas & iuriſdictio ipſius circunſcribitur etiã multipliciter limitatur, ac geſta per iudices huiuſmodi quantumuis ordinarios ex defectu illorũ iuriſdictionis impugnantur, tanquam à iudicibus incõpetentibus, ratione cauſæ, uel rei, litigatorũ, loci, uel temporis, facta: etiã ꝙ eſſemus in actu uoluntariæ iuriſdictionis: quia et ille coram cõpetenti iudice fieri debet alias non ualeret. l. ſecundũ diui. C. de don. l. fi. C. de emancip. tenet Pet. de Anchar. in conſil. cccxxi. primũ dubium. & deci. cõſ. dlvii. Accurate. col. fin. uerſi. prædictis tamē. lib. iiii. quamuis cõſuetudine cõtraria non obſtante, ca. ad noſtram, et ibi not. extrà de conſuet. firmat Guid. Pap. quæſt. cccxxv. poteſt.

34 Ratione cauſæ ſeu rei, ordinaria iuriſdictio poteſt limitari, et ſententia non ualere: ſi (exempli gratia) cauſa agitata fuiſſet capitalis, & ſic meri imperii: uel circa quam nobile iudicis officiũ, uel mercenariũ, aut decretũ, uel authoritas (quæ imperii mixti ſunt) principaliter implorabantur, uel etiã ꝙ cauſa foret pecuniaria, quæ ſolidorũ. ccc. ſummã excedebat. Is autem qui iudicauit (licet eſſet ordinarius) fuit tamen iudex pedanæus, uel defenſor ciuitatis, aut duum uir, ſeu prior. uel poteſtas alicuius terræ, uel magiſtralis mancipii, quouis nomine nuncupentur: quia iſti, ea quæ magis imperii quàm iuriſdictionis ſunt, facere nõ poſſunt: ut inquit tex. in. l. magiſtratus. cum. l. ſequen. ff. ad munici. l. fi. C. de pedanæ. iud. l. tertia, cum ſequent. C. de defenſ. ciuitat. §. iudicare &. §. audient. in authent. de defenſor. ciuitat. dum ibi habetur tales ultra ſummam trecentorum ſolidorum cognoſcere non poſſe. & facit tex. cum ibi not. in l. ſi idem, cum eodem, & l. magiſtratibus, & l. fin. ff. de iuriſ. omnium iudic. ponit glo. in. l. inter conuenientes. ff. ad municip. & in authẽt. ut ab illuſtribus, & qui ſuper eam. in uerb. poſt magnificentiſſimos cum uulg.

35 Si tales ergo in cauſis uel rebus illorum iuriſdictionem excedentium iudicauerint, ſententia, etiam quoad ſummam de qua cognoſcere poterant, & ſub ſua poteſtate cõprehenſam, nõ uale-

 bit:

bit:ſi modo ſententia unicũ caput cõtineret,ac eſſet indiuiſibilis. Sed ſi ſeparabilis foret,ratione formæ ipſius,uel rei,ſuper qua lata extitit,utile non uitiabitur per inutile, ſed ualebit uſque ad limites iuriſdictionis iudicantis, ſecundum cõem doctorũ ſententiã:de qua teſtatur Iaſ.in d.l.fin.& Alexand, ibi, de iuriſdiction. omniũ iudic.quia quot capitula, tot uidentur ſententiæ.l.quid tamen.in princ.ff.de arb.l.ſcire debemus, de uerborũ obligatio. & pro his eſt gloſſ.poſt tex.& ibi ponunt ſcribent.in l.etiam.§. primo,in uerborum audiendis.ff.de minor.cum ſimil.

36 Hodie tamen in pleriſque locis ſingulares ciuitates habent ſua regimina diſtincta:ut olim habebant ſingulæ prouinciæ: ut aduertit gloſſ.in.l.fin.in uerbo.idem in una.C.de præſcript. lõg. temp.ac inſuper per pacem Cõſtantiæ omnes fere ciuitates Lon
37 gobardiæ iuriſdictionem in ſuo territorio conſecutæ ſunt: ut toto tit.de pace Conſtant.& per Alexan.conſil.primo.in princ. & conſi.xvi.in cauſa columna ſecunda in princ.lib.v.

38 Pleraque etiam ex priuilegio ſeu principis permisſione faciunt: ut inquit glo.in uerb.iuriſdictione,in fi.de defenſo. ciuit.

39 Vel per tempus immemorabile (prout ſint ciuitates Italiæ) merum imperium ſibi præſcripſerunt:ut uol Bar.in.l.quominus in ſecunda quæſt.ff.de flumin.& in.l.infamem in fin. de public. iudic.& Bal.in.l.fin.C.quæ ſit long.conſuet.quos ſequ. Roman. in rubr.C.qui admit.& Alex.cõſi.xxiiii.ponderatis.col.penult. circa medium.lib.quint.& Dec.conſi.cccclxviij. ſecunda columna,& conſi.dcxxxviii.communitas,in prin.lib.v.

Plurima etiam de facto ſibi uſurpant:ut inquit Spec.in titul. de iuriſdic.omnium iud.col.ſecunda,uerſ.infimi ſunt,& ibi Ioan. And.& Bald.in addi.in uerb.poteſtates terrarum,& in eod. lib. de offic.ordin.§.cõſtituit.& de aſſeſſore in.§.officium.ubi.Ioan. And.& per Bar.& doctores in.l.pri.de damno infect.& doctores in l.tertia,de iurisdictio.omnium iudicum.

40 Magiſtratus itaque ac iudices,et officiales terrarũ, ac ciuitatum huiuſmodi (quicquid ſit de cõmuni iure) ex earum legibus ac ſtatutis municipalibus, uel antiqua conſuetudine poteſtatem capiunt,et ſecundum illam quotidie iudicant.pro quo facit text. in.l.prima.et.l.fina.C.de emancip.et.l.prima.C. de off. quæſt.c. duo.de off ordin.c.cum contingat de for.comp. cap. fin. de excep.in.vi.et bonus text.in d.l.magiſtratus.ff. ad municip. ponit in terminis Bal.in authen.Caſſa.col.i.de ſacroſ.eccl.Roma.cõſi.

ci.

ci.ubi declarat,in fi.et Deci.conſi.v.in prin.et cõſi. viii. col.ii.in princ.et cõſil. lxxii.in princ.et cõſi.xviii. Diuino.in.i.col. idcirco tales,etiam quæ ſunt meri et mixti imperii in multis locis exercent:ut dicit Ang.in.l.i.§.ſolet.ff.quand.app.ſit,et Iaſ.in.l.i. v.col.in pri.ff.de off.eius.Et Ale.cõſ.xvi.in cauſa.in.i.lib.v.Propterea fori et loci in quo fueris,cõſuetudo attẽdẽda erit: ex qua qualis et quanta iudici competat iuriſdictio,deprehendetur.

41 Inſuper audiuiſti quòd antiquitus in urbe Roma decẽ tribuni plebis,conſules duodecim.prætores octo,et ſex ædiles, tanquam ordinarij populo Romano ius dicebant:ut ponit tex. in l.ii.§. poſt.originem,in fi.ff.de orig. iur.in quorum loco poſtea alios duodecim iudices,octo uidelicet de numero minorum, et quatuor de ordine maiorum Imperator Iuſtinianus ſubſtituit, illiſque ſedem et locum iudicandi in Lateranenſi aula, ubi adhuc cellulæ uiſuntur, conſtituit: ut in auth. de iud.§.i.et.§.ſedebunt. Indeque poſt modum inVaticanum,ubi hodie ſacri palatij Apoſtolici auditores,qui illorum loco(ut arbitror) ſucceſſerunt, ſedes ſuas conſtituerunt et tranſtulerunt.

43 Hi tamen.ac quam plures alii eodem tempore, in eadem ciuitate ordinarii iudices exiſtentes,non indiſtincte quoſlibet, et cuiuslibet generis cauſas ad ſe uenientes uel delatas audiebant: ſed illorum quiſque quaſi limitatam poteſtatem gerens. partibus ſuis fungebatur: nec unus in meſſem alterius falcem ponebat,ſed intra poteſtatis ſuæ limites continebatur: ne promiſcuis actibus rerum turbarentur officia.ar.l.Conſulta diualia.C.de teſtamen.Imò cognitionem alteri iudici debitam,ſi quis ſibi uendicaſſet,puniebatur:ut.C.de off.comit.ſac.pala.l.ij.Nam ad unũ

44 officium deſtinatus,in off.cio.alterius ſe intromittere non debet l.quæcunque.C.de execu.& exacto.&.l.in prouincijs.C.de numera.lib.xii.quia alterius iura uſurpare quis non debet.c. cum ad uerum.xcvj.diſtinct.ponit Bal.in.l.repetita.C.de Epi.& cle.

45 Factum igitur à iudice quantumuis ordinario,ſi ad officium illius non pertinet,ratum non erit.l.factum à iudice ff. de regu. iu.l.i.C.ſi à non comp.iud.ubi ad certam rem iudex datus,ſi de alia cognouerit,nihil agit & patet in.l.j.C. de iuriſdic.omni. iudic.& l.ſecunda.C.ſi aduerſ.fiſcum:& l.i.C.de peda.iudic.l.ſecunda.C.de pœn.l.ſi pater.C.ne de ſtat.defunct.l.procurator.C.ubi

46 cauſ.ſtatut.l.ii.cum duabus ſequẽtibus.C.de mod.mulct. in quibus locis poteſtas procuratoris Cæſaris ratione cauſarum limi-

tata & reſtricta deprehenditur: & quicquid extra limites ſuæ poteſtatis gerebat, nullius momenti reputabatur.

47 Idcirco iudex ſeu latrunculator ad cognitionem cauſarũ criminalium deputatus, de cauſis ciuilibus & pecuniarijs principaliter cognoſcere non poterit, cũ iuriſdictio ſua ratione certarũ cauſarũ ſit limitata: ut probatur in.l.ſolennis.§. latrunculator.ff. de iud.l.defuncto.l.de publicis iudic.l. ex eo ſecundum unam lecturam.C.de agen.in reb.libr.xii.etiam quòd de crimine (ciuiliter tamen) ageretur: quia & tunc talis non eſſet iudex competens: ut tenet Rot.deciſio.ccxxvi. nota quòd ubi agitur, in antiq. & deciſio.x.in tit.de appel.per Biſſignet.

Et præmiſſa (ut dixi) intelligas quòd principaliter de re ciuili cognoſcere non poteſt, ſecus tamen incidenter & ſecundario: quia cognito de crimine principaliter, puta de furto, uiolentia, aut amotione confinium, incidenter cognoſcere & declarare ſuper ciuili & pecuniaria ex cognito crimine deſcendẽte poterit, puta de reſtitutione rei ablatæ, damni dati, ſeu dominio, uel proprietate loci, aut confiniũ amotorũ, iuxta doctrinã Bart. cõmuniter approbatã in.l.interdũ.§.qui furem.ff.de furt.l.ſed loci.§.ſi dicatur.ubi text.ff. finiũ regund.l. ſi de poſſeſsione. C. unde ui. Et idem Bart.in dicta.l.defuncto.§.finali.ff.de publi.iudi.& hoc maxime quando de crimine per confeſsionem partis, ex qua inſurgit officium iudicis, conſtaret, ut declarat Bald. in.l. qui crimen, colum.quarta.C.qui accuſa.non poſſ.& latius ponit Ang. in.l.ſi uacantia, in ultima quæſtione.C.de bo.uacant.& in.l.prima.C.quando ciuil.actio.crimin. præiudic. Salicet. in.l. ſi quis ad ſe fundum.C.ad.l.Iu. de ui.Innoc.in cap.cum oporteat, in uerbo.ſed dices quomodo.extra de accuſ.cũ alijs, de quibus per Felin.in capit.Poſtulaſti.de iudic.& Angel. in libro maleficio.in uerb.per iudicem maleficiorum. fol.20. ſecundum paruas impræſsiones. Et ſecundũ præmiſſa intellige Bald.in conſil clxxv. Præſuppoſito, colum.prima, libro tertio, & Dec.conſil.cccel.iuridicam.nume.3.lib.quarto.dum uoluit iudicem maleficiorum eſſe iudicem competentem ſuper damno dato.

48 Econuerſo neque iudex ad ciuilium cauſarum cognitionem deputatus, cauſas criminales & criminaliter motas cognoſcere poterit, cum iuriſdictionem ſolam ueluti ſpeciem diſtinctam à mero, & mixto Imperio habeat, iuxta tradita in.l.Imperiũ.ff.de iuriſdiction.omniũ iudicũ, & ideo in his quæ ſunt meri Imperij

ſe inge-

ſe ingerere non poterit, dicta.l. Magiſtratus, &.l.inter conue-nientes, ubi in hoc tenet Bartolus.ff. ad municip. Prout etiam concludit Albertus Gandinus in tract.maleſi.ſub rub.de aliqui-bus quæſtionibus uarijs.uerſ.pone quæſtionem de facto, & fa-cit quod ponit Bart.in,l.penult.ff.de calum.

Quæ ſimili modo ſunt intelligenda, uidelicet quòd principa liter & ordinarie talia cognoſcere non poſsit, ſecus incidenter: puta ſi ciuili quæſtioni incideret criminalis:ut ſi teſtis in cauſa illa examinatus falſum depoſuiſſet:nam eo caſu de falſitate idem ciuilis,iudex cognoſcet,& ſaltim extraordinarie falſarium caſti-gabit,cum illius aures ac maieſtatem, & iuriſdictionem ſuam offenderit, & ſaltim tacite à lege etiam ſimilis poteſtas ſibi in euentum huiuſmodi conceſſa uideatur:ut eſt text.in.l.nullã, ubi Barto.& ſcrib.C.de teſtib.& in.l.ſi lis,C.ad.l.Corn.de falſ. tenet

49 idem Bart.in.l.hoc iure.§.aqua ff.de aqua quotidiana,& æſtiua. & Abb.in cap.primo,col.final.de crimin.falſ.Specul.in tit.de te ſte.§.primo,col.decima,uerſic. ſed qualiter,licet Bart.in.l. diuus la ſecunda.ff.de falſ.etiam tali caſu uoluerit ciuilem iudicem arti culum huiuſmodi criminalem debere ad ſuperiorem remittere

50 quod forſan intellexit de iudice ciuili totaliter incompetente, ut puta quãdo teſtis fuiſſet clericus,& iudex ſecularis,ſuper quo doctores uarie ſenſerunt:ut per Ange.in tractat.maleſic.in uer-bo falſario.uerſicu.quæro an quilibet iudex fol.66. poſt Ancha ran.conſil.clxxij.circa primum dubium,& latius tres principa-les opiniones ponendo,ponit Matth.de afflict.deciſion.ccxxx. fuit per relatorem,ubi reperies an et qualiter clericus coram iudi ce ſeculari falſum deponens, ab eodem iudice ciuili puniri poſ-ſit,& quod indiſtincte talis clericus ſit ad eccleſiaſticum remit-tendus eſt communis opinio: ſed Felin.in capit.uerum, de foro compe.& Capi.in deciſi.v. Neapolitan. in fin. Qualiter autem puniendus ſit,ponit Guid.Pap.quæſt.xliij.teſtis.

51 Et quod de iudice ciuilium et criminalium diximus, ex eadẽ ratione dicendum erit:ſi ex forma ſtatuti, uel aliàs afforent iu-dices ad certam ſpeciem cauſarum,puta mercantilium, uſurarũ, ædificiorum,damni dati,uiduarum,pupillorum,Iudæorum, aut ſimilium deputati:quia tales iudices etiam ex tacita,ſeu expreſ-ſa partium prorogatione,cauſas alterius ſpeciei iuriſdictionis au

52 dire et cognoſcere non poterunt,ex quo prorogatio duntaxat de cauſa ad cauſam eiuſdem, non autem diuerſæ ſpeciei in qua

is iudex nullam habeat iuriſdictionem,fieri poteſt: cum nullius iuriſdictionis ad aliquem ſit impoſsibilis prorogatio: ut inquit Bald.in.l.ſi quis ex conſenſu.in fin.C.de epiſc.audien. & in l. teſtamenta omnia.ubi text.C. de teſtamentis ponit Bartol.in d.l. inter conuenientes,ad Municip.& idem Baldus in.l.repetita.per illum textum.C.de epiſcop.& clericis,& in.l.ſecunda.§. ſed & ſi iudex.ff.de iudic.firmat in terminis noſtris Panorm.in colum. vi.uerſic.uenio ad ſextam,& ibi Felinus,colum. finali, uerſicul. poteſtas officialium,loquens de huiuſmodi iudicibus ad certam ſpeciem cauſarum deputatis,in capitulo p.& g.de officio delegati:late Marian.in capitulo ſignificaſti , ubi inquit ſe ita conſuluiſſe de for.competent.& per Felinum in capitul.cæterum.poſt princ.de iudic.Idem ſentit Decius in notabili caſu conſulendo conſi.xviij.loquens de ſtatuto limitatã iuriſdictionem tribuente,lib.j.& deciſ.Neap.ut per Capic.deciſ.ccix.in cauſa.col.fin.

53 Et aduertendum fuerit,quòd qualitas cauſæ,tribuens iuriſdictionem liquere & cõſtare debebit iudici·quia id quod eſt cauſa exercendæ iuriſdictionis ſemper debet ipſi prætori conſtare, aliàs non ualeret quod ageretur.per id quod ponit Bartol. in.l. multum.ff.de condition.& demonſtratio.& in.l.ſi finita.§. Iulianus.ff.de dam.infect. & ponit Paris in tract.de ſynd.in.§. iudices puras.colum.iii.uerſicul.iudici ſemper.ſentit gloſſ. in uerſic. ac peremptorie,in capitulo ſæpe.de appellation.qualitas tamen huiuſmodi quoad tribuendum iuriſdictionis exercitium , ſatiſfuerit quòd in libello deducatur, licet de eius ueritate dubitari posſit,prout not Antonius de Butrio, in capitu.cæterum.uerſicul.uenio ad gloſſam,de iud.quem ſequ. Mill.in uerb.iudex.cui uult procedere. &c. Et ponit Lap.alleg. lix.in Dei nomine uerſic.quæritur,& alle.lxv nunquid.poſt prin.

Et ſi à principio ad impediendam iuriſdictionem qualitas huiuſmodi ex aduerſo negata fuerit, ſaltim ſummarie probari debebit, ſecundum communẽ opinionem doctorũ, de qua teſtatur Alex.conſil.primo,colu.ii.uerſic.præterea id quod &c.libro quarto.& idem atteſtatur Felin.in capitulo ſi clericus laycum. colum.ſecunda uerſicul.prima concluſio.de for.competent.non tamen ſufficeret ad iſtud probandum iuramentum partis, prout nec unus teſtis, ſecundum Innocen. in cap. ſuper literis, de reſcript.& Bald.in.l.preſcriptione,col.ix.uerſic. quarto quæro. C. ſi contra ius uel utilit.pub.

54 Po-

54 Poterit etiam in præmiſsis exemplum poni de cauſis eccleſiaſticis uel ſpiritualibus,aut ab eis dependentibus,ut puta ſi ageretur de crimine hæreſis,ſacrilegij,uſurarum,adulterij, ſimoniæ, periurij,uel de cauſa electio.poſtulationum.prouiſionum,dignitatum,officiorum,canonicatuum , aut quarumuis rerum Eccleſiaſticarum,uel ad Eccleſiam pertinentium,ut ſuper decimis,matrimonijs cauſis natalium,& alijs de quibus en clement. diſpendioſam.de iud.& per glo.in ſumma.undecima quæſtione.i.& in c.ex tenore.de for.competent.c.fi.in princ.iuncta gloſſ.de iudic. in.vj.& per glo.in c.cum ſit generale.de foro compe.c. ut inquiſitionis.§.prohibemus.de hæret.in.vi.c.cum tu.de uſur. c.fin. de foro compe.in.vi.c.Nouit.in fi.de iud.gl.in.c.i.de offi.ordi.& in c.quanto. dum loquitur de iure patronatus tanquam iuri eccleſiaſtico annexo.de iud.& c.de iure.extrà de iurepatr.cum ſimil. de quibus Specul.de comp.iudic.ade.columna prima.

Et iudex qui cognouerit fuiſſet iudex ſecularis & laycus,qui cauſas huiuſmodi principaliter,neque incidenter (ſine Romani pontificis licentia) cognoſcere poteſt.c.decernimus.c. quanto. de iud.c.lator.c.cauſam quæ.qui fil.ſint legit.c.tuam.de ordinar. cognitio.glo.in uerb.ſpirituali.in c.v.iudex. de ſentent. excom. in.vj authen.cauſa.& authen.ſtatuimus.C. de epiſc.&.cle. prout de cauſis præmiſsis ponit Rom.in.l.Titia.ff.ſolu. matrimonio. Alexand.ad Bar.in l.omni nouatione,de ſacroſan.eccleſi.xi.q.i. per totam.Fel.in c.ii.ubi ponit de cauſa periurij,de ſpõſal.de quo uide Guid.Pap.q.clxxviii.de periurio. ubi dicit cauſam mixtã, & idem Fel.in c.Cauſam,ubi loquitur de decim. de præſcript.& in.c.cum ſit,ubi de cauſa uſurarum,de for.comp.cum ſimil.

Quæ procedunt,ſiue quod quæſtiones huiuſmodi eccleſiaſticæ fuerint reales,ſiue perſonales : quoniam de his iudices ſeculares indiſtincte non ſe intromittent.c. ſi diligenti, de foro comp. c.ſæculares, eo.tit.in.vi.tradunt doctores in c.uno,de cleric.coniuga.ubi Archid.lib.vi.doctores in c.qualiter,& quãdo, de iud. & c.eccleſia S.Mariæ,ubi Fel.col.viii.de conſti.& Bal.in c.cum ueniſſent,de eo qui mitti.in poſſeſ.& Ioan. Fabr.in d.authen.ſtatuimus.Et latius per Nicolaum Boerium in deciſio. parlament. lxix.ubi aſſerit de iure ita communiter teneri,ſed in regnis Franciæ in realibus non obſeruari.

Siue ageretur petitorio,ſeu poſſeſſorio, puta pro conſequenda re Eccleſiaſtica,uel ſpirituali,ut in cle.unic.de cauſis poſſeſsio.

& prop. quoniam etiam quòd poſſeſſorium rei ſpiritualis non ſit ſpirituale,ut per Bal.in.l.ſi de proprietate,col.pen.uerſic.quæro nunquid.C.ſi à non comp.iudic.& per glo. in dicta clement. diſpẽdioſam,cum alijs,de quibus in deciſione prima. Guid.Pap. tamen quęſtio huiuſmodi licet non ſit mere ſpiritualis,dicitur tamen quaſi ſpiritualis,& a ſpiritualibus dependens,idcirco fori eccleſiaſtici eſt,ut declarat Abb.in c.literas,de iura calumn.& Caſſad.deci.iiij.nu.2.ut lit.pendẽt.Eo maxime quòd etiam ſimili cognitioni poſſeſsionis incidit (ſaltim ad colorandum) ſummaria cognitio petitorij,& iuris agentis: ne detur uitioſus ingreſſus,ut c.i.de eo qui mittitur in poſſeſsion.lib.vi.& not.in c.in literis,& cap.tranſmiſſa,de reſtit.ſpol.quæ cognitio non cadit in iudicem laicum,ut declarat Petrus de Ancharano poſt Bertrãd. in dicta clement.diſpendioſam,in quarto notab.& Matth.de Afflict. deciſion.xxiiij.quidam clericus,in princ. Felinus poſt alios in capitulo cæterum, in prima columna,de iudic.

Quamuis ſi eſſet quæſtio non iuris,ſed alicuius facti ab omni ſpiritualitate abſtracti, iudex de eo cognoſcere poſſet , etiam quòd eſſet ſecularis,ut declarat Bart.ponendo exempla in l.omni nouatione.C.de ſacroſanc.eccle.& in l.quoties,ubi Bald.C.de iud.& in d.l.Titia.ff.ſoluto matrimo.quos ſequitur Feli. in c.cernimus,in fi.de iud.& Card.in c.ſignificauit,de teſtibus cum alijs, de quibus per Alex.conſi.ix.præſtantisſime,libro quarto,& Afflict.deciſio.ccxix.in foro, columna final.& his caſibus poſſent procedere deciſio. Guid.Pap.la prima.lxxi.lxxxv.

55 Et aduerte quòd ubi ſpiritualis quæſtio incidit,ſeu emergit in cauſa ciuili coram ſeculari iudice pendente ad effectum , ut proceſſus iudicis ſecularis impediatur, uel ſi procedat , proceſſus ſit nullus,de introductione, ac litis ſpiritualis coram ſpirituali iudice pendentia excipi debebit,ac ipſi iudici ſeculari fides fieri,alias proceſſus eiuſdem ſecularis iudicis ualidus haberetur,ut declarat deciſio Neapo.deciſion.xxx.fuit dubitatum,cum deciſion.ſequ. & d.Alex.in dicto conſi.ix.libro.iiij. Præterea antequam iudex ſpiritualis ad partis inſtantiam inhibeat iudici ſeculari ne procedat,debet coram eo alia pars citari, & cauſa præiudicialis introduci,& inchoari : alioquin eius inhibitio non eſſet Canonica, ſecundum communem opinionem doctorum , de qua atteſtatur Alex.in conſi.xci.uiſis.col.iij.uerſic.nam ante,libro,ij.& melius conſilio.ix.præſtantisſime, lib.iiij.& de quo in conſilio.lxxxij. libro

libro quinto,autho.Nicelli.de concordatis,gloſſa concord.quin
quageſimoſecundo,in.vij.fallent. ubi atteſtatur hanc eſſe com-
munem, quamuis male in praxi ſeruetur, & in præmiſsis uide
Capic.in.vij.deciſion.Neap.& Rot.dcxv.not. licet inhibitio.in
antiq.&.dccxxvi.not.dicto eod.libro.

56 Inſuper exemplum poni poſſet de iudice ordinario, qui cau-
ſam ad ſe,& curiam ſuam legitime non deuolutam, cognouit:
puta quòd iudex Eccleſiaſticus proceſsiſſet in cauſa ciuili inter
laicos ſuæ temporali iuriſdictioni non ſuppoſitos, nulla præce-
dente culpa,ſeu negligentia in adminiſtrando iuſtitiam iudicum
ſecularium, propter quam cauſarũ hmõi cognitio ad forũ Eccle
ſiaſticũ dũtaxat deuoluitur, ut probatur in c.ex ſuſcepto,& c.ex
tenore,in fi.de foro competẽ.& c.ſignificantibus.de off.deleg.c.
cauſam quæ,& c.per uenerabilẽ,ibi,certis cauſis inſpectis,tẽpo-
ralem iuriſdictionem caſualiter exercemus, extra qui fil.ſint le-
git.capitulo nouit,de iudic.eſt gl.magiſtralis in uerb.de iure. in
cap.finali,de exceptio.libro ſexto,& dicto capitulo ex ſuſcepto.

Licet iudex eccleſiaſticus in ſimilibus cauſis non ita incapax
temporalis iuriſdictionis exiſtat,prout laici incapaces ſpiritualis
exiſtunt: cum Moyſes utrunque gladium habuerit, ut inquit
58 gl.ſecunda,in fin.in d.c.Cauſam quæ.qui fil.ſint legitim.Et pro-
pterea de cauſa ciuili,ex ſpirituali coram eo pendente,incidente,
ut puta cauſa dotis a matrimonio, cauſa hæreditatis a natiuitate:
ipſe iudex eccleſiaſticus ualide cognoſcet, ut per ſcribentes in.c.
de prudentia,de donat.int.uir.& uxo. & in c.tuam, de ordi.co-
gnit.& c.lator.qui fil.ſint legiti.

59 Vel pone quòd cauſa in qua iudicatum extitit,non fuerit de-
uoluta: puta ſi in cauſa feudali (domino feudi parato iuſtitiæ cõ
plemẽtum exhibere)ordinarius iudex proceſſerit, nam quia ob
domini feudi duntaxat negligentiam, cognitio talis cauſæ ad or
dinarium deuoluitur: ſi ordinarius non data negligentia domi-
ni,ſe intromiſerit, ex quo ipſi domino priuatiue ad ipſum ordi-
narium competit iuriſdictio, ſententia, & proceſſus huiuſmodi
ex defectu poteſtatis regulariter non tenebunt,ut in capi. Cæte-
rum,& ibi declarant ſcrib.maxime Ant.Abb.Felin.& alij,de iu
dic.& capitulo ex tranſmiſſa, & capitulo uerum, de foro com-
petent.capitulo ſignificantibus, de off.deleg.c.imperialem.§.fin.
& ibi gl.in uerb.duos,de prohib.feud.alie.per feud. ponit Aegi.
concluſi.cxlvi.except.& facit.c.Significauit, cum ibi no.de offi.

ordi.

ordi.& c.prudentiem.§.vi.de off.delegat.iunct.glo.fin.in d.c.ex tranſmiſſa de foro compet.dum ibi ponitur quòd cognitio a iudice delegato non deuoluitur ad ordinarium, uel econtra ab ordinario ad legatum : niſi culpa,aut negligentia præcedentibus.

60 Vel finge quòd Metropolitanus antequam ſibi conſtaret de appellatione ad ſe ex cauſa probabili,& alias legitime interpoſita,in cauſa ſubditorum ſuffraganei ſui, & ſic ad ipſius curiã non deuoluta,proceſsiſſet : ut in ca.i. & capitulo,ut litigantes,de off. ordin.lib.vi.cap.i.de offic.deleg.cap.i.de for.comp.cap. Romana.§.cum autem.cum uerſicu.ſequ.de appella.cap.primo, de ſup plen.negli.prælat.eo.lib.vi.

61 Siue quod alius iudex ordinarius,ad quem ante diffinitiuam ab aliquo grauamine appellatum fuerat,non cognito, neque iuſtificato huiuſmodi grauamine, in negotio principali (quod ad ipſum in euentum iuſtificati grauaminis,& appellationis legitime duntaxat deuoluitur) proceſſerit : quo caſu dicitur procedere in negotio ad ſe non deuoluto, cap.ut debitus,cap.cum Eccleſia.c.Cum ſit de appel.quod facere minime potuit, etiamſi par-

62 tes,quòd omiſſo grauaminis articulo, ut in negotio principali procederet,conſentirent : quia hoc fieri non poteſt in præiudicium iuriſdictionis ipſius iudicis a quo : uidelicet quando litigãtes eſſent clerici : nam tunc etiam conſenſus illorum diœceſani requiritur,ut in.c.i.in prin.de foro comp.in.vi.& c. ſignificauit, extra eod.tit.& ponit Romanus ſingul.dccxxviii.tu ſcis,&c. Et ita intellige Boer.in ſua deci.cclvij.ubi de hoc ponit.

Secus ſi litigantes non fuiſſent clerici,ſed tales quòd abſq; alterius conſenſu iuriſdictionem iudicis non ſui prorogare potuiſſent, uel ſi iudex ad quem appellatum extitit, talis foret,quòd etiam a principio per uiam querelæ,ut puta legatus,adiri potuiſſet,ut in c.i.de offic.legat.uel eſſet Papa,aut delegatus ipſius, cui commiſſa foret cauſa appellationis à grauamine una cum toto

63 negotio principali : quia reſpectu iſtorum ſuperiorum iudicum non procedit diſpoſitio.c.ut debitus,qui loquitur, & intelligi debet de iudice ordinario tantum,ſecundum communem lecturã, & opinionem de qua atteſtatur Fran.ibidem col.pen.& Fel.in c. Cauſam quæ,col.vij.in principio de reſcrip.& Aegid.concluſio. ccccxix.Si auditori,circa fin.& pro declaratione uide Biſig.in titul.de appellation.deciſion.xi.appellatum.

64 Tales namque ſuperiores iudices accedente partium conſenſu ta-

In tacito,uel expreſſo (articulo grauaminis omiſſo) in negotio principali procedere poſſunt.cap.Cordi.de appella.in.vi.firmat. Aegid.concluſi.xlviij.proceſſus,uel etiam accedente ſolum conſenſu illius partis,cuius principaliter intereſt reuocari grauamẽ: nam eo conſentiente iudex poterit,eo miſſo,in cauſa procedere: ut per Rot.dcccxcviij.deciſi.Sciendum eſt.dccxvi. Nota quòd. in antiqu. Et Aegidius concluſione. xxxvij. ubi appellatur, & cxxix.quando,&.cccxlvij.in cauſa mea Tullen.

65 Si uero partes non conſentirent, etiam quòd cauſa grauaminis eſſet commiſſa una cum negotio principali iudices huiuſmodi non deberent,neque poſſent cognitionem articuli grauaminis omittere,& ad principale conuolare negotium, dicto capitulo, Cordi.§. poſt hæc, ex commisſiones cauſarum huiuſmodi, quoad principale negotium tacitam in ſe uidentur habere conditionem,uidelicet quatenus repertum fuerit male proceſſum, & bene appellatum: tunc enim ex mente ipſius committentis cognitio negotij principalis uidetur etiam demendata,non alias,ut declarat idem Aegid.concluſio.cccciix.Si auditori, cum ſeq.& Rot.deciſion.ccxxxvij.ordinauerunt, in no.tenet Felin.in capi. cauſam quæ.col.vi.in fine de reſcrip.& doctores in d.c. ut debitus.Et hoc dummodo ex facie reſcripti aliud non appareret, puta quòd ſimul, & ſemel ſuper articulo grauaminis, & negotio principali procedi poſſe: ut ſæpenumero in curia fieri contingit.

Potes inſuper exemplum ponere, ſi aliquis ex Romanæ curiæ iudicibus cognouiſſet de cauſa ad ipſam Romanam curiam legitime non deuoluta, neque in ea de iuris neceſſitate tractanda.Pro cuius intelligentia, quia articulus in dicta curia eſt ſatis frequens,& neceſſarius,& parum (quatenus uiderim) a doctoribus declaratus,dicas primo ponendo regulã negatiuam,quòd
66 cauſæ de partibus,in quibus extitit appellatum ad Papam,non dicuntur ad curiam deuolutæ,neque in ea neceſſario tractandæ, ſed in partibus committendæ ſunt: prout regulam hanc ponit Franch.in c.ſæpe,col.ix.uerſi.ij.quæritur,& idem ſentit in c.Nicolao,de appellation. & uidetur probari in eiſdem iuribus, & in cap.interpoſita,de appellation.& cap.Cordi.§.poſt hæc,dum dicitur quòd appellatio, cui fuit à iudice delatum, uel quæ à parte comprobata fuit,deuoluitur,& in curia cognoſcenda eſt: ergo ſi non fuerit delatum per iudicem,uel partem,nõn deuoluitur, ſed ſufficit literas impetrare ſuper illius commisſione,ut d.c.interpoſita.

ſita.§.primo,& eandem regulam uidetur ſentire Rot. deciſione trigeſimaoctaua fuit dubitatum,in addi.in no.& deciſione tertia ſub titulo de reſcrip.in antiq.Biſſignet.Nam ut quis de proprio domicilio ad alienam,& moltoties longinquam ciuitatem trahatur,oneroſum,damnoſum,iniquum,& captioſum ſæpenumero eſſe conſueuit,argument.l.ſi quis.ff.quemadmo. teſta.a pe.l.ſi quando.C.de teſti.ponit Ioan.Andr.in uerb.& ſequenti. in Spe. de off.omnium iudicum.§.finali,col.iij.in fin.addi.& ex hoc deuolutio exorbitans,& odioſa conſueuit reputari,ut inquit Ioan. mo.in reg.in generali,de regul.iuris,in ſexto,quem refert, & ſequitur Rot.deciſion.ccclxxxxv.ſi appelletur,in fin.in no.

67 Regula tamen iſta limitatur non procedere, primo in cauſis maioribus,de quibus in capitulo quod translationem, de offic. leg.& in cauſis beneficialibus,ac ſpiritualibus, quæ de ſui natura in Romana curia tractandæ ſunt, in quibus ſiue appelletur in partibus,ſiue a principio cauſæ huiuſmodi inchoentur in curia, dicuntur bene deuolutæ,& ad partes non ſunt ullo modo remittendæ,ut probatur in capitulo quamuis, & capitulo primo,capitulo cupientes,de elect.in.vi.cle.cauſam,eodem titul.capitulo ut debitus,in fi.de appell.glo.in c.i.in uerb.deuoluta. de ſupplican. negli.prælat.libro ſexto,hanc limitationem ponit Rot.dicta deciſion.xxxviij.in addition.Franc.& alij in dicto capitulo ſæpe. & capitu.Nicolao, et quòd appellatio à grauamine in ſimilibus cauſis,in partibus ad curiam interpoſita legitime intimata totũ negotium deuoluat,eſt deciſio.dominorum.cxxxix.in cauſa beneficiali.clix.quinto appellet.&.cxxxvii.appellatus.et.cxxxiiij fuit.in no.et Aegid.dxx.concluſ.et.dcxix.Si in cauſa.ac deciſio. dccxxxvii.in antiquis,quæ incipit,Nota quòd neceſſariũ eſt in cauſa profana pronunciari cauſam eſſe deuolutam.ſecus in cauſa ſpirituali,quæ deciſio in materia noſtra eſt ſatis notanda.

68 Secundo limitatur regula non procedere in cauſis clericorum, & aliarum eccleſiaſticarum perſonarum: quia tales per uiam appellationis ad Papam cum negotio principali,et acceſſorij de facili,et quaſi naturaliter deuoluuntur,ut uidetur text.in c.dilectis filijs,circa fin.ibi,ex parte Decani, cui etiam officialis detulerat, non ſolum principale negotium, ſed acceſſoria etiam ad noſtrũ deferebatur examen,& non loquitur de cauſa beneficiali, extra de appellat.Et forſan idem dici poſſet de laicis temporali ditioni Eccleſiæ ſuppoſitis:quoniam illorum cauſæ directo ſpectant ad

Papam,

Papam,capitulo ueniens,de iureiur.capitulo ſi duobus, in fine, de appellation.cum aliis,de quibus per gloſſ.in capi.fin.in uerb. de iureiurand.in principio de exception.lib.vi. Et pro hac differentia inter cauſas beneficiales,& profanas,et perſonas Eccleſiaſticas,et ſeculares,uidetur facere text.in capitulo per uenerabilē, ibi,uerumetiam in aliis regionibus,certis cauſis inſpectis, temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus,extra qui filii ſint legi.et dicta deciſion.dccxxxvii.in antiq.

69 Tertio limitatur regula non procedere quando appellatum fuit a grauamine,et commiſſa cauſa in curia, conſtitit legitime appellatum,quia tunc cognitio totius principalis negotii cenſetur deuoluta.et in curia tractanda eſt,per dictum capit.ut debitus.Imo etiam quòd pronunciaretur male appellatum, nihilominus cauſa huiuſmodi quoad ipſum principale negotium in curia remanet: quia propter appoſitionem manus Papæ, et ex antiquo ipſius curię ſtylo,cauſa ſemel in ea commiſſa non exit, nec ulterius ad partes remittitur,ut inquit Rot. deciſion.xi. fuit dubitatum,uerſicul.et ideo ſtylus curiæ,et melius.cccxxi. ſi appellatus,et.xxxviii.in additio.in no.et.ccclxxxvii. nota utrum ſi fuerit,in fin.in antiq.et tenet Bal.in.l.ſi ut proponis,col.penul. C.quomodo,et quando iudi.et Fel.in c.quoniam Abbas,in fin. de officio.delegat.Abbas in dicto capitulo.Nicolao.Deci.conſilio.dcxcix.accepi.num.13.et proptérea licet appellatio deſereretur,nihilominus negotium ſemel deuolutum non tollitur,neque reuocatur per deſertionem,Rot.cxiiij.maior pars. in no.et Aegidius concluſio.dxx.quamuis ad effectum ut auditor appellatione deſerta in negotio principali cognoſcere poſſet,foret neceſſaria ſpecialis commiſsio ſecundum Rotam deciſion quinta, &c. dciiii.in antiquis, dic quòd ſi appellatio, &c. et dicta deciſion. cxiiii.in no.;et uide Gome. quæſtione.liiii. ſuper reg. de trien.poſſeſſ.

71 Et hic ſtylus cauſas ſemel commiſſas ad partes non remittendi,etiam in aduentum non iuſtificati grauaminis, potiſsime in ſacro palatio inter dominos uiget, qui nunquam cauſas aliunde ſibi commiſſas,extra Rotam remittunt: etiam ſi iudex primus fuiſſet Cardinalis,ſecundum Aegidium concluſion.cxxix.quando,et eſt ratio ſecundū ipſum: quia non reperitur locus in mundo eccleſiaſticus, in quo cauſæ ita bene, et celeriter terminentur (ut experientia docet) propter copiam peritorū,ac diſertiſsimū

cauſas

cauſas audiendi,conſultandi,& decidendi modum,qui ibi habe-tur,ut ponit idem concluſio.xxxvij.ubi appellat.& tenet Rota, qui etiam de huiuſmodi ſtylo atteſtatur. dcxij. dic quòd ubi.in antiqu.Inter ſe tamen,ac unus alteri domini pręfati cauſas remittunt,ut deciſ.cxxxviii.Si appellat.in no.& habetur in extrauag. Inno.viii.quæ in eodem palatio uiget,quæ incipit,Inno.&c.

Et præmiſſa quòd cauſæ ſemel ad curiam deuolutæ non remittantur,intellige ſi modo ex aliqua rationabili cauſa, ipſi Papæ aliter uiſum non fuerit: puta quòd cauſa modici momenti foret,ſeu pauperum,uel miſerabilium perſonarum, quæ expenſas quæ fiunt in curia, pati non poſſent: nam his natura mouetur ad miſerendum,ut inquit Ioannes Andreas in capitulo ſignificantibus,de officio delegat.& facit tex.in cap.i.in fin. extra de poſtula. quos in terminis noſtris adducit Stafil. de literis grati. & iuſti.fol.192.uerſic.regulariter non committuntur,ob ſimiles igitur rõnes,cõſueuerũt multoties remitti,ut p Rot.ccclxxxvij. nota utrum ſi fuerit in Antiq. Etiamque in poteſtate ſuperioris appellationem ad ſe interpoſitam,& iudicis delationem admittere,uel reſpuere,cap.Cum appellationibus de appel.in.vi.

72 Quarto limitatur regula, ſi appellatio a grauamine, uel alias quomodocunq; ad Papam interpoſitam, fuiſſet a iudice accepta ta,quia tunc per delationem,ſeu acceptionem huiuſmodi,omnis cognitio transfunditur in Papam,& iudici taliter deferenti non eſt ulterius remittenda.d.c.cum appellationibus,de appell.in.vi. (Licet Spec.in tit.de appel.§.qualiter. uerſi.porro.ſuper hoc uariauerit) & iſtud tenet Rot.deciſ.xvi. utrum cum appellatur. in titu.de app.in illis de Biſſignet.& deci.xxi.eod.tit.&.ccclxiii.ex hoc inſurrexit,ĩ no,& ſufficit quòd unus ex pluribus iudicibus deferat, ad effectum illam deuoluendi: ut tenet Rot.deciſ.ix.de app.in illis Biſſignet.&.dlxix.utrum ſi à grauamine. in antiqu.

Idem erit,ſi appellatio huiuſmodi,a parte appellata comprobata,ſeu acceptata fuerit: nam propter talem mutuum conſenſum,abſque dubio cauſa deuoluitur: quia potuiſſent, ſi uoluiſſent,partes etiam abſque appellatione, recedere a primo iudice, & Papam adire: ut in terminis inquit Biſſignet. deciſio.xviii.a grauamine.& deci.xxi.a ſubexecutore.de ap. Et ſufficiet quoad deuoluendum non ſolum expreſſus,ſed etiam tacitus partis appellatæ conſenſus,etiam expoſt (puta appellationem ipſam proſequendo,uel ad illam proſequendam procuratorem ſimpliciter

conſtituendo)

conſtituendo) præſtitus, ſecundum Rot.deciſi.ccxliij.dic quòd in cauſa profana.in antiq.et Aegid.ccxxxvi.in cauſa.

74 Et quando pars appellata appellationi defert,poteſt,appellantem interpellare,ut cum iuribus ſuis coram iudice ad quem,cõpareat,iuxta terminos.c. cordi.§. poſthæc. quo caſu ipſi appellanti pro iuribus extrahendis non erit ulterior dilatio danda,ſecundum Rota,deciſion.cciiii.Appellatus in no.

75 Et iſtis caſibus non refert, neque attenditur an appellatio fuerit legitima,ſeu ualide interpoſita,uel ne quia cauſa non in uim appellationis, ſed delationis iudicis,aut conſenſus partium , deuoluitur:ut inquit Rot.deciſ.liiij.à grauamine . dcxxxv, dic ꝙ ſi.in antiquis.Aeg.dccxxix.in cauſa profana,& Ro.ccclxxxv. ſi appelletur etc.in no.idcirco etiam ꝙ de aliqua appellatione interpoſita non conſtaret:ſi tamen partes non contradicerent,proceſſus ualeret:ut per Aegid.concl.xlviii.Secus ſi partes non cõ-

76 ſentirent:quia licet fuiſſet commiſſa cauſa appellationis: tamen ſi de appellatione non conſtaret,iudex cognoſcere , neque pronunciare,niſi ſe non iudicem eſſe,poſſet:ut per eundẽ Aegid.cõcluſ.xxi:Sciendũ. et concl.xxviii. et conclu.c. Cõmiſſio.et facit deciſ.v.in antiq.quia iudex appellationis nõ poteſt (ſi prius ſibi de appellatione ex cauſa probabili ad ſe interpoſita nõ conſtiterit)procedere.c.Roman.ubi gl.in uerb. præſumant,et c.non ſolum.§.illa uero.de appell.in.vi.et Rot.cccxci.Nota quòd auditor.in antiqu et dec.xi.fuit dubitatũ,in princ.in no.Aegi.concl. cxvii.Si appelletur,unde conueniet quòd de appellatione huiuſmodi ſaltem per confesſionem ipſius appellati (puta quòd petiiſſet cauſam eiuſdem appellationis alicui committi) appareat: quia quoad deuoluendum,confesſio talis ſufficiet,ſecundũ Aeg. conclu.dclxxxiiij.Quanquam.licet quoad attentata reuocanda, non ſufficeret, ſed appellatio magis concludenter probanda eſſet,ut per Rot.deciſi.cxc.quoad.in nouis.

77 Quinto limitabitur regula non procedere, ſi à ſententia diffinitiua fuerit ad Papam appellatum,cũ iſto caſu ſi iudex non defert,deferant iura.l.quoniam iudices.C.de appellat.ſi cuius.ff.de appell.recip.§.noſtros.in authen.de iud.Nam ob eius reuerentiã deferendũ erat.c.ueniẽs,de iureiur.etiã ſi interponeretur à laicis eidem domino Papę tẽporaliter nõ ſubiectis.c.ſi duobus.in fin. de appell.Imo iudex nõ deferens puniri debet.c.de priore eodẽ tit.Et præmiſſa ponuntur per Rot.deci.ccclxvi. ſi appelletur à

L diffi-

diffinitiua,in no.et.dcv.dic quòd ſi appellatum in antiq.et decř.
viii.de appell.per Caſſad.Quòd aũt appellatio iſta deuoluat, ui-
78 detur text.et ibi gl.fin.in fi.in.c.ueniẽs,de renũc.quia illa termi
ni præfixio,de qua in eo textu,nõ operatur cauſæ deuolutionẽ,
ſecundũ cõem ſcribentium opinionẽ:de qua atteſtantur Abb.et
Frãc.col.ij.in fin.in.c.Nicol.de appel.et de quo ponit Rot.deci.
xxxviii.in add.in no. et dec. ccxlui. nota ꝙ in cauſa profana,et
dxxxvii. Vtrũ,in antiqu. Licet hmõi termini præfixio habeat
uim peremptorij,ſcilicet illo elapſo ut poſſit cõtra abſentem per
audiẽtiam procedi,iuxta.c.ſæpe.et dicto.c.ueniẽs,ſiue fuerit à iu
re,ſiue ab homine prefixus,quia hoc indiſtincte operatur.c.ſta-
tuimus.et.c.ſtatuẽtes,de elect.in.vi.et ita intellige dictas deciſ.
79 Appellatio igitur à diffinitiua naturaliter ſuſpendit,et deuol-
uit,quia hoc eſt ſuum propriũ,ut per Bar.in.l.ſi expreſſim, col.
penul.in.iiii.quæſt.ff.de appel.etiam quòd appellaretur à ſenten
tia ipſo iure nulla,quia appellatio nihilominus effectus ſuos ui-
delicet deuolutionis,ſuſpẽſionis,et citationis operabitur, ut ma-
giſtraliter declarat Ro.ccclxi.fuit dubitatũ,in no.Et nõ tantum
principale negotiũ,uerum etiã et reliqua illius acceſſoria deuol-
uit.c.ſolicitudinẽ.c.dilectus.et.c.dilecti.de appell.Rot. Deciſio.
80 dcclxiii.ex hoc inſurrexit.in fi.in no.Hoc etiã caſu optime pro
cedit illud,quod iudex in dubio prõnũciare debet,quòd appella
tio cauſam deuoluat,ut uoluit Spec.in tit.de app.§.nũc dicamus
uerſi.circa hoc.in fi.et Ioan.An.in.d.c.ut debitus.et Bald.in.l.de
ſtat.ff.de teſtam.et.l.properandũ.§ fin autẽ reus.C. de iud. quos
refert et ſeq.Alexand.conſil.cvi.uiſo themate.in fi lib.iii.
81 Sexto limitabitur regula non habere locũ in cauſis in Roma
na curia ex ſpeciali mandato Papæ commiſſis,cum iſto caſu de
deuolutione minus ſit dubitandum:et nunquid cauſa ſit in curia
tractanda,poſtquã de ſpeciali mandato Papæ conſtat: quia hu-
iuſmodi ſpecialis commiſſio ſatis deuoluit,ut tenẽt Domini dec.
82 clxix.Si uigore.in no et Aeg.concl.dlxxvi.ſi impetrauit. et de
ciſ.dcxxxviii.Si aliqua cauſa.in antiq.neque refert ꝙ citatus tũc
cõſtituerit procuratorem ad cauſam hmõi ſimpliciter, uel limi-
tate,uidelicet quatenus cauſa fuerit ad Rom.cur.legitime deuo-
luta:quoniam limitatio huiuſmodi per commiſſionẽ de ſpecia-
li mandato factam,uerificatur:et procurator defendere tenetur,
ut dictis deciſionibus,et clarius deci.dclxviii.Sciendum eſt ꝙ,et
dclxxx.dic ꝙ ſi aliqua cauſa.in fin.et facit alia dec.dcxxxviii.ſi
aliqua

aliqua cauſa,in princ.in antiq.et deciſ.xix.fuit dubitatũ.in no.et
83 Caſſad.deciſ.ii.in fin.de procur. Et Papa, ſi cauſæ ſunt benefi-
ciales,uel de maioribus, aut reſeruatis, ſiue cauſa profana ardua,
et magni momenti, maxime inter perſonas Eccleſiaſticas, ſeu
laicos iuriſdictioni ſuæ temporali ſubiectos præſertim cum alia
pars ſe non ſperare iuſticiæ complementum conſequi poſſe in
partibus, iurat, indiſtincte in curia committere conſueuit: pro
quo facit cap.ſtatutũ.uerſ.uel ſaltim.de reſcrip.lib.vi.c. ut circa.
de elect.eo.lib.poniit Imol.Abb.et Fran.in.c.Nicolao. col.pen.
uerſ.ad unũ tamen aduerte.de appel.et deciſ.dominorũ.xlii.ſi im
petratur,in no.et.lxxix.nota ꝙ ubi quis impetrat,in antiq.

84 Septimo (et ultimo pro nunc) regula limitatur, ſi litigatores
fuerunt in Rom.cur.præſentes: quia tunc altero ex ipſis litem
mouente,dubitandũ non eſt quin cauſa ſit in Romana curia tra
ctanda:quia præſentia partium iſtuũ uidelicet ut cauſa corã alio
nõ pendens,dicatur eſſe in curia operatur:nec dubitatur de deuo
lutione:cũRoma ſit oĩum cõis patria.l.Rom.ff.ad munic.Ita cõ
clu.Rot.dec.xix.& dec.xxi. ſub ti.de appel.in illis de Biſſign.
et facit gl.in,c,i.in uerb.reſpondere,in fin.de appel.lib.vj.Idcirco
85 quotidie uidemus Papã cauſam actorũ,ſiue reorũ,etiã ſecularium,
in cura pñtium iudicibus eiuſdem curiæ indiſtincte cõmittere:
nec talibus competit ius reuocandi domũ.ut per Hoſt. in.c. fin.
extra de fo.cõpe.quẽ ad propoſitũ adducit,et ſequitur Rot. dec.
dxcvi. dñs Vrbanus, et deciſ.dccexxix.nota ꝙ ſi illi qui ſunt in
curia.in ant. Et nota ꝙ ubi cauſa propter pñtiam partiũ in curia
committitur,ſi antequam pars citetur receſſerit,non per hoc ſe-
quitur quòd cauſa in cur. debeat remanere, quia tẽpus obtentæ
cõmiſsionis inſpici nõ debet, ſed apprehenſio perſonæ ut forma
liter inquit Rota deciſ.ccclxxxii.Nota quòd ubi cauſa.eo.lib.

86 Ad præmiſſa erit etiam aduertendũ,quia appellatio non de-
uoluit niſi id quod in iudicio deductũ pendere reperitur: Vnde
pone quòd in partibus(ſuſpenſo petitorio) in cauſa poſſeſſorii
ad curiã appelletur, et cauſa appellationis huiuſmodi in eadem
curia cõmittatur:ſi talis iudex (nõ terminato aliter poſſeſſorio)
ſuper petitorio pronuntiaret: ſententia ſua non ualeret, ex quo
petitoriũ,ſuper quo pronuntiauit,non erat deuolutũ.ita conclu-
ſit Rot.ut deciſ.ii.ſub titu.de cauſ. poſſ.et propr.in antiq.de Biſ-
ſig.et deciſ.cxxxi.In tẽtato,in no.et dec.cccxxxvj.nota acto.in
antiq. licet ſi cognouiſſet, et prius terminaſſet poſſeſſoriũ,idem

L 2 iudex

iudex poſtea etiam ſuper petitorio cognoſcere poſſet quia in talem euentum (ne continẽtiæ cauſa diuidatur) etiam petitorium cenſeretur deuolutum: ut decla. Rota deciſ. cii. nota quòd ubi, in antiq. et facit deciſ. vi. eo. lib.

88 Et (prout diximus) quando appellatur ad Papam, ſiue appellatio ſit iudicialis, ſiue extraiudicialis, ſeu à grauamine, ſeu à diffinitiua, ſiue bona, ſiue mala: uolente appellato, cauſa deuoluitur, nõ in uim appellationis, ſed in uim conſenſus: et appellans in termino hominis (ſi fuerit ſibi præfixus) ſiue iuris: tenetur coram iudice, quem appellat, comparere: alijs termino elapſo, facta fide de appellatione huiuſmodi coram iudice ad quem, contra appellantem tanquam peremptorie citatũ, ad inſtantiam ipſius appellati per audientiam contradictarũ in Rom. cur. procedi conſueuit: ut eſt deciſ. dominorũ. ccclxi. fuit dubitatũ, et melius cccxliii. ſi committatur, in no. etiam ꝙ talis appellatio non fuiſſet ipſi appellato per appellantem intimata: quia quoad ipſum appellantẽ cauſa eſt deuoluta: ut declar. Rot. dcclxviii, Sciendum eſt ꝙ ſi. in antiq. et Faſto. cauſ. iii. dub. xij. incip. quintũ dubium. Aeg. cõcl. ccxxxvi. in cauſa. et deciſ. ccccii. ſi actor. in no. Appellatus etiã ſi uoluerit habita notitia appellationis, ad curiam poterit accedere, et exhibito inſtrumẽto appellationis, obtinere cauſam hmõi ad partes remitti: uel abſque alia citatione in uim talis appellationis contra appellantẽ, per audientiam procedere: ut dicta deciſ. cccxliii. et dcc. xxxviii. fuit dubitatũ, et. lxix. actor. ubi datur modus procedẽdi. in no. Vel ſi reperiretur cauſa appellationis hmõi in cur. commiſſa etiam quòd cõmiſsio fuiſſe per falſum procuratorem appellantis nomine impetrata, nec per eundẽ appellantem modo aliquo ratificata: eandem tamen cauſam taliter cõmiſſam idem appellatus proſequi poterit: ut tenet Ro. dec. ccccxxx. fuit dubitatũ. in no. et ponit Io. Mil. in uerb. citari poteſt.

Intellige tamen dummodo appellatus, intra annum à die appellationis interpoſitæ, ad Ro. cu. accederet, & cauſam talis appellationis proſequi uellet, ſecundum Rota deciſi. cccclxxxvii. ſi appellatus. uel ſecundum Aegid. hoc quandocunque poterit, ut conclu. dlx. concluſi. quòd ſit à cauſa.

Intellige etiam quando appellationi huiuſmodi puta iudiciali fuiſſet per iudicem delatum: alias ſi nec à parte, nec à iudice fuiſſet acceptata, non uideretur cauſa huiuſmodi ad curiam delata, ſed ſi appellans uellet cauſam in partibus committi, etiam inuito ipſe.

ipſo appellato,hoc facere poſſet, per c. interpoſita.§.i de appell. uides ergo qualiter reſpectu ipſius appellantis cauſa dicitur deuoluta,et contra eum per euidentiam procedi poſſit.

89 Quòd uero ad ipſam partem appellatam, ut cauſa deuoluatur,et contra ipſam non comparentem per audientiam contradictarũ procedi poſſit: quando appellatio non fuit ab ipſo iudice, neque à parte approbata,requiritur quòd formiter appelletur, ideſt in ſcriptis,intra decem dies ad iudicem competentẽ,expreſſa cauſa probabili,ac etiam,ꝙ apoſtoli petantur: et ipſi parti appellatio huiuſmodi legitime intimetur:ut in c.cord.in princ.iuncto.c.concertationi.etc.Romana.in princ.cũ ſequẽ.de appell.in vi.c.dilecti filii.eodem tit.cle.cauſam.de elect. Alias quantumcunque ad Papam fuiſſet interpoſita non deuolueret, nec alium iuris effectum operaretur.c.quamuis,et.c.cupientes, ubi glo. in uerb.appellatio.de elect.in.vj.et.c.in.primo,in uerbor.deuoluta. de ſupplen.negl.pręlat.eodem lib.tenẽt domini deciſ.ccclxxxv. ſi appelletur,et.cccc xii.ſi appelletur manifeſte friuole.in no.

Et ſi appellatio(ut dixi)fuerit legitima, debet etiam legitime intimari:uidelicet ꝙ appellatio,quæ intimatur ſit in publica forma,id eſt talis,ut ei poſſit uerisſimiliter credi,&probabiliter adhiberi fides: ut per Rot.deciſ.clxviii.Si in cauſa,in no. & text. in. d. cl.cauſam,& ſi pars appellans fuerit procurator, ꝙ fiat fides de mandato, ſecundum Aegid.cõcl.lviii.cũ ſequẽ.&. ccxlix. & ccxxxvij.licet ſi procurator hmõi non appellaſſet, ſed ſolum uti procurator appellationem intimaſſet, fidem de mandato ſuo facere non teneretur, ſecundũ eundem Aegid.dlxxxi.licet. & Faſtol.cauſ.xv.dubio.xxxv.in fin.& Rot.ccxxvij.uoluerunt, in no.Item ſi appellatus, ſeu procurator illius haberi non poterit, ꝙ huiuſmodi intimatio fiat in Eccleſia,ſcilicet parochiali & curata de qua agitur,non autem in beneficio ſimplici,& non curato, ex quo in eo reſidere quis non tenetur,ut per Rot.dec.ccclxix. & deciſ.lxxxii.in cauſa beneficiali.&.ccxxvii).ubi additio,ĩ no.

90 Item ſi appellatio in Romana curia repræſentari debebit ſi ſumus in cauſa graui, ut puta Epiſcopatuum, monaſteriorum, aut ſimilium dignitatum,ad hoc ut cauſa ad curiam dicatur deuoluta,in ualuis palatij domini noſtri Papæ coram notario & teſtibus intimari,& repræſentari debebit,in reliquis uero cauſis ſatisfuerit quòd repræſentetur in audientia contradictarũ, uel ſi appellatio fuerit in eadem curia interpoſita, repræſentabitur

Cancellaria Apoſtolica,uel eius regenti & officialibus, ut magiſtraliter docet Rot.dcxc. dic quòd dominus Petrus.in antiq. alias appellatio non afficeret,ut deciſ.iiij.& deciſ.dcclxviii.ſciendum eſt eo.lib.& uide Bisſig.in tit.de ap.deciſ.xvii.nunquid.

91 Sed ſi appellatio legitima,et legitime intimata,uel ſaltē à iudice,aut ab ipſa parte cõprobata extiterit,ſi pars appellata nõ comparerct,cõtra ipſum tanquam contumacē per audientiam cõtra dictarũ procedi poſſet,per tex.in.c.ueniens, ubi glo. & ſcrib. de renunciat.& in.c.ſæpe,&.c.cordi.in uerſi.ſi.de app.in.vi.c.i.&.c. cupientes.de elect.ponit Rot.deciſ.cxxxii.Appellans,in no.

Et ſi ante appellationem, in negotio principali lis fuerit conteſtata, poterit ad abſolutionem,uel condemnationem etiam in ipſo negotio principali procedi, lite ulterius non conteſtata.c. per tuas. de appella.Rota deciſion.viij.in no.& deciſ.ccviij.nota quòd ſeruat audientia,& cxliiij.in antiq.

Vel ſi lis non foret conteſtata,et natura cauſæ litiſconteſtationem expoſcat,procedetur ad abſolutionem ab impetitis, ac expenſarum condemnationem,ut in c. Nicolao. de appella. & declarat Rot.deciſ.xxxviii.fuit dubitatum, ubi additio in no. & uide in.c.interpoſita.§.ſi.extra eo.tit.

92 Et nota quòd interpoſita appellatione ad Papam, ſi interim antequã repræſentetur,moriatur,cauſa nihilominus ad eius ſucceſſorem deuoluitur, ita concludit Rot.deci.ccclxxiiii. utrũ appellatio,in antiq.& Bisſig.cõcl.xiii.de appel. & partes, etiã ſede ſic uacãte,cõparere tenentur, alias contumaces reputari poſſent, ut uidetur tex.in cle.ne Romani.in ſi.de elect.cum ibi no.

Poſſes inſuper de iuriſdictione ratione cauſæ limitata;exem-
93 plũ ponere,ut puta ꝙ iudex in cauſa propria iudicaſſet,& intelli ge cauſam propriam ſecundum cuius cõmodũ, & incommodũ ad ipſum principaliter ſpectaret, iuxta text. in.l.i.§. propriã.ff. quan.appel.ſit.Canonizata in.§.biduũ,uerſ. propriã.ii.q. vi. Ex quo enim quis naturaliter ſibi ipſi imperare,nec prohibere põt,
94 ac inter iudicantē,et eum qui iudicatur differētia cõſtitui debet: propterea ſententia in propria cauſa dicta inualida conſueuit reputari,per.l pen.ff.de arbit.iuncto text.in.l.ſi.(ubi non põt quis ſe iudicem deputare)ff.de offi.præt.& arg.in c.fina.de inſt.

Et quia iniquum foret aliquem ſuæ rei iudicē fieri.l.Iulianus. ff.de iud.l j.§.j.ff.quor.lega.j.& .ii.iiii.queſt.iiii.cum aliĳs,de quibus per Alexand.conſil.xi.iuxta princi. columna tertia uerſic.

Reſpon-

Reſpondeo.j.lib.j.Vnde generaliter prohibitum fuit, ne quis in ſua cauſa ius dicat.ut in C.ne quis in ſua cauſa &c.quæ uerba cum negatiua ſint,et negatiue concepta reſiſtunt actui, et tollunt omnem potentiam:ut per glo.in.l.i.in glo.magna, in fi.C. ne fideiu.dotis dent.quam ſingularem uocat Alexand.in.l.ſi cō ſtante.§.quoties.colum.iii.ff.ſolu.matr.et propterea ſententia ab huiuſmodi iudice omni iuriſdictione,et poteſtate carent prolata,erit nulla et executioni non demandabitur.l.ſed et ſi ſeruum.§ ſed et ſi quis iudex.ff.de arbit.& tenuit Ant.de but.in.c. dilecti.de app.& Hoſt. in ſumma. de Iud.§. quæ ſint. uerb. in cauſa propria.et Abb.in.c.cum ueniſſent,ubi etiam ponit quid in non recognoſcente ſuperiorem:uel quid de cauſa Eccleſiæ ſuæ de iudi.et in.c.cum dilecta.nume.19.de confirma.util.uel inutil.et in c.ex parte,ubi do.de uerb.ſigni.et Bald.in d.l.unic.ne quis in ſua cauſ.iud.et Alexand.cōſil.j.col.tertia, lib.tertio,et deciſ.Neapo. ut Capi.deciſ.cxxiiii.in cauſa domini.in princ.

Contrarium tamen,uidelicet quòd ſententia in cauſa propria lata (ſi non opponitur) teneat uidetur ſenſiſſe Alberi. Fulgo. Pau.de Caſt.et Alex.in.l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.om.iud.et Fel.in.c.cauſam quæ,in.vij.fallen.de offi.deleg. ponderantes il-
95 lud uerbum nō debet,poſitum in. d.l. iuriſdictioni. quaſi quòd iudex non debeat ex honeſtate,non aūt ex neceſſitate.nā ſi quid fit,quod fieri nō debebat ipſo tñ iure tenet.ſecundū Fede.in cōſi. ccxxiii.factum tale.dū uoluit ꝙ ſi Guardianus fratrū minorum executor teſtamētarius deputatus,acceptet,et exequatur, ualeat executio licet acceptare ex honeſtate non debuiſſet, qm̄ in tali caſu non procedit.regula.l.nō dubium.C.de legibus,& pro quo allegant not.per Ioan.And.in.c.Sicuti,ne cle.uel mona.et Federicum ſequutus eſt Roman.cōſi.ccccix.omnipotētis,etc.quoad primum, et Feli.in.c.decernimus,in.i.col.de iud.quamuis Bald. uideatur cōtrarium ſenſiſſe,in cōſi.cccxiii.alias.ccxciii.in.v.parte.uolens ꝙ ſententia arbitramētalis lata à frate minorū, qui nō poteſt in arbitrum eligi propter Cle.exiui de paradiſo, ipſos ſecularibus negocijs implicari prohibentem,nō teneat, quod etiā uidetur ſentire Alex.cōſi.lyii.col.pen lib.iī.et uerius quidem uidetur,ſententiam in propria cauſa dictam non tenere ob legis reſiſtentiam,per iura,et rationes primo adductas.

97 Sed ſi diceretur in cauſa ſuorum,ex quo non militant in omnibus eædem rationes,nec ita enixe à lege prohibitū reperitur,

ac imputandum ſit parti,quæ de hoc opponere non curauit, ipſo iure tenebit,per text.in.l. quinetiam.ff.de arb.& in.l.priuatis.ff.de iudi.& in hoc procedant iura ſecundæ opinionis.Nunquid autem ſententiam dicere quis posſit in cauſa ſui familiaris, uide Feli.in c.cauſam quæ.colum.prima,ubi ponit pro regula quòd non,quam octo modis,limitat,extra de officio.deleg.

Quilibet tamen poteſt aliquam differentiam ex conuentione,ſeu alias ſibi ipſi remiſſam declarare.l.ſi libertus. ff. de oper. liber.l. ſi lege. in princip ff.locati. cum aliis latisſime poſitis per Alex.conſi.xlvii.circa princ.col.ii.lib.i. & conſi. xxxvii. uiſo, col.penult.lib.ii.et eſt communis opinio,ut per eundẽ Alexan. cõſi.lxvii.uiſo.ii.columna.uerſi.faciũt not.lib.ii.& Fel.in.c.ſi diligenti.col.iii.uerſi.alius caſus,de for. comp. Si tamen quis non poſſet aliter ius ſuum conſequi,eo caſu liceret ſibi ipſi ius dicere, arg.l.ait prætor.§.ſi creditor.ff.de his, quæ in frau. cred. &. c.i. xxiiii.quæſt. ii.tenet gloſſ.in c.ius naturale,diſtinct.prima ponit Alexand.conſi.cxxxv.circa princip.col.ij. uerſicu. pro hoc, lib.i.& Deci.conſi.cccc.uiſo.colum.ij.in fi.lib.iii.

Reliquos caſus in quibus licet ſibi ius dicere,uide in Spec. in titulo.de aduoc.§.i.uerſi.qui uult propria autho.& Bald. in ca.i. §.i.de pace Conſtan.& doctores in.l.extat.ff.quod met.cauſ.

98 Siue ponas exemplum de iuriſdictione ratione cauſarũ limitata.ſi iudex ordinarius in aliqua ex cauſis ſpecialiter ſedi apoſtolicæ in ſignum ſupremæ dignitatis reſeruatis, iudicaſſet,quæ plures ſunt,ut notãtur per ordinẽ in ſumma Hoſtiẽ.in tit.de off. leg.§.quid pertinet,col.ii.& gl.in.c.i.in uerb.pertineat, de translatio.Epiſco.& in capitulo ſicut unire, de excesſib.prælat. glo. magiſtralis in capitulo quod translationem, de offici.leg. Bald. in.l.i.C.de iur.aureo.annul.& in.l.ſcripta.C.de precib.Imp.offe. latisſime Spec.in tit.de off. leg.§. nunc oſtendendum, in princi.

99 cum ſequen.colu.Nam cum tales ſint iuriſdictioni Papæ ſpecialiter à iure reſeruatæ:alius præter ipſum,ſine eius licentia ſe intromittere non debet.Et ſi ſecus facit,ex defectu ſuæ poteſtatis inutile eſt,vt tenet Hoſtien.in ſumma,in tit.de ſenten.§.quis debeat uerſic.Ratione rei.& gl.in uerb. legationis. c.i. de off. leg. Prout nec ualeret ſtatutum,ſiue pactum ſuper principi reſeruatis,ut inquit Bart.quem cæteri ſequuntur in.l.omnes populi, in ĩii.quæſt.iiii.quæſtionis principalis,in fi.de iuſt. & iur. cum ibi adduct. Minus etiam in cauſis huiuſmodi principi reſeruatis

tis partium prorogatio aliquid operatur,ut docet Bal.in d.l.i.C. de iur.aur.annul.& tenuit Anto.de But.in c.per uenerabilem,colum.iiij.uerſic.ij.actus legitimati,& ibidem Abb.col.iii.et.vi.extra qui fil.ſint legiti.& idem Anto.in.c.p.&.g.col.penult.de off. deleg.prout refert,& ſequitur Deciſi.conſilio.dlvij.accurate,col. finali,numero.12.libro quarto cum ſimil.

In præmiſsis itaque, et compluribus alijs ſimilib. contingere poterit,quòd poteſtas ipſius iudicis ordinarij ratione cauſarum limitetur,& ſi de illis cognouerit, aut ſententiam dixerit, quòd ſit nullius roboris,& momenti,ut audiuiſti,&c.

100 RATIONE autem ipſorum litigatorum ordinaria iuriſdictio erit incompetens: puta ſi iudex contra perſonam alterius territorii, uel prouinciæ ſententiam tuliſſet, ex quo præſes prouinciæ in homines prouinciæ ſuæ tm̃ imperium habet,non in extraneos.l.præſes prouinciæ.ff.de off.præſid.l. qui neque.C. qui dare tuto.poſſ.l.ii.C.de officio pręfect.urb.dummodo tales, ratione contractus,uel quaſi,ſeu delicti,uel quaſi, aut rei,ſeu poſſeſsionis de qua ageretur,ipſius forum ſortiti nõ fuerint, uel per pactum,aut ſubmiſsionem,uel alias tacite, uel expreſſe in iuriſdictionem ſuam conſenſiſſet,iuxta not.in.l.hæres abſens, ubi glo. in uerbo,debebit enumerans modos forum ſortiendi.ff. de iudi. & text.cum gloſſ.& ſcrib.in capitulo finali, de foro competent. Rot.deciſio.cccclxiiii.ſi quæritur,in no.latiſsime per Specul.in titu.de comp.iudi.adi.§.i.& dicemus infra.

101 Vel cum eſſet iudex ſecularis,inter clericos, contra quos nulla ſibi penitus competebat iuriſdictio,iudicaſſet: nam ipſi ab huiuſmodi iuriſdictione etiam iure Diuino penitus ſunt exempti, per textum in capitulo ſi Imperator,ubi glo.xcvi. diſtinctione, per Innocen.Hoſtien.Ioan.And.Panor.Feli. et alios, in ca.ii.de maiorit.& obedien. ponit Roma. ſing. cccexiiii. Sed an poteſt Papa.et Alex.conſi.viii.uidetur.lib.i.et conſi.cxlix.in cauſa.lib. vi.et deci conſilio.cl.col.ii. uerſi. ſed tamen prædictis, ubi dicit hoc etiam procedere in clericis in minoribus ordinibus conſtitutis,et non ſolum in contentioſa,quinimo etiam in uoluntaria iuriſdictione,per text.in clementi.ne Romam.§.porro de elect. et in conſil.ccxli.ſcripſi.libr.ii.ubi conſuluit iudicem ſecularẽ nõ potuiſſe condemnare in expenſis clericum,qui paſſus fuit ſe condemnari,& nunquam oppoſuit de clericatu: quãuis ſi non fuiſſet iudex ſecularis,debuiſſet ipſum condemnare,per capitulo ex-

ceptionem,cum ibi not.de excep. cum aliis de quibus ibi, & in conſilio.ult.ubi etiam in materia noſtra notanter loquitur.Proceſſus itaq; , & ſententiæ per tales iudices latæ ipſo iure,ex defectu poteſtatis illorum nullæ exiſtimantur,ut eſt tex.in c.Aduerſus.§.quia uero.de immunit.eccle.c.at ſi clerici, de iud.ca.ſeculares,de fo comp.in.vi.cum aliis.de quibus ſupra diximus.

Licet quandoque ex aliquibus rationabilibus cauſis etiã ſeculares iudices de cauſis,et perſonis clericorum, abſque metu cenſurarum cognoſcere poſſint,de quibus per gloſſ.in c. principes. xxiii.quæſtione.v.Specula.in titu.de comp.iudi.adi.§.i.ii.col.et latiſſime Stepha.Aufre. in addit. ad repetitionem clementi.i. de offi.ord. poſt Boniconcium filium Ioann.Andr. & Bernardum Laurentij,in eorum libellis,quos ſuper hoc ediderunt.

102 Vel ſi eſſet iudex deputatus ad certum genus hominum, & iudicaſſet in homines non ſui generis.exemplum patet in l.i.C. de officio magiſ.milit.et l.ii.C. ſi a non compe.iudic. & l.i.C.de peda.iudic.

103 Et ſicut in Romana curia antiquitus erat auditor cameræ Apoſtolicæ,qui ſolũmodo in curiales poteſtatem ſuam exercebat,ſecũdũ Rot.dccxxviii.nota quòd auditor.in anti.et Aegidi. concl.ccx.in cauſa.et.dviii.quod auditor,et.dv.in cauſa cũ ſimil.

104 Aut quòd perſona,contra quam proceſſum fuit, ratione alicuius præcedẽtis adminiſtrationis,uel dignitatis,aut officij,quod exercuiſſet,uel exerceret,ſub ſimili iudice conueniri non potuiſſet,ut patet exemplum in l.fi.C.ubi ſenat.uel clariſſ. circa mediũ illius legis,ubi perſonæ illuſtres,de quibus ibi coram alio,quam principe,uel eius ſpeciali delega.cõueniri,aut cõdẽnari nõ poſſũt.

105 Vel prout ſunt ii,qui in aliqua ciuitate legationis munere funguntur,uel qui ob aliquam publicam cauſam in aliquo loco reperiuntur,quibus uolentibus,et petentibus, priuilegium iuris re uocandi domum,ne ab officio ſuſcepti muneris abducantur,cõpetit,ut in l.ii.§.legatis,uſq; in fine,& l.ſi quis in legatione l.non aliter in eos,cum quatuor ſequentibus legibus.ff.de iudi.§.ſi uero Epiſcopi,ubi gloſſ.in uerb.ſi uero, in auth.de ſanct.Epiſcop. c.fina.de fo.compe.c.propoſuit,de dilat. eſt deciſi. dominorum. clxxxvi.not.quòd illi,et Rot.deçiſ.dcccxxix. nota quòd ſi illi, ubi ponit hoc non procedere in curia Romana,in antiq.

Debent tamen taliter priuilegiati priuilegium ſuum allegare, ſi illo uti uolunt,alias proceſſus non eſſet nullus, ut in d.c.fi.ibi,

quam

quam ſi tunc allegaſſet,&c.de for.compe.et l.ſi quis ex aliena.ff. de iudi.l.ii.ff.ſi quis cautio.& caſu quo tunc procederetur,poſſet etiam appellare,ut l.i.C.de app.& c.ex parte,cod.tit. cum ſimil.

106 Vel pone quòd ſententia, aut proceſſus eſſent fabricati contra perſonam,non tantum ſuæ,quinimo nec alterius uiuentis iudicis iuriſdictioni,et poteſtati ſuppoſitam, puta contra aliquem defunctum,et tunc in rerum natura amplius non exiſtentem: in quo nullus actus concipi,uel ſuſtineri poteſt, per text.et ibi do. in l.in ſumma.§.ſi.ff.de re iud.l.Paulus.ff.quæ ſent.ſine appellat. reſcind.l.de qua re.§.fina.ff.de iudic.tenet deciſi.Neap. ut per Capi.deciſio.i.colum.vii.numero.26.Etiam quòd actus,ſeu ſententia in eius fauorem conciperetur, quia nihilominus non ualeret. l.eius qui in prouincia. uerſic.quòd ſi ſtipulator.ff.ſi cert.pet.per quem text.hoc tenuit ibi Paulus Alexand.et Iaſ.ff. ſi cert. pet.et Bartol.Paul.Alexand.in d.l.in ſumma.§.fina. niſi fauor,et utilitas Eccleſiæ concurrerent,ſecundum Bald.in l.unica.§.in principio.C.de Cadu tollen.uel niſi procurator ad illam cauſam conſtitutus ante mortem fuiſſet litem conteſtatus: uel dominus de iudicatum ſoluendo ſatiſdediſſet, præſente et non contradicente ipſo procuratore: his caſibus ſententia in fauorem, uel contra defunctum ferri poterit, dummodo in perſonam procuratoris formetur et concipiatur l.Nulla.& ibi doctrina Bald.C.de procurato.l.defunctus.ff.eo.ponit idem Bald.in l.prima.uerſi. quæro mortuo.C. de ſent. et Abbas in capitulo mandato. ſecunda columna,de procurato.Ioannes Millis, in uerbo, ſententia lata contra defunctum.& Caſſad. deciſione ſecunda, numero undecimo de appellation.

107 RATIONE loci poteſtas iudicis ordinarij limitabitur, et incompetens eſſe poterit,ſi extra territorium ſuum conſtitutus ſententiam tulerit,quia cum iuriſdictio inhæreat perſonæ in loco duntaxat,ideſt territorio exiſtente, quandocunq; extra territorium iudex fuerit,habebitur pro priuato,ut l.iii.de off.præſ. et l.obſeruare.§.ingreſſus.ff. de officio proconſu. Ideo ſibi extra territorium ius dicenti impune poterit non pareri.l.fin.ff. de iuriſdict.omnium iudicum l. Duumuirum.C.de decurio.lib.x.ca. ut animarum,in fine,de conſtitu.lib.vi.c.penul.de off.uica.quoniam (ut dixi) tunc priuatus eſt, ut in d.l.iii.ff. de offic. præſ.et not.in l.ſi pupillus.§.territorium,de uerbo.ſignifi.et in l.i.§. initio,et l.fin.ff.de offic.præfect.urb.

108 Idem ſi fuiſſet in territorio, ſed in loco exempto, capitulo cũ epiſcopus, ubi gloſſ. in uerbo non exempt. de offi. ordi. in ſexto. ubi Dominic. in quarto nota. dicit locum exemptum intra diœceſ. quo ad iuriſdictionem per ordinarium exercendam, loco extra territorium æquiparari, & idem uoluerunt Ioan. And. & Dominic. in c. ii. de conſtitu. eodem lib. dicentes ſtatutum Epiſcopi non ligare delinquentem extra diœceſim, ſeu in illa, ſed in loco exempto conſtitutum, idem tenet idem Dominic. in c. i. §. fi. col. fi. de priuil. lib. vi. alleg. gl. in clem. i. in uerb. aut aliqua. de foro cõpe. prout refert, & ſequitur Iaſ. in l. fi. ff. de iuſti. et iure.

109 Idcirco ſi iudex ſecularis in Eccleſia, in territorio ſuo exiſtente ſententiam protuliſſet, non ualeret, capitulo decet. §. omnes ordinarij, de immunit. eccle. in ſexto, ubi gloſſ. quam ualde extollit Abbas in capitulo qua fronte. in. i. no. de appel. & facit tex. in c. i. de immunit. eccleſ. dummodo ſententia, ſeu actus non foret actus pius, puta datio tutoris, quia tunc ſuſtineretur, ut conſuluit Signo. de Homod. conſi. xxxii. datus eſt iurator. et Ang. Peruſinus, in. l. iuſiurandum, et ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff. de iure. iur. quos referendo ſequitur Iaſ. in. l. i. §. i. col. i. ff. de feriis. Si uero iudex foret eccleſiaſticus, utiq; geſta ualerent, per text. in d. c. decet. §. fi. et tenet Abb. in d. c. qua fronte, et per eundem in c. fi. nume. 18. de feriis, et Bal. in l. nemo martyres. C. de ſacroſan. eccle. Præmiſſa intelligas de actibus contentioſis, non uoluntariis: nam tales iudex ordinarius extra territorium exiſtens explicare poterit, ut puta manumittere, beneficia, ſeu priuilegia conferre, præſentatos inſtituere, et ſimilia: ut uolunt docto. in. l. ii. ff. de officio proconſ. et lega. Et Canoniſtæ in. c. Nouit. de offic. legat. reaſſumpſit Boer. deciſ. xxx. ubi plura allegat.

110 Siue quòd iudex extra locum maiorum, ubi ius reddi, conſuederat, ius dixerit, quia tunc uidetur id, quod geſtum eſt extra locum illum, non ualere. l. cum ſententiam. C. de ſenten. l. fin. ubi

111 pleniſſime ſcrib. de iuſti. et iur. Nam quando iudex ordinarius habet locum certum, aut ſolitum, et antiquum, in eo ius dicere debet, et ſi non habuerit, illum in qualibet ſui territorii parte dũmodo locus ſit honeſtus, et partibus tutus, deputare poteſt, capitulo nouit, de off. deleg. c. cum Epiſcopus, de off. or. in ſexto iuncta. l. ſi cum dies. §. arbiter. ff. de ar. Et ubi cœptum fuerit iudiciũ, ibi finiri debebit. l. ubi cœptum. ff. de iud. niſi ex aliqua rationabili cauſa ſe ad alium locum transferre iudicanti uiſum fuerit,

quo

quo caſu poterit locum ſolitum mutare,ut dicit Alberi.de Roſ. in d.l.cum ſententiam,et in l.i·C.de ſententia ex breuic recit.Specula.in titulo de ſententia.§.iuſta.in uerbo.quid ſi pronunciat in alta turri,et uidetur text.in d.c. Cum Epiſcopus, ubi Petrus de Anchar.et Geminia.dixerunt locum maiorum in iudice ordinario eſſe omnem locum exiſtentem intra territorium : ſi modo contraria conſuetudo non obſtet,ut per gloſſ.in authent.de teſt. in uerb.apud eundem,in.§.multæ,de quo latius dicemus infra.

112 RATIONE temporis iudex ordinarius incompetens eſſe poterit,ac ſua iuriſdictio limitata , ut puta quòd iudex ſententiam dixiſſet tempore quo iam finierat magiſtratus,quaſi anno iam decurſo, iuxta tex.in l.pars literarum.ff. de iud.et.l. Publius in princ.ff.de condi.et demonſtra.

Eo nanque tempore quo priuatus eſt , quicquam facere non poteſt.l.eum qui.ff. de iuriſdictio. omnium iudicum , et arg.l.ſi cui.§.tandiu.ff.ex quib. cauſ.maio.et l.i. in fi.C. de arb.l. ſi cum dies.§.ſi intra diem.l.non diſtinguemus.§.die.ff.eod.titu.

Veruntamen ſi fuerit rector,aut præſes unius prouinciæ,etiã quòd tempus officio ſuo præſtitutum præterierit,ne tamen prouincia ſine iudice relinquatur,ſed adſit per quem negotia prouincialium expediri poſſint : et ſi tempus officii finitum ſit, non tamen dicitur finitum officium, donec eius ſucceſſor aduenerit, et ipſe de aduentu huiuſmodi certificatus ſit,iuxta textum in l.obſeruare.§.antequam,de officio proconſul.

113 Nam per duos dies antequam ſucceſſor ingrediatur prouinciam,uetus magiſtratus ius dicere poteſt,per tex.in auth.de adminiſt.§.fin.et l.meminiſſe,de offic.proconſ.et l.unica.ff.de officio præfec.auguſt.Quinimo ab eo geſta indifferenter antequam ſciat ſucceſſorem aduiniſſe,rata habebunt.l. ſi forte.ff. de officio præſi.et uidetur tex.in.l.ũnica.§.adminiſtrationem.C.ut omnes iudic.tam ciuil.quàm cri.per quem text.ita dicit Guid.Pap.quæſtione.dj.Vacante.ponunt ſcrib.in.l.eum qui.et aliquid per Feli. in cap.conſuluit,col.iii.uerſic.glo.in uerbo exequi,de offi.deleg. et facit tex.in l.uenditor.§.fin.ubi gloſſ.ff.de iudic.ponens quòd iudices a primo præſide dati durabunt etiam in tempus ſucceſſoris,et poterunt ad cauſas coram ipſis cœptas expediendum , ab eodem ſucceſſore cogi.

114 Vel pone quòd iudex ſententiam tulerit, tempore quo non erat amplius iudex , eo quia ſemel in cauſa illa ſententiam tulerat,

rat,et quaſi functus officio ſuo deſierat eſſe iudex: nam ubi iudex ſiue ordinarius,ſiue delegatus.ſeu arbiter, rite,et recte procedens,ſemel diffinitiue,uel etiam ſuper incompetentia, aut alio modo uim diffinitiuæ habente,uel propter quod deſinat eius officium,condemnando,uel abſoluendo, aut quicquam aliud ſtatuendo,uel declarando, ſententiam dixerit, incontinenti, habita huiuſmodi ſententia pro abſoluta,eius poteſtas expirat, ac officium,et authoritas ceſſant,ideoque nec ſententiam prius dictam reuocare,corrigere,uel ſub quouis etiam erroris prætextu, emẽdare regulariter poterit,ut de ordinario eſt tex.in l.iudex.poſtea quàm.et l.quòd iuſſit.et l.acta.§.de amplianda. et l.cum quærebatur.ff.de re iud.l.i.§.fin.ff.de quæſt.l.diui fratres.l.moris.§.iſte ff.de pœn.et l.poſt ſententiam.C.de ſentent.l.ii.C.de ſentent. ex breui.recit.& l.i.C.ſententiam reſcindi non poſſe. cum ſimil.

De arbitro eſt text. in l.dicere cum duabus ſequen.legibus.ff. de arbit.De iudice delegato habetur in c.in literis,capitulo ſignificantibus,capitulo cum ſuper, capitulo uenerabili, in fin.de off. delega.capitulo Iudex ab Apoſtolica, in fi.eod.tit.lib.vi.

Quæ tamen fallunt in principe,qui poſt ſententiam quãtumcunque diffinitiuam remanet iudex, et quicquid faciendum putauerit,facere poteſt,ut l.i.§.fin.ff.de quæſt.et d.l.moris, et l.diui fratres.Fallit etiam in ordinario,qui nulliter proceſſit,et ſententiam dixit: nam illa ueluti nulla poſthabita de nouo cognoſcere poterit.l.i.in fin.C, de ſenten.l. accuſatoribus.C. de accuſa.l.ſi præſes.C.quomodo,et quando,uel ſi coram eo aduerſus ſententiam per eum dictam reſtitutio in integrum peteretur,ut.l.in cauſa.§.fin.ff.de minor.

Fallit etiam in arbitro, et delegato, qui formam mandati, & compromiſſi non ſeruarunt, quo caſu non uidentur officio ſuo functi.l.dicere,in fi.ff.de arbi.& alias dixi.

Reliquos caſus in quibus poteſt ſententiam iudex retineat poteſtatem immutandi,declarandi,interpretandi, reuocandi,uel diffinitiue ſeu interlocutorie pronunciandi ultra doctores in locis ſupra adductis. uide Hoſtien. in ſumma.in titu.de ſentent.§. quot ſunt eius ſpecies columna.ii.in fine.et in.§. qualis.in princ. et glo.in d.l.i.C.de ſentent. reſcin.non poſſ. Guiliel.de Cun.in l. quia arbiter.ff de arbi.ubi dicit quòd recitata ſententia incontinenti deſinit eſſe iudex,præterquam in acceſſorijs,ut puta expenſarum: per.l.Paulus.de iudic.cum pluribus adductis per Alex.

conſil.

conſil.xc.fere omnis. libro.i.et conſil. clxxx.lib.iii.deciſ.conſil. xliii.col.ii.nu.3.latisſime ponit regulam, & Fallentias in huiuſmodi materia.Feli.in c.qualiter, et quando.el.i.extra de accuſat. columna quarta,ubi docte et copioſe (eius more ſolito) diſſerit,poſt Imol.Roma.Alex.& alios in l.quod iusſit.ff. de re iud. et in l.iudex,poſteaquam.eod.tit.late etiam ponit Vital, in trac. clauſ.ſuper clauſula,non errore ducti in.vi.ſed an iudex.& Ant. Capicius in deciſ.Neapo.deci.i.col.vj.uol.iii.uideamus.

115 Potes etiam exemplum ponere, ſi iudex ſententiam tuliſſet inſtantia perempta,uidelicet poſt terminum a lege.communi.ſiue ſtatuto,aut reſcripto ipſi ius dicenti,ac ſuæ iuriſdictioni præfixum.Nam tu ſcis quòd de iure communi,ne lites fiant immortales,generaliter ſtatutum eſſe,quaſcunque cauſas, criminales uidelicet intra biennium,et ciuiles intra triennium, a die litis conteſtatæ numerandos, terminari debere.l.properandum.in princip.C.de Iud.et tot.titu.ut infr.cer.temp.cri.quæſtion.terminen. et dicto termino decurſo,inſtantia dicitur perempta: et pereunt omnia inſimul acta litis ordinaria, remanentibus deciſorijs. iuxta.l.ij.cum ibi not ff iud.ſol.cum alijs,de quibus per Alex. con ſil.lviij.uiſa.lib.ij.et conſi.ccix.in cauſa.poſt prin.lib.vij.

Vnde termino huiuſmodi inſtantiæ effluxo, ſi fertur ſententia,eſt ipſo iure nulla; ut communiter notant docto. in d.l.pro perandum. in prin.et de communi opinione atteſtatur Iaſ.in.§. rurſus uerſicul.quid autem ſi reſtitutio fuerit conteſta.inſtitu. de actio.Idem atteſtatur Pau.de Caſt.conſi.clxxxiiij uidetur dicendum.col.i.uerſi.quinto et ultimo.in prima parte.et Feli. in ca.de cauſis.col.fi.uer.concluſio ſit, ubi dicit iſtam concluſionem ibidem doctores omnes tenere,de offi.deleg.et ponit Alex.conſil. cxxxvi.in cau.in princ.cum conſi.ſeq.in princ.lib.ij.et conſilio. clxvi.in cauſa,in princ.lib.vj.

Quod procedit etiam ſi inſtantia huiuſmodi foret per ſtatutum,uel etiam legem communem diminuta et abbreuiata:prout eſt in cauſa appellationis, pro qua expedienda datur annus, & ex cauſa biennium: ut in c.Romana.de appellatio.et in clemen. ſicut,eodem titu,et authen.ei qui.C.de tempo.appella.quo tem-

116 pore fatali decurſo inſtantia huiuſmodi cauſæ perimitur: & ſententia ex poſt ſuper negotio principali lata,eſt ipſo iure nulla.cle.pen.de appel.tenet Rot.deci.dcim. dic quod ſi appellatio. in antiqu.et Alexand.conſi.lxiiij.uiſo.lib.vi.et conſi. lix.col.iij. lib.iiii.

lib.iiii.et conſi.lxxix.in princ.lib.vii.de quo tamen uidetur dubitaſſe Aegid.conclu.ccvii. auditor. ſed ipſe loquitur in diuerſis terminis.et quòd ſentētia in caſu noſtro,ſit nulla,ex defectu poteſtatis,uidetur eſſe ex eo, quòd inſtantia cenſetur cauſæ et iuriſdictioni præfixa : ut ſentit Bal.in d.l.properandum.in.ii.col. Et propterea cōſueuit adhiberi cautela,ne inſtantia effugiat: ut acta exhibeantur coram iudice appellationis : et illis exhibitis idem iudex interpelletur pro expeditione : nam facta ſimili proteſtatione iudex quaſi negligens conſtituitur : et in præiudicium partis tempus non currit : ut in authen.Item ſi.C. de temp.appel.et ponit Pau.de Caſt.conſi.clxxxiiii.uidetur. col.fi.libr.i.et Alex. conſil.lxiiii.uiſo proceſſu,col.i.in.i.parte et conſil.lxix.in cauſa, col.fin.et conſi.cc.uiſo.in fin.lib.vii.deci.Neap.l.iudices. col.iii. et idem Alex.conſi.clxiiii. uiſo proceſſu. col.fin.lib.ii.et clarius conſi.lxiiii.uiſo proceſſu.col.i.lib.vi.uel ſi currit, actor nihilominus erit reſtituendus aduerſus lapſum huiuſmodi: ut communiter tenent doctores ſecundum Abb. in c.uenerabilis.colū.iiii. in princ.de iud.quem etiam ad hoc retulit et ſequutus eſt Alex. conſi.xlii.in cauſa.col.iiii.uerſ.et an reſcriptum lib.iii.et uide eūdem conſi.lxxii.uidetur.in prin.codē lib.et deci.conſi.dclxxvii. uiſis et melius conſ.ccclvi.in cauſa et Bal.in l.fi.§.illud.C.de tēp. appel.quod procedit (ut dixi)in cauſa appellationis,non autem in prima inſtantia,in qua tempus indiſtincte currit : ut declarat Millis,in uerb.inſtantia cauſæ.et deci.Neap.ut per Capi.deci.xi. col.fi.ubi uide. Item ſecus foret parte de ſua diligentia non proteſtante,neque inſtanter iudicem pro expeditione interpellante : quia tunc iudex non præſumeretur in aliqua negligentia,et tempus cucurriſſet : ut probatur in l. ſi quando. ibi per eum ſteterit &c.C.de teſtibus.et in l.quibus diebus.in princ.ff.de condi.et de mon.ponit Bar.in l.damni.§.Sabini.de dam.infect.et in d.l.properandum.§.ſinautem utraque. poſt gl.in uerſi.prope et in c.cupientes.in.§.quòd ſi.et ibi Imo.de ele.in.vi.et Feli.in c. licet cauſam.col.xv.uerſi.Item non ſufficeret.de probat.et faciunt ea quę ponit Alex.conſi.xix.uiſo.col.ii.lib.i.et melius in conſi.cxiiii.uiſa.col.ii.libro.v.an autem ſufficiat unica interpellatio pro cauſæ expeditione : uel potius requiratur trina : ponit Paris in tracta. ſynd.in uerb.inſtantia.uerſicul.dicit conſtitutio, in fin. ubi concludit quòd ſufficit una interpellatio, quando non reſtat aliud quàm pronunciare ; ſecus ſi adhuc cauſa non eſſet inſtructa, neque

que in calculo ferendæ ſententiæ: quia tunc non uideretur ſtare per iudicem,ut ibi per eum.

Et quoniam inſtantia huiuſmodi à iure communi præfixa, hodie cõmuniter per ſtatuta terrarum,ac conſtitutiones locales alteratur:ad cognoſcendũ nunquid ſentẽtia dictis terminis,et in ſtãtijs effluxis lata,ſit nulla,erit diligẽter ad uerba hmõi conſtitutionum,ſeu ſtatutorum,aut reſcriptorum conſiderandum.

118 In primis nanque ſi fuerit iudex delegatus,ſiue iudici dirigantur uerba,ſiue iuriſdictioni, cauſæ,uel partibus, quandocunque (tranſacto termino,intra quẽ cauſa decidẽda fuerat) ſententiam proferat,erit indiſtincte ipſo iure nulla: cũ mandatũ iuriſdictionale per lapſum tẽporis expirauerit:ut.l.ii.§.ſi iudex.ff. de iud.c. in cauſis,de offi.deleg.et loquens de arbitris,eſt tex.in.d.l.i.C.de arbitr.&.l.nõ diſtinguemus §.ii.&.l. ſi cum dies.ff. eodem titulo niſi terminus & inſtantia aliter per partes prorogata fuerit: nam poſſunt illam uſque ad terminos inſtantiæ iuris cõmunis prorogare,non ultra,ut.d.c.in cauſis.et tenent docto.in d.l.properandum.ubi poſt alios Iaſ. ſuper.v.notabili declarat.

119 Si uero fuerit iudex ordinarius, puta magiſtratus municipalis.tunc ſi tẽpus præfigitur cauſæ et inſtãtiæ, prout eſt qñ ſtatuitur,quòd quælibet cauſa intra certũ tẽpus expediri debeat;uel ꝙ poſt aliquot(puta triginta)dies inſtantia cauſæ perempta cenſeatur: ut ſit in d.l.properandum, & in rub ut intra cert.temp.&c.

120 Et in dubio hoc ſemper præſumere debemus: uidelicet quòd tempus cauſæ et inſtantiæ præfixũ intelligatur,ad effectũ ut immortalitati litiũ obuietur:ut declarat Bal.in.d.l.fi.C.ut intra cer. temp.et.l.obſeruare.§.proficiſci.iii.q.ff.de off.proconſ.et.l.ſequẽti.Rota deciſi.ix.nu.4. de appel. per Caſſad. et pro concluſione ponit Feli.in.c.uenerabilis.col.vi.uerſi. ſecunda cõcluſio.de iud.

Iſto igitur caſu ſi decurſa inſtantia,ſententia lata fuerit, erit ipſo iure nulla.et ita loquitur Bald.in.d.l.properandum in princ. col.ii.uerſi.quæro.ubi dicit,quòd hæc opinio cõmuniter approbatur:et eſt in frequenti uſu: his etiam terminis loquitur Paul, de Caſt.d.conſi.clxxxiiii.col.ii.ubi dicit quòd hæc fuit opinio Richardi. Malum.quæ eſt uerior & communior,in prima parte,& eam tenet Alex.conſi.lxxxii.uiſo proceſſu,in princ.lib.iii. et Rom.ſing.dcclxxxviii.poſt lapſum,et deciſ.Neap.cclxxxiii. diu.col.ii.et Abb.poſt alios in.c.penul.col.penul.in uerb. de iure.de iud.ubi etiam dicit iſtud dictum eſſe communius, et idem

M atte-

atteſtatur.d.Socy.ibi.in.xv.art.principali, ad quem in materia inſtantiæ ſemper recurras quia ponit et illam examinat ibi per articulos.xxxii.principales,et melius quàm alibi.

Idem foret etiam ſi uerba dirigerentur iudici,et iuriſdictioni, ſeu officio eius ſimul,ut puta ſtatuendo quòd iudex deberet intra certum terminum cauſam expedire:et termino huiuſmodi de curſo,nequiret ſe ulterius intromittere: Aut.quòd ſuper debito cognoſcere non posſit,niſi uſque ad annos decem, et alias iuxta terminos quæſtionis poſitæ per Bar.in.l.omnes populi. in ſecũda quæſt.principali.de iuſt.et iur.et Alex.conſi.cxxxviii. Lancelotus col.ii.lib.ii.his namque caſibus tempus conſtitutum diligenter obſeruare cõuenit:ut inquit tex.in.l.ſcire oportet.§.multũ.&.§.cõſequens.ubi hoc notant doct.ff.de excuſ.tut. quia termino hmõi elapſo expirat eius poteſtas.arg.d.l.ii.§. ſi iudex. de iud.et.c.in cauſis.et tenet Bal.in auth.cleric.col.ii.uerſi.ſed iuxta hoc quæritur,de epiſcop. et cler.cum alijs ad hoc congeſtis per Alex.conſil.cxxxvii.in cauſa.poſt princ.lib.ii. et facit etiam id quod ponit conſi.lxxxiiii.conſideratis,col.fina.in fin.lib.iiii.

Si autem uerba ſolum iudici dirigerentur,foret aduertendum quibus uerbis ſtatuentes uſi fuerint: Nam ſi dixiſſent ꝙ iudex
121 non posſit certo termino decurſo aliquid facere,idem dicendũ uideretur,ex quo per illud uerbũ nõ posſit negatiue poſitũ, tollitur omnis potentia,ſecundũ gl.ordinariã.in.c.j.in uerb.non poteſt.extra de reg.iur.et de quo per docto.in.l.Gallus,in princ.de libe.et poſthu.ubi Iaſ.d.glo.illã cõmuniter approbari. et in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uerb.oblig. et gl. illam uocat ordinariam Panor.in.c.ſi quis contra.de foro compe.et alias dixi.
122 Sed ſi ſimpliciter ſtatuentes dixiſſent,iudex nõ faciat, non ſe intromittat,nõ cognoſcat,uel per ſimilia uerba ſimpliciter prohibitoria:ſi ſtatuentes ipſi ulterius non proceſsiſſent,idem putarem, uidelicet ſententiã contra huiuſmodi prohibitionẽ latam, ipſo iure nullam,per reg.l.non dubiũ.C. de leg.et.l. iubemus.§. ſane.el primo.de ſacroſ.eccl.et.c.quæ contra ius.de reg.iur.c. imperiali.xxv.q ij.eſt gl.in uer.inhibentes,in cle.i.de iurepat.quam reputat ſingularẽ Panor.in.c.ex parte.in fi.de conſtit.et hoc medio arguendi utitur Alex.conſi.lxxvii.uiſis dubitationibus , in princ.lib.iij.et conſi.lxxxi.Ponderatis.nu.4.lib.2.et Dec.conſi. lxxxiiij.in princ.lib.j.et cõſ.cccccxciiii.col.pen.et.fi.et cccccxcix. colu.iii.et.dii. in princ.etiam in iſtis terminis loquitur Paul. de

caſt.

caſt.conſ.clxxxiiij.col.j.uerſi.v.et ult. lib.i. nam quòd ſimilis iudex talia faceret, non fuit ſibi data, imo expreſſe prohibita omnis poteſtas:ideo ex defectu poteſtatis ſententia ſua corruet, etiã quòd partes conſentirent:quia quòd perempta inſtantia, non ſit perempta, partes et iudex facere non poſſunt : ut in terminis inquit Alex.conſi.dccclj.uiſo proceſſu.in princ.lib.iii.Sed ſi uerba
123 iudici directa eſſent inſtructoria, et quaſi officij ſui excitatoria, ut puta Iudex expediat, ſiue quãdo fuiſſent prohibitoriã : et ſtatuentes(ulterius procedendo)pœnam ipſi iudici contrafacienti adieciſſent, ſententia tunc, ſeu actus, in contrarium facti, ualerent.etiam dictis ſtatutis ſeu terminis decurſis, licet iudex pœnam incurreret, ut inquit Pau.de caſt. in d.conſil.clxxxiiij. in.ij. col.in prin.ubi aſſerit iſtam eſſe commune opinionem legiſtarum.in.d.l.properandũ.et ponit Alex.cõſil.lxxii.col.fin.uerſi.ii. reſpondeo.lib.vj.et cõſi.clxxxj.in cauſa.col.ſi.uerſi.ii.reſpõdeo. et conſ.xxiiii.in ſi.eo.lib.et cõſi.xxiiij.inſpecto.col.j. lib. iiii.et Dec.cõſi.d.iuridicã.col.ij.uerſ.nõ obſtant.lib.iiij.et uide Parid.in tract.Synd.in uer.inſtãtia, cũ ſeq.uerſ.ubi plura.quãuis cõfuſe, et inordinate, ſuo more ſolito, poſuit.tenent omnes doct.in.d.c.de cauſis.prout aſſerit ibi Fel.col.iiii.uer.limita.j.de offi.deleg.
124 Actus nanque contra legẽ pœnalem factus nõ eſt nullus, ſecundum Bal.in.l.ait prætor.§.1.ff.de dam.infec.ponit Abb.et Feli.poſt alios col.v.in uerb.limita.j.in.c uenerabilis, de iudi. et in d.c.in cauſis, de offi.deleg.Et tenet Abb.in.c.ueritatis, col.xi.in uerb.nõ obſtante.extra de dolo et cõtu.et gl.in.c.j.in uerb.cauſam.in ſi.de ſent.excõ.in.vi.Aduertas tamẽ quia.d.Socy.in.d.c. i.art.xii.principali diſputando materiã aſſerit quòd communis opinio ſimpliciter tenet, ꝙ per lapſum tẽporis ſtatuti ipſi iudici, non pereat inſtãtia.et per conſequens quòd acta ex poſt (dummodo ſit intra tẽpus inſtantiæ iuris cõmunis) per ipſum facta, indiſtincte ualeant. Sed ego intelligo cõmunem opin. ut ſupra.

Si autem terminus præfigeretur partibus litigantibus, uel illorum actioni:et iudex extra illum terminum pronuntiaret, ſententia non conſueuit eſſe nulla:prout præmiſſa diſtinguendo uidetur tenere Barto.in.d.l.properandum.poſt Iaco. Butr.et Oldr. et quam doctrinam Iaſ.ibi aſſerit, quem cæteri omnes ſequuntur:prout illam ſequuntur etiam Canoniſtæ in.d.ca.penulti. ubi Abb.col vi.et in.d.c. in cauſis.de offi.delega. et ad iſtud dictum ultimũ uide Parid.in loco de quo ſupra.ubi dicit ꝙ ſtante ſtatu

M 2 to,

to,quòd ſi quis intra terminum octo dierum non dederit petitionem,ulterius non audiatur:ſi iudex cõſtito ſibi de lapſu octo dierũ proceſſerit,proceſſus eſt nullus:ſecus ſi ignorauerit lapſum temporis.quia tunc proceſſus eſt ualidus , & propterea ꝙ iſtud debet in actis opponi,et allegat Bart. in.l. abſente.de cenſi.quæ lex non reperitur in libro meo.et in.l.i.§.accuſationem uerſi.circa legem iſtam.ff.ad Turpil.et Bal.in.l.non dubiũ.in fi.de leg. et l.i.ff.de in ius uoc.et Roma.conſi.xv. cum alijs de quibus ibi.

125 Et quandocunque perempta fuerit inſtantia, iudex etiã parte nõ opponẽte debet ĩ cã ſuperſedere:ut docet Alex.in cõſ.xxxix. uertitur lis.in princ.lib.v.per not.in.l.i.C.ut quæ deſunt aduoc.

126 Inſuper aduertas quia inſtantia legis properandum , de iure Canonico non procedit:ut inquit Hoſt.in ſumma de iudi.§.quæ ſunt.col.iiii.ideo cauſa in prima inſtantia quãdocunque, abſque aliqua termini præfixione,cognoſci poterit,per tex. in.d.c.pen. ubi.d.Abb.in.ij.colu.in uerb.prima eſt.per illum text. Aſſerit à doctoribus modernis communiter ita teneri,et ſe.Rot. cccexi. ſi lite pendente.in no.quæ dicit litem non finiri niſi per ſententiam.ſecundum Ro,de quo ponit.d.Gome.ſuper reg. de annal. quæſt.xliiii.& Caſſad.deciſi.v.nu.4.ut lit.pend. et uere communis eſt opinio,de qua atteſtatur Feli.in.d.c.in cauſis.in princ. de offi.deleg.& Iaſ.in.d.l properandum in princ.col. pen.in fi. An autem eadem lex procedat in cauſis ſummariis & executiuis,in quibus non conteſtatur lis,uide Alex.in conſi.l. uiſis. colu.ii.& iii.lib.ĩi.et conſi.clxxxi.in cauſa,in fin.lib.vi.

127 Intelige inſuper quòd perempta inſtantia iudex non poſſit iudicare,uidelicet in negotio principali condemnando , uel abſoluendo:ſed bene inſtantiam peremptam , uel ſe non iudicem, ſeu reum cõuentũ ab obſeruatione iudicii abſoluendũ, et actorẽ in expenſis fore condemnandũ declarare poterit:per.l.fi.C.ſi intra cert.tem.l.ſi præſes quaſi deſertam,et ibi gl.C. quom.et quã. Inno.in.c.fi.de iudiciu. Alex.in cõſi.cxxxvii. in prin.et.cxxxvi. in prin.lib.ii.et.conſil.xxxix.uertitur lis in princ.lib.v.Roma. ſingul.dcclxxxviii.Deci.conſil.xxxiiii.in fi.lib.i. & tenet Rot. deciſi.xcviii.licet.in no.abſque alia deſuper ſpeciali cõmiſſione, etiam quòd foret iudex delegatus:cum hoc ſit quodam incidẽs in cauſa:ut tenet Rot.deciſio.clxiii. auditor,in no.& dcxcii. qualiter.in antiq.et Aegid.conclu.xxii.& concl.xxviii.iudex.licet. ex ſtylo palatii inter dominos.conſueuerit etiam ſuper hoc requiri

quiri ſpecialis commiſsio,ex quo ipſi ſtrictiorem quàm alij delegati habent iuriſdictionem:ut per Rot. dxcix. licet iudex. & dccccxviii.ſciendum eſt,in antiq.Nota etiam quòd tempus inſtãtię huiuſmodi ſiue de iure cõmuni ſit,ſiue ex forma ſtatutorum, licet à iudice, ſeu partibus posſit ſuſpendi, prorogari tamen nõ poteſt:ut tenent docto.in.d.l.properandũ.& ponit Alex.conſil. xxiiii.inſpecto.col.ii.in fi.lib,iiii.ubi late ponit.& cõſ.lxiiii.circa col.i.eo . lib.& Paris de put.in tract. de ſynd.in.§.reſtat unum aliud.in princ.ubi hoc dicit procedere etiam quòd talis prorogatio eſſet facta cum iuramento partium,quia iuramentum non firmat actum contra publicã utilitatem. Talis igitur prorogatio ſolummodo per principẽ fieri poteſt qui inſuflat,ſpiritũ uitæ, & illã quaſi Deus terreſtris uiuificat:ut dicit Ang.in.l.ii. C. de tẽp. app.quem retulit & ſecuta eſt dec.Neap.ut per Capic. dec. clxv. in cauſa domini.& in curia quotidie experimur. Id etiam tenet Canoniſtæ in.c.ex ratione,ubi Abb.col.iii.in prin.& Feli.col.i. uerſi.ii.dum firmat Abb.extra de appel.& Alex.cõſil.cxxxvii. in cauſa.col.ii.lib.ii.Et in præmisſis uide Boer. in hac materia, utiliter loquentem deciſ.ccxlviii.col.vi.cum ſequ. ubi inter alia. ponit,nunquid reparatio inſtantiæ fiat ipſo iure,uel ope reſtitutionis,& qñ inſtãtia hmõi perempta à principe reparari debeat: & tunc quis teneatur ad expenſas retardati proceſſus,ibi uide.

128 Vel pone exemplũ de iuriſdictione ratione temporis limitata ſi iudex tẽpore,quo iuriſdictio & poteſtas ipſius erat à iure, uel ab homine ſuſpenſa, ſententiã tuliſſet nã geſta p iudicẽ ſuſpẽſam iuriſdictionẽ hñtem,ſunt ipſo iure nulla.per text. in.c. quia diuerſitatẽ de conceſ.præb.eſt gl.in.c.præſenti.in uerb.ad cautelam.de ſenten.excom.in.vi.& hoc probat Aegid.concl.dcccxiii. proceſſus.Et tenet Rot.deci.dlxx.iudici deleg.in antiq.

129 Ratione autem tẽporis ſuſpenditur iuriſdictio,et exercitium illius impeditur,puta ob ſuperuenientiã feriarũ,ſiue feriæ fuerint indictæ in honorem dei,& ſanctorũ,de quibus in.l.omnes. &.l. fi.C.de feris.&.c.fi.eo.tit.ſiue repentinæ , id eſt ob res publicas proſpere geſtas,aut aliã publicã gratulationẽ,ab ipſo principe in dictæ,ut in.l.nullo.C.eodem.l.ſed & ſi.§.ſi forte.ff.ex quib.cauſ. maior.quæ feriæ repẽtinæ primis adæquãtur, cũ ius publicũ, &

130 diuinũ pari paſſu ambulet, ideo ſicuti ferijs in honorẽ dei indictis partes tacite nec expreſſe renunciare poſſunt, ita nec repentinus,ut uoluit Spec.in tit.de feri.§.fin.in prin.poſt gl.in uerſi.ob

neceſsitatem.in fi.in cle.ſepe.de uerb.ſignifi.tenent Albert.Bald. Ang.Pau.& Iaſ.in.l.1.in princ.ff.de feriis,et idem Bald. in.l.ſi feriatis.ff.eo.& Alex.in.l.i.§.nunciatio.col.viii.de noui.ope. nun.

Licet ſecus ſit in ferijs à lege,uel ſtatuto ad utilitatem hominum indictis prout ſunt feriæ meſsium,et uindemiarum,quia illis tacite & expreſſe renunciari poteſt,ut patet in.l.j.ff.eo.& ponit utrunque Alex.conſi.xxxvi.uiſo.col.iii.lib.ij.

Cum igitur tempore iſto feriarum.exercitiũ iuriſdictionis ſit ſuſpenſum,& iudicis officium conquieſcat, quicquid in cauſis non exemptis factum fuerit,ex defectu ſuæ poteſtatis non ualebit,ut eſt Deciſion.Bald.in.l.cum antea, colum.penulti. uerſicu. ulterius ſciendum eſt.C.de arbit.& idem ſentit in. d.l. ſi ferialis, & glo.in.d.l.i.in princip.ſuper uerbo infirmabitur,ubi Alexan. & alij.ff.eod.& in.d.c.ſi.& illud dictum Bal.declarat Felin. in.c. ſignificaſti.col.iii.uerſi tene menti.de for.compe.

Et non modo ſententia ferri, quinimo nec illius executio tempore in honorem Dei feriato,fieri poterit, ſecundum com-
131 munem doctorum ſententiam,de qua atteſtatur Alex. conſil. liii.quæritur, colum.ſecunda,lib.quinto.

Licet ſecus in feriis ad utilitatem hominum indictis,ut ibi,& in.c.fin.ubi glo.fin.extra de iud.& latius per eundem Alexand. conſi.cxxx.in cauſa.colum.i.&.ii.lib.iiii.cum ſimil.de quibus ponit Guid.Pap.ccxv.an.executio.ubi uide.

132 Siue (exemplum ponas) quòd ſententia fuiſſet lata tempore noctis quando iudicium debet conquieſcere, cum in tenebris exercendum non ſit.c.conſuluit,de offic. deleg. Nam magiſtratibus temporibus ueſpertinis in publicum eſſe, non conuenit.l. ij.§.deinde cum eſſet.ff.de orig.iur.Sed cauſas audientes matutino,mox meridie, & demum ueſpere, ideſt ante noctem, ſedere debent.§.ſedebunt,in auth.de iud.Igitur ſententia de nocte,quaſi extra tempus à lege ſtatutum, et quando poteſtas. iudicis ſuſpenſa uidetur lata, non ualebit, ſecundum communem ſcribentium authoritatem, prout tenuit gloſ. Bar.Bald. Ang. Pau. Alexand.& Iaſ.qui dicit hanc eſſe opinionem communem in l.non minorem.C.de tranſactio.& in.l.more.ubi glo. & alij.ff. de fer.& Ang.in omnes,ubi glo.mag.in uerb. tribui. in fi. inſt. de uerb.ob.qui etiam aſſerit opinionem Barto.ſuperius relatam ſeruandam,& quòd recedens ab ipſa litem ſuam faceret.

Contrariam tamen ſententiam tenuit Hoſtien. in ſumma de iudic.

dic.§.qualiter.ubi dicit opinionem,de qua ſupra,non eſſe ab uſu receptam maxime in Roma.cu. in qua ipſe contrarium obſeruari ſæpius expertus fuit, quia quòd ſententia de nocte non feratur,ex honeſtate quadam potius,quàm neceſsitate inductum fuit,& propterea.ſententia lata ipſo iure tenebit. Cuius opinio procedet tacito,uel expreſſo partium conſenſu accedente, ſiue quando iudex negotiorum multitudine impeditus, de die pronunciare non potuiſſet, aut quando talis in loco uigeret conſuetudo.prout declarant doctores in dicto capitulo conſuluit, ubi per Feli.de officio delegati.& Ioan And.in Specu. de ſentent.§. iuſta.columna quarta,in uerb.de nocte.et Iaſ.in dicta.l.non minorem.& nota quia nox dicitur,quando ſunt tenebræ ſuper terram adeo quod homo de facili non cognoſcitur, capitu.perſodiens,extra de homic.quem tex.ad hoc allegat Angel. in.l. prima.C.de cuſtod.reo. declarat Bald. in.d.l. more. in princ. refert Dec.conſi.ccclxiii.in caſu.in fi.lib.tertio.

133 Vel quòd ſententia fuiſſet lata tempore,quo ob aliquod impedimentũ,quod iudici ſuperueniſſet,iuriſdictio, uel ſaltim illius exercitũ, fuiſſet ſuſpenſum,ut ſi lite pendẽte efficeretur mentecaptus,aut mutus,ſurdus,uel quauis alia iudicij,& intellectus infirmitate corriperetur,nã tunc licet nõ perdatur,ſuſpenditur tamen iuriſdictio,et iudiciũ diffunditur in tẽpus habile,ut.l.iudex, &.l. cum furioſu.ff.de iudic.l.qui furere.cum ibi not.ff.de ſta.homi.l. nec mandati.§.prætor.ff.de tuto.dat ab his.&. l.ij.§. ſi quis .ff.ſi quis cautio.quia carẽs ſenſu intellectus à natura ipſa impeditur eſſe iudex.l.cũ prætor.ff.de iud.c.ij.iij.q.vij.ponit Abb.in proœ. Decret.uer.ij.collige. Quoniam iudicare eſt æquum ab iniquo ſeparare,ut.l.prima.ff.de iuſt.et iur.quod facere non poterit iudi-

134 cio carens,Idcirco iudicantem conuenit eſſe rationis.capacem, ideſt,primo habere organa diſpoſita ad audiendum,quia per illum ſenſum obiectus primo potentijs intellectus repræſentatur.

Secundo eſſe debet diſpoſitus ad cognoſcendum,& intelligendũ obiectum repræſentatum.Tertio ad reminiſcendũ, & operationẽ intellectus enunciandũ,propterea cũ ſurdus,mentecaptus, mutus,careat iſtis potẽtijs,officio iudicis recte iudicantis fungi nõ poterit,cum non intelligat,id de quo quæritur,neque enunciare poſsit,licet ſi reliquis potentijs,aut ſenſibus,ut uiſus, olfactus,guſtus,tactus,&c.careret,cũ iſti nõ tantũ participent de natura obiectus,iudicij,ac rationis, & iuſtitiæ cognoſcendam, ſed

ſiue illis (mediante ſenſu auditus, & oculis intellectus) cogno-
ſci posſint, iudex forſan eſſe poterit, ut de cœco dicit text. in.l.i.
.§.quamuis.ff.de poſtul &.l.Cœcus.ff.de iudi. & glo.i. in capit.
finali.de re iudic.in ſexto, quamuis gloſ.in proœmio Decret.re
quirat quòd omnes quinque ſenſus corporis integri eſſe debeāt
in iudice, ut idoneus dici posſit, de quo ibi loquitur Panorm.&
alij, qui intelligi poſſunt de iudice omni exceptione maiore.

135 Idcirco ſi impedimentum, quod iudici ſuperuenit, & propter.
quod ſit inhabilis effectus, eſt longius duraturum, alius illi iudex
ſurrogandus eſt, ut dicta.l.iudex.in fine.&.l.ſi longius, in prin-
cipio.ff.de iudic.l.fina.§.ſi quid.ff.de uacatio.mu.l.placuit, C. de
pedan.iud.l.ſi quos.C.de officio præfecti oriental. ca. quamuis
& tota illa quæſtione, ſeptima quæſt.j.

136 Et in caſu iſto, cum impedimentum proueniat ab ipſo iudice,
non erit à parte proteſtatio aliqua fienda, nec fides ſuper hoc
exhibenda, cum facti proprij non posſit ignorantia aliqua præ-
tēdi, l.quicquā.& ibi gl.ff.ad ſenatuſconſ.Velleia.& l.falſum. &
ibi.gl.de acquir.hæred.cap.de excommunicato.extra de reſcrip.
ita conclu.Franc.in c.ex ratione.in.vi.col. de appell. poſt Bald.
& Alexand.in.l.properandum.§.ſinautem utraque.C.de iudic.
Refert & ſequitur Afflit.deciſi.l.col.tertia.in fi.et Deciſi. xxix.
prima colum.& pro quo facit id quod egregie ponit Deciſi. in
conſi.ccclvi.in cauſa dominæ Mariæ, in.iji.parte.

Facit etiam pro præmisſis id, quod ponūt doctores, uidelicet
Inno.Anto.Imol.Dominic.Abb.& Feli.poſt eos in.c.ſuſcitatus
tertia col.de reſcrip.ubi Abb.quarta col.uerſi.quoad primū. di-
cit iſta fore communia, uidelicet ꝙ inhabilitas iudicis, uel etiam
partium cauſata iuræ naturæ, ut furioſus, ſurdus, mutus, infans,
& ſimiles, etiā nemine opponente, proceſſum reddat ipſo iure
nullum. Idē tenet Bal.in.l.ſi procur.in quarta col.uer.reddat.ff.de
procur.quem ſequitur Fel.in.c.ad probandum.in princ. de re iu
di.dū uoluit ꝙ iudex inhabilis ex proprio defectu, faciat pro-
ceſſum nullum, etiam quòd nullus opponat, ut ibi per eos.

137 Idem foret, ſi perſona eiuſdem iudicis etiam iure ciuili, ad iu-
dicandum efficeretur incapax, puta quòd à ſuperiore ſentētia ex
cōmunicationis fuiſſet innodatus, & de hoc conſtaret, nam tunc
iuriſdictio et poteſtas eius ſuſpēditur, et iudiciū in tēpus abſolu
tionis, et habilitatis cōfertur, ut uoluit gl. in uerb.infamē.in.d.c.
ſciſcitatus, et in c.propoſuit.in uerb.tempore.de cleri .excomm.
miniſt.

miniſt.& facit tex.in.c.is cui.de offic.deleg.in.vi. tenet Innoc.in capitulo cum ſuper abbatia.col.iij.in fi.de off.deleg. dum loquēs de iudice ordinario, aſſerit contra illum poſſe opponi quòd eſt excõmunicatus, uel perpetuo ab officio amotus, quem ſequitur Lanfranc.in.c.qm̃ contra.§.interlocutoriæ.in princi.de probat.

Et ſi talis iudex tempore excommunicationis ſententiam ferret, eſſet nulla.cap.excommunicamus.§.credentes. de hæretic.c. aduerſus.§.quia uero.et ibi glo.in uerb.ualituræ.de immu.eccle. & d.c.ad probandum de re iud.& tenet Specul. in titu.de iud.de leg.§.ſequitur.col.iij.uerſi.tertius uero. & in.§.excipi poteſt.col, ix.uerſi.ſed quæritur.eod.tit.& facit quod ponit Barto,in l.quidam conſulebant. de re iudic. & in l.omnes populi.in.vij.q.prima.quæſtionis principalis.de iuſt.& iur.

138 Vel pone exemplum quòd ſententia lata fuiſſet per minorem magiſtratum tempore, quo aderat ibidem maior, iudex & magiſtratus, quia ubi maior, minor ceſſare debet.l. ſi debitori. in fi.ff. de fideiuſſoribus. Igitur iuriſdictio & poteſtas iudicis minoris, ob præſentiam ſuperioris ſui, uidetur ſuſpēſa, & impedita, ut ſentit glo.in cap.denique in uerbo.maior.xxi.diſtinctione.in capi. antiqua.§.Dominico.in uerb.niſi in urbe.de priuileg.& c.nolētes, per illum text.de officio lega. Hoc tenet Specul. in titulo de leg.§.ſupereſt.col.penul.uerſic.illud etiam nota. Quod intellige in delegante, ut delegato, uel quando afforet iudex, qui ſuper eo, ſuper quo iudex inferior procedere uolebat, à maiore iudice iuriſdictionem haberet, uel in duobus iudicibus ad idem officium deputatis, quando unus eſt maior altero, ut in ſimplici legato, et legato de latere, iuxta terminos dicti cap. nolentes. alias iudex ordinarius à nemine dependens, præſente alio etiam maiore magiſtratu, ad exercendum ſuam iuriſdictionem etiam contentioſam, non cenſetur impeditus, adhibita tamen reuerentia in omnibus, ne uideatur maiorem dignitatem contemnere, ut probari uidetur in l.nihil.ubi glo.fi.C.de palat.ſacr.larg.lib.xij.et in authē. de defenſoribus.§.nulla.et l.in hoc ubi glo.C. de donatio. ponit Bar.in l.iiij.§.ſi quis uicinum.per illum tex.ff.de dam.infect. ita decidunt Hoſtien.& Abb.in col.fin.in d.c.nolentes. & Archid. in d.c.denique.et facit textus in c.penul.xcv.diſtinct.tenet glo. in uerb.non poteſt.in cap.ii.extra de offi.leg.cum ſimil.

139 Idem foret, ſi ſententia ferretur, poſtquàm iuriſdictio iudicantis per aliquod factum ipſorum litigatorum fuiſſet quouiſmo-

do ſuſpenſa,utputa quod lite pendente, per aliquam ex partibus petitorium intentatum ſuſpenſum fuiſſet, & proteſtatum in ſolo poſſeſſorio procedi debere,iuxta text. in capitulo paſtoralis. de cauſ.poſſ.& proprie.& clemen.unic.eodem titulo.

Nam ſi iudex poſt ſimilem ſuſpenſionem,ſuper petitorio ſententiam dixerit, ex defectu poteſtatis erit ipſo iure nulla. ar.l.ſi de proprietate.C.ſi à non comp.iud.& tenet Aegi.concl.xcviii. ſententia, niſi per aliquod ſpeciale reſcriptum aliqua ex partibus ſibi prouidiſſet,ut declarat idem Aegid. concluſ.dlvii.&.dlix.& facit Deciſ.Rot.cccxxxvij.fuit dubitatum.in fine.in no.

140 Vel ſi iudex pronunciaſſet,poſtquàm unus litigatorum,legitime,& formiter, ipſum iudicem recuſaſſet, id eſt in ſcriptis, & cauſa legitima propoſita,ac etiam arbitris electis, nã de iure Canonico (quicquid ſit de ciuili iure) tam ordinarius, quàm delegatus iudices,ut ſuſpecti recuſari poſſunt cap.ſi quis contra clericum.de foro compe.c.cum ſpeciali.c.ad hæc. el tertio.de appell. c.legitima.eodem titu.in.vi.c.cum te.de officio delegat. & ponit Hoſtien.in ſumma de recuſat.§.primo.Et eo ipſo quòd probabilis cauſa ſuſpitionis aduerſus iudicem legitime proponitur, eius iuriſdictio ita ſuſpenditur, ut ſi ulterius proceſſerit, talis proceſſus ex defectu poteſtatis ſuæ,etiam citra appellationis remediũ, erit nullus, ſecundum communem ſcribentium opinionem. per text.in ca.ſuſpitionis.in principio,& c. paſtoralis.§.præterea, in fin.capitulo iudex de officio deleg.c.iudex.eod.titu.in.vi.l.i.C.ſi qua.prædit.poteſta.& tenet Hoſtien.in ſumma,de recuſa.§.final. & Specul. eodem titulo.§.qualiter autem. poſt prin.eandem tenet glo.in cap.quod ſuſpecti.iii.quæſtione.v.in uerb.Canonicæ. & glo.in c.quoties epiſcopi.ij.quæſtione.vi.& idem Hoſtien. & Panorm.in d.c.cum ſit ſpeciale.Iſtam partem contra Innocen.& alios per eum relatos,tenet Bartol.in conſi.cv.inquiritur.& in l. quia poterat.ff. ad ſenat. Trebel. ubi latiſsime per Alexand.qui dicit iſtam ſibi uideri ueriorem,& in.l.ſolet.ff. de iuriſdict. omnium iudicum & latius in conſilio.lxxxix.diligenter.uolumine primo.hanc etiam tenet Imol.in l. quidam conſulebat.de re iud. & Lap.alleg.prima,in principio.Anchar & Dominicus in cap. iudex.de officio delegat.in.vi.& Salicet.in l.apertiſsimi.ubi hoc idem uidetur ſentire glo.in uerbo executore, & ibi Ang.aſſerit hoc maxime procedere,quando arbitri iam ſunt electi, quia ex quo cognitio tunc eſt tranſlata in ipſos, doctores communiter

tenent

tenent quòd proceſſus iudicis recuſati non ualeat.C. de iudi.hoc idem atteſtatur & dicit hanc opinionem ueriorem Deciſ.in conſilio.clxxv.col.i.lib.i.quamuis Innocen.uoluerit quòd ultra recuſationem,ſi iudex procedat,pars debeat appellare,alias proceſſus non ſit nullus,ut per eum in d.c.Cum ſit ſpeciale. cuius opinionem aliqui ex ſcribentibus ſequuti ſunt,quos refert Alexan. in conſi.lxvij.uiſo themate.libro ſexto.

141 Idem foret ſi ab eodem iudice fuiſſet legitime appellatum, & appellatione huiuſmodi pendente proceſſiſſet,Nam totum id reuocari deberet,per regulam quòd appellatione pendẽte nihil ſit innouandum,ut in rubro,& nigro.nil nouari appellatione interpoſita.l.appellationem.C.de appell.c.non ſolum. eod.titu.in.vi. c.per tuas & c licet.de ſenten.excommunica.eodem libro. etiam quòd fuiſſet appellatum ab aliquo legitimo grauamine ante diſſinitiuam ſententiam, nam per huiuſmodi appellationem , illius iuriſdictio fuit ſuſpenſa.& tota cauſa in cognitionem ſuperioris iudicis transfuſa.cap.ut debitus.cap. Romana curia. paſtoralis. & ibi Bart.in uerb.ad tempus.c.cum ceſſante,& c.interpoſita.de appel.c.ſi à iudice.eod.tit.in.vi.ponit Rot.deci.clxiii.nota quòd ubi.in antiq.&.ccclxxxix.ſi appelletur. in no.

Quamuis inhibitio aliqua non fuiſſet ſubſecuta , quia geſta poſt appellationem,conſtituto de ueritate cauſæ ipſius,deberent per uiam nullitatis reuocari tanquàm facta à iuriſdictione ſuſpenſa : ut tenet Aegid.conclu.dcxxiii.proceſſus. &. cxxxiii. ſi poſt.et Deci.ii.addit.in no.dummodo appellatio non fuerit manifeſte friuola,quia tunc etiam inhibitione ſub ſecuta , tanquàm nõ Canonica,proceſſus expoſt agitatus ualeret.c. peruenit cum.

142 c.ſequ.de appellat.c.cum appellationibus. eod.titu.lib.vi.tenet Rot.deciſ.ccccxij.Si appelletur.in no.& declarat Franc.in capit. non ſolum.columna penultima.de appella.& cap.conſuluit.el ſecundo.eod.tit.uel niſi appellatio fuiſſet ipſo iure nulla,quia tunc nullum iuris effectum operatur, ut ſupra dixi, quinimo nulliter appellanti iudex etiam Apoſtolos dare non tenetur , ſecundum Rot.deciſ.xviii.in antiq.de Biſſig.Licet foret ſecus,ſi appellatio uideretur fruſtratoria,quia tunc taliter appellanti & Apoſtolos petenti,iudex illos ſaltim refutatorios concedere teneretur,alias ſi ipſis non datis procederet,proceſſus foret nullus,iuxta text.in c.ut ſuper.& ibi Ioan.And.ſuper ulti.glo.de appella.in.vi. & tenet Aegid.conclu.cli.Si à tribus.& alias dixi.

143 Et

143 Et quod de recuſatione,& appellatione dictum fuit,idem di-cendum uidetur de relatione cauſæ ad principem facta, quoniã relatione facta ſuſpenditur:imo finitur iuriſdictio referentis,nec ualet id,quod poſt eam ſeu illa pendente facit c.licet.de officio le ga.c.bonæ.in uerb nec obſtat,de poſtul.prælat.tenet Rot.deci. dccxix.dic quòd iuriſdictio.in antiqu.& quoad iuriſdictionem ſuſpendendam,appellatio : recuſatio, & relatio, adæquantur,ut inquit Ioan.And.in nouella.in c.legitima.de appella.in vi.& te-net Salicet.in l.ex illo.per illum tex C.de appella.& Bald.in l,ſi quando.in principio.& l.i.C.de relat.Et intellige ſi modo cauſa
144 ipſi principi relata,eidem totaliter fuerit remiſſa ac eidem prin cipi, ſeu officialibus ipſis talis relatio & remiſsio præſentata: prout uides fieri quotidie in curia, quando cauſæ ad cancellariã Apoſtolicam remittuntur,quia tunc ex quo per ſimilem remiſ-ſionem iudex omnino eſſe definit,ac in principem omnis iuriſ-dictio transfertur, ſi cauſa ſibi de nouo non remitteretur, idem iudex,etiam de conſenſu partium procedere non poſſet, arg.c. cum appellationibus,de appell.in.vi. Quod intellige & declara prout per dominos deci.ccclxij. Si committatur.in fi.cum deci. ſeq.in fi.in no.& facit tex.in c.quamuis.§.cæterũ. de elec.lib.vi.
145 Idem foret etiam dicẽdum de conſulatione, Nam quoad præ miſſa,appellatio,& conſultatio pari paſſu ambulant, ut in rubr. & l.ex illo.ubi Bar.& Salic.& in l.in offerendis.in princi. & plu ribus aliјs legibus.C.de appella.& conſulta. prout igitur iuriſdi-ctio ſuſpenditur per appellationem.eod.de modo ſuſpendetur ꝑ conſiliј requiſitionem, ut declarat idem Salicet.in d.l.ex illo. & Roman.conſi.ccxxxv.quem adducit glo.ad Bart.in l.ſi plures. in uer.eadem. in fine.ff. de exercit. Ideo conſultatione pendente ad inſtar appellationis,nihil erit innouandum, ut inquit Specul. in titu.de relat.§.effectus relationis ſiue conſultationis. in princ. Et ſi ea pendente ſententia proferretur,eſſet ipſo iure nulla, quia tunc officium iudicis conquieſcit,et iuriſdictio ſua uidetur ſuſpẽ ſa arg.l.ſiue pars.C.de dilatio.Prout hoc tenet Bart.in l.i.§.Item ſi plures uerſi.Quarto quęro.ff.de exercito.& in l.Titiũ.in prin. ff.de admi.tuto.licet idem Bar.in l.i.C.de relat. & l.i.ff.nil. noua. appellatio.penden.uideatur contrarium tenuiſſe.
146 Pro cuius articuli,qui.quotidianus, & in praxi frequens eſt, reſolutione,conſiderandum eſt,quoniam multoties ſententia im pugnatur ex eo,quòd non fuit petitum, neque requiſitum con-

ſilium

ſilium ſapientis,quandoque ſi fuit petitum,quòd non fuit expectatum,aliquando & ſi expectatum fuerit quòd ſententia iuxta illius tenorem & formam dicta non fuit.

Primo caſu quando impugnatur ſententia ex eo, quòd non fuerit requiſitum conſilium,conſiderandum erit, nunquid iudex habuerit poteſtatem à.l.communi conceſſam,liberam, & in nullo impeditam,uel potius eandem modo aliquo, puta per ſtatutũ, ſeu alias reſtrictam,& limitatam,ſi iuriſdictio remanſerit in iuris communis diſpoſitione,& nullo modo fuerit alterata,tunc ſi
147 ab aliquo ex litigatoribus conſilium ſapientis non fuerit petitum,ſententia abſque dubio erit ualida: quia iudex à iure communi ad hoc non cogebatur,ſed ſecundum animi ſui motum & conſcientiam ex actis informatam pronunciare poterat.l.qualẽ. ff.de arbi.c.ad noſtram,de conſuet.quinimo reputatur uitium,ut iudex ab alio diſcat,quæ ipſum in iudicando eloqui decet: ut in auth.de iudicijs.§.j.Ita loquitur Panor.in c.ut debitus, colũ.vij. uerſic.in ea gloſſa.& ibi Franc.col.xix.de appell. nam qui debet
148 alios docere,ab alijs edoceri non oportet: inquit glo.in l.cum clericis,in uerb.utpote.C.de epiſcop.& cle. Idcirco aſſumere uel non aſſumere conſultorem, lex repoſuit in poteſtate & mero arbitrio iudicantis.ut eſt tex.in.c.ſtatutum.in.§. aſſeſſorem. de reſcrip. in.vj. Imo præſuppoſito etiam quòd extaret ſtatutum de cauſis (puta inter conſanguineos) compromittendis, ſtatutum huiuſmodi operabitur partibus petentibus, & non alias: ut uolunt doct.in c.fin.ſuper glo.fina.de reſcrip. & tenet Alexand.in conſil.lxxxij.in cauſa inter Petrum.col.ii.uol.iij.ſtatutum.lib.i. & conſil.cxxij.uiſo proceſſu.colum.fin.uerſi.circa ſecundum.libro ſecundo.ſequitur Hip.in l.unius.§.cogniturum.uerſic.& facit etiam.quod uoluit Alexan.ff. de quæſtion. quamuis bonum foret ponderare uerba ſtatuti,ut infra dicemus.

Si uero conſilium fuerit petitum ab aliquo ex litigatoribus: & iudex denegauerit, ex quo forſan non indigebat conſultore, ſuper quo conſcientiæ ſuæ ſtandum erit: ut in dicto.§.aſſeſſorẽ. ſententia ualebit: quia iudex non cogitur explorare alterius cõſilium,ſed per ſeipſum (ut dixi) cauſam decidere poteſt: ut tradit Bar.in l.ille aut ille.§.cum in uerbis.de legatis tertio. & Ioan. And.in Specu.de re quiſ.conſil.uerſi.conſilium. & Bald.in l.i.C. de relat.l.ii.in fine.C.de legatis primo.l.Ancillæ.in princ.per il-
149 lum tex.C.de furt.& conſil.ccclxx.in.i.lib.& Corſet.in ſing.in uer.

uer. iudex debet, quod maxime procedit (ut dixi) ſi res apud iudicem non ſit dubia: puta quod ſuper articulo, de quo partes diſputant, habeat caſum legis, uel deciſionem doctorum: ut per Bald. in d.l. Ancillæ. & Ang. conſi. ccxix col. j. Paris conſil. clv. uolu. iiij. & Bart. in d.l. Ille aut ille, cũ ſuperius adductis, prout uidemus fieri inter dominos Rotæ, qui poſſunt abſque eo, quòd
150 cauſas in conſilijs ponant, ſi cauſa non ſi dubia, in ea, abſque cõſilio & uoto dominorum pronuntiare, & in ipſa prolatione dicere de conſilio & uoto coauditorum: ut docet Rot. deciſ. dccli. Sciendum eſt, in antiqu. & præmiſſa etiam ponit Alexand. conſil. lxii. uiſa. colum. fin. libro ſecundo & facit id, quod ponit conſ. lxii. in cauſa. col. ij. lib. vij. loquens de cauſis non compromittendis uigore ſtatuti, quando probabiliter non ſunt dubiæ, & in cõſilio. lxxxii. in cauſa, columna ſecunda, libro primo.
151 Si autem iudex conſilium à ſe petitum conceſſerit, ideſt, ad inſtantiam partis cauſam ipſam alicui ſapienti conſulendam remiſerit: tunc ſi ad hoc eidem conſulenti terminum aliquem præfixerit, & terminus diu elapſus ſit: ſententia expoſt, abſque eo prolata, ualere debet: cum illi nihil obſtet. Sed ſi eam protulerit termino adhuc pendente, & conſilio non exhibito ſi iudex pronuntiauerit de partium conſenſu, ualebit. l.i. §.i. in fin. ubi Barto. ff. de prætor. ſtipul. l. ad Imperatorem. & ibi Ang. ff. de appel. Sed ſi partibus inuitis pronuntiaſſet: tunc ſi antequam pronuntiet, per ſuam interlocutoriam huiuſmodi remisſionem reuocauerit, & poſtmodum diffinitiue pronunciet, conſilio ſapientis aliter non expectato, ſententia erit ualida ſecundum Bar. Ang. & alios in l. ad principem. in fin. per illum tex. ff. de appel. quem ſequitur Paul. de Caſt. in conſil. vi. col. ii. in princ. lib. i. quia cum remisſio fuerit interlocutoria, potuit per iudicem reuocari, per. l. quod iuſ ſit. ff. de re iud. & hoc idem tenet Bal. in l. ex illo. C. de appell. & Franc. in c. ut debitus. col. xix. uerſic. in ea glo. eod. tit. Et ita procedat doctrina Bar. in d l.i. C. de relat. & l.i. nil noua. app. pendẽ.

Sed ſi iudex dicta remisſione aliter non reuocata, ac conſultatione pendente, proceſſerit: tunc uidetur quòd proceſſus non teneat, ex quo huiuſmodi conſultatione & dilatione data, pendẽtibus, officium iudicis conquieſcit: per l. Siue pars. C. de dilat. & quòd non ualeat, tenet Bald. in l. ſi quando. in princ. C. de relatio. quia articulus huiuſmodi erat præiudicialis deciſioni cauſæ, & propterea primo cognoſcendus, ac interim ſuſpendenda

cognitio

cognitio principalis negotij.arg.l. diximus. de excuſa. tut.ff. & clement.quandiu.de appellat.& l.contra maiores.C. de inof.teſta.& quod ponit Rot. deciſio. cxv. nota quòd cauſa nullitatis. in antiqu.et Bartol.in l.conquerebatur.ff. de re iudic.cum ſimil. Quod maxime procedit,ſi cõſilium ſuperioris petitum fuiſſet: quia ob eius reuerentiam debuit expectari reſponſum,ne princi pi illudere uideretur.d.c.licet.de offi.leg.& c. Bonæ. in uerb.nec obſtat.de poſtul. prælat.

152 Si autem conſilium petitum intra tempus debitũ iudici exhibitum fuerit: & ſententia contra,uel præter tenorem illius, pro lata reperiatur: ob hoc non erit nulla: ex quo iudex, qui ex ur banitate conſilium requiſiuit, illud neceſſario ſequi non tenebatur: ut inquit Bart.in d.l.i.ff.nil nouari &c.et l.ſi conuenerit.ubi late tengit d.Alex.et Iaſ.in col.fi.uer.ex dictis Bar.ff.de re iud.l. quid antecedens.§.Papinianus,et l.Titium.in prin.ff.de admini. tut.et ita loquitur in d.l.i.§.Item ſi plures.ff.de exercitoria.

Iudex namque conſilium huiuſmodi legere debet,& poſtmo dum apud ſemetipſum explorare, an ſibi expediat illud ſequi.c. cum olim,extra de arb.l.ij.in fin.ff.mandati.not.gl. & ibi doct. in c.nullus. ex conſilio de reg. iur.in.vi. Nam ſi conſilium eſſet iniquum,et iudex illud ſequeretur:ipſe hoc caſu teneretur in ſyn dicatu: ut uol.Bart.in d.l.ſi conuenerit et in d.§.ſi plures. dummodo iudex non eſſet perſona imperita,ac bona fide illud ſequu tus fuiſſet,nam tunc excuſaretur,prout uoluit.Deci.in conſ.viii. numero.6.cum ibi adductis.et per Alexan. in conſil.clxxxiiij. Viſo.in fin.libro.ii.ad Bar.in d.§.ſi plures.in uerb.cum conſilio; poſt Bartol.in l.bonorum.ff.de bono.poſſ.titul. generali. Vnde cum ipſi iudici non incumbat onus præciſe conſilium huiuſmo di ſequendi, ſi forent plures conſulentes poterit etiam in euentum quòd diſcordarent ſequi quem maluerit, uel etiam minorem partem illorum: ut decla.Feli.in c.cum omnes, columna ſecunda.uerſic.fallit undecimo,de conſtit.

Si uerò fuerimus extra iuris communis terminos,et iudex ui gore reſcripti,ſeu ſtatuti omnino cogatur cum conſilio ſapientis cauſam decidere,& proceſſum ſit abſq; eo, ex quo forma ipſius ſtatuti,ſeu reſcripti non fuit ſeruata, proceſſus ipſo iure nullus re putabitur.per text.et quod ibi ponit Imol.& ſcrib.in cap. Cum in ueteri.de elect.c.dilecta.de reſcr.& cap.uenerabilis. de off.de lega.tenet Ioann.And.in Nouella.in c.non eſt,de conſuetudine, in.vi.

in.vi.& Innoc.in c.ſi pro debilitate.de offic. deleg. & Alexan.in d.§.item plures.in uer.cum conſilio.in princ.de exercit.

Idem ſi hoc fuiſſet appoſitum in compromiſſo,& arbiter proceſſiſſet conſilio non requiſito.Nam nulliter feciſſet,c.cum olim de arbitr.quia omnis uis & poteſtas ex ipſo compromiſſo, ſeu reſcripto,uel ſtatutis ſumitur : nec aliud licet, quàm quod ibi,ut efficere poſſet,continetur.l.non diſtinguemus §.de officio.ff.eodem titu.Nec mireris de hoc exemplo : quia ualet compromiſſum in aliquem,ut procedat,uel pronuntiet de conſilio alicuius, ex quo per hoc libera poteſtas arbitro non tollitur, quin pronunciet æque uel inique eius arbitrio, iuxta.l. diem proferre.§.ſtari.ff.de arb.Satis namque eſt quòd arbiter cõſilium requirat, licet illud non ſequatur : quamuis ſecus foret, in compromiſſo eſſet dictum quòd arbiter procedere,ſeu pronuntiare deberet de uoto, ſeu de conſenſu talis, uel prout tali placuerit : nam cum hoc ſit contra ſubſtantiam arbitrij, quod de ſui natura liberum eſſe debet,& mere ab arbitro pendere : tale compromiſſum non ualeret,ſecundum Bart.in l,item ſi unus.§.idem Pomponius.per illum text.ff.de arb.gloſſ.& doct.in l,illa inſtitutio ff.de hæred. inſtit,Spec.in titul.de arb.§.ſequitur.uer.ſed quid ſi dicatur.Roma.in rub.cod.titu.in.vi.colum.uerſicul.ulterius quæritur, poſt Bar.in d.l.i.§.item ſi plures.colum.fin.de exercit.

Si igitur in loco iudicii uigeret aliqua localis conſtitutio,ſiue ſtatutum de non procedendo abſque conſilio ſapientis,uel quòd cauſæ omnes terminari deberent ad conſilium ſapientis, ſeu de uoto aſſeſſoris,uel coauditorum, aut quòd in qualibet cauſa, ſeu articulo præiudiciali iudex teneretur,conſilium ſapiẽtis requirere,uel ſimilia,cum iſto caſu iudex à ſtatuto ſeu conſtitutionibus huiuſmodi poteſtatem recipiat ſententia : ſi non fuerit eorũdem ſtatutorum,ſeu conſtitutionum forma ſeruata, & adimpleta ualere non debet prout concludit Bart.in d.l.Titium aut Mæuiũ, in uerb.eadem ratione.ff.de admi.tu.& in d.l.i. item ſi plures.in. iiij.quæſtione. per tex.in authent.de non alienando.§.quod autem.dum lex uult quòd requiratur conſilium, & poſtea ſubdat. quòd ſi aliter factum ſit, non ualeat & l. impuberibus ff. de ſuſpec.tutor.&.§.impuberum.inſtit.eodem titulo.Et iſtum,etiam tenuit Abbas in cap.ſi pro debilitate. columna penultima.uerſi. ſed extra gloſſam.de off.deleg.& Ioan.And.in Spec. de requiſi. conſil.in uerb.conſilium.& idem in capit.ne Epiſcopi, de temp. ord.

ord.Bal.in.l.ex illo.C.de appell.& in rub.C.de exercit. & l.i. ad fi.C.de manumiſ.uind.&.l.i.C.ne lice.ter. prouoc. cum alijs adductis per Alex.conſi.lix. Viſo tit.col.ij.in prin.lib.iiij.& conſil. cxlv.Viſo proceſſu.in fin. lib.I.& Roma.in conſi.ccccxxvii. in propoſito caſu.in prin.Socy.in conſil.xcvi.uiſo proceſſu. uerſi. quarto et ultimo.in.j parte,hoc igitur caſu debet requiri·& poſt quam cauſa conſulenda commiſſa fuerit, conſilium expectari, aliàs proceſſus non ualeret,prout loquitur Socy.d.cõſ.& Alex. in.d.§.item ſi plures, in uerb. in eodem. ubi aſſerit propter hoc plures ſententias annullari uidiſſe.Statuti enim forma ad unguẽ ſeruanda eſt,inquit Bald.in.l.ceſſante,col.ul.C.quom. & quand. iud.maxime quãdo habet clauſulam annullatiuam, ut declarat Alexan.conſil.ccxcij.ponderatis,colum.j.lib.vj.

Et ſtantibus huiuſmodi ſtatutis conſilium requirentibus ſi iudex illud requireret,& præſentaretur,ac ſententiam contra uel præter illud proferet, ad cognoſçendum nunquid ualida foret, eſſent uerba ipſorum ſtatutorum conſideranda,nam finge quòd ex illis indiceretur,ut in cauſa de conſilio alicuius procedi deberet,tunc ſi conſultor fuerit particeps officij (prout ſunt dominĩ auditores, qui in ſacro Rotæ auditorio cauſas proponunt, ac ſuper dubiis aliorum coauditorum conſilia et uota explorant, iuxta quæ poſtmodum is, qui ſpecialiter ſententiam proferre debet,iudícare tenetur,iuxta deciſi.dominorũ.declj. Sciendum, in fine.& deciſi.declxi.ſciendum.&.deccev.Rota mandauit,in aut.) iſto caſu conſilium ſequi oportebit,tenet Bartol.in.l.Titium. & Mæuium in princ.per illum tex.ff. de admi. tut. cum iuncta.l. conſil.in fine.ff.de cur.fur.Sed ſi idem conſultor nõ erit collega, aſſeſſor,nec aliter illius officii particeps Iudex hoc caſu illius cõſilium non cogetur ſequi, ſed illud requirere ſatisfuerit: & poſt modum intra ſe quid agendum, deliberare, per reg. d.l.ii.ff. de mandat.et.d.c.cum olim.&.c.cum in ueteri.de elect.

Si autem ſtatuta requirerent conſilium.& aſſenſum: uel diceretur quòd ſententia deberet proferri ſecundum conſilium ſapientis: his caſibus neceſſe foret ſequi formam ſtatutorum:aliàs non ualeret quod fieret abſque eo: ut dicitur de Epiſcopo alienãte ſine cõſenſu capituli,per theoricã Bar.in.§.itẽ ſi plures.col. iiii.uerb.ut ergo liqueat.&Ab.in.d.c.Cũ olim.quẽ cæteri ſequũtur,& ita intelligẽdus eſt Pau.de Caſt.d.con.vj, in prin. dũ uult iudicẽ conſilium authoritate ſtatuti requiſitum,ſequi debere.

153 Et aduerte quia caſu quo ſolennitas conſilij requiratur, de ea formiter,& legitime conſtare debet,cũ in dubio adhibita nõ pręſumatur,ut inquit Bald.in.l.j.col.pen.uerſi.extra quæro.C.ne li ce.tert.prouo.Cũ quo trãſit Pet.de Anch.in.c.canonũ ſtatuta.in uerb.ſimilẽ quæſtionẽ.quos etiã refert & ſequit Alex.in cõſ.lix. uiſo.ij.col.in princ.lib.iiij.& in.d.§.itẽ ſi plures.in uerb.in eodẽ.

Si tamẽ,partes tẽpore prolationis ſentẽtiæ fuiſſent præſentes, & non contra dixiſſent,præſumeretur, uel ſi iudex in ſententia talem ſolennitatẽ enuntiaſſet,prout quotidie fit ex ſtylo dominorum,dum aſſerunt in ſententijs ſe de uoto aliorũ dominorũ, coauditorum pronuntiare. Nam ſolennitas iſta per huiuſmodi enunciationem ſatis probaretur maximè ſi poſt ſententiam elapſum foret biennium,ut declarat Bald.in.d.l.prima, & ſequenti. Ioan. Mill.in uerbo.ſententia ſi eſt ferenda,cum ſimil.

Oportet igitur quòd de conſilio ex actis conſtet, quando illud neceſſario requiritur,ut per Ab.in ca.illa.in fine. de accuſ.et in.c.Cum uenerabilis,ubi etiam poſt But. Imol. & alios ponit Fel.in uerb.fallit quarta.de exceptio.

154 Et nedum conſtare debet de conſilio,quinimo oportet quòd illud à iudice aperiatur & legatur,ut dicit Bal.in.l.i.ij.col.de ſenten.ex breui recit.Et in Spec.de requiſit.conſil.circa fin. ſuæ additionis,ponit Ang.pulchre in conſil.ccxlij.alias.ccxlvi.domina Lambertina,quẽ pro notabili refert,& ſeq.Alex. in.l.i. circa fin.ad Bart.C.ſi aduer.liber.& in cõſi.clxxxv.in fin.lib.ij.& Iaſ. in.l.nequicquã.§.ubi decretũ.ff.de offi.proconſ.per Abb.in. d.c. cum uenerabilis,& Feli.in eo.ca.colum.xiii. ubi late examinat iſtam materiam,de excep.&.c.ſi pro debilitate.de officio deleg.

155 Alias ſi quis pronunciaſſet prout in conſilio mondũ exhibito, ſententia non ualeret,ex quo illa per relationem ad acta illius inſtantiæ nõ poſſet certificari,quod neceſſario requiritur ſecundũ communẽ ſcribẽtium opinionẽ,de qua atteſtatur Iaſ.in.l. ait prętor.§ i.col.iiij.ff.de re iud. & in terminis in.§. iurare.uer. quærit ergo in primis.inſti.de act.Idem atteſtatur Alex. cõſ.liij.col.fin. lib.v.&.d.cõſ.clxxxv.col.fin.& cõſ.xxxvij.uiſo.col.v ĩ fi.lib.ij.

Præmiſſa intellige dummodo inſtantia non laberetur, quia tunc poſſet eo modo pronunciare,ſecundũ Bal. & Salic. in.l. cũ iudex.C.de ſenten.& Paul.de Caſt.in.l.i.C.de relat.Socy.in cõſ. cxxiiij.præſens cõſultatio.uerſi.ſecunda ratio.in prima parte.

156 Et ſi cõſilium,iuxta quod fuit pronunciatũ,ex poſt repertre-
tur

tur perplexum,aut obſcurum,uel quòd conſulẽtes eſſent contra ſij,ſentẽtia huiuſmodi ad id relatiua,non ualeret:ut p doct. in.c. fi.Vbi.Bal.& Frãc.de re iud.per Bar.Alex.& Pau.de Caſt. in.l. duo iudices.eo.tit.Ange.& Imol.in.l.ad princ.ff.de app.cũ ſimi.

157 Exemplũ etiam quoad iuriſdictionẽ tempore limitatam,poſni poſſet in iudice, qui dilatione pendente, in præiudiciũ illius, qui illam obtinuerat ſententiã protulit, quæ ualere non debet: ex quo dilatione huiuſmodi pendẽte officiũ iudicis conquieſcit: neque ſibi competit iuriſdictionis exercitiũ,ſed in ſuſpenſo eſt.l. ſiue pars,& ibi Bal.& alij.C.de dilat.& gl.in.l.dicere,in fi.ff.de arbit.& in.l.i.§.i.in uer.nullius.ff.de feri.& per gl.in.c.ſignificante. in uerb.prouenire.ubi Io.And.& ſcrib.extra de app.& glo.in.c. ubi periculũ in uerb.decẽ.& in.c.cõmiſſæ,in prin. de elec. in.vi. eſt deciſ.Bal.in.l.cum antea.col.iii.uer.& cõſidera hic. C. de arb. & per eundem in.l.appellationem.col.iiii.uerſi.eſt & tertia deliberatio.C.de app.& Lap.alleg.ij.uerſ.ad hoc quia pendẽte.&c.

Et intellige dummodo cauſa, ob quam fuit conceſſa dilatio, non ceſſet,nam ſi ceſſaret,aut Iudex eandem reuocaſſet,officium ſuum nõ amplius conquieſceret,prout declarat idem Bal.in.c.ij. de dilat.& Lap.alleg.lxxxi.in cauſa matri.uerſi.ad id quod dicebatur,& Mill.in uerb.dilatio.& Bart.conſil.clxiiij. proceſſus.& per eundem in.l.filia.§.alumno.ff.ad Trebel.& Abb.in.c. ſignificauit,num.9.de appell.& Alex.conſil.xxxiiii.uiſo. col.ii. lib.ii.

Seu quòd actus qui fierent non eſſent in præiudicium termini & dilationis: puta quòd pendente termino ad probandum diſpenſationem,ſeruarẽtur termini ſubſtantiales in negotio principali.Nam talis obſeruatio ualeret: ut eſt concl.Aegid.cccxxiiii. pendente termino. & per doctor. in locis de quibus ſupra. & per Bart. & doctores in.l. quandiu. la grande. ff. de acquirenda hæreditate.

158 Et quod dicitur de dilatione, dicendum uidetur de terminis à iure,uel ab homine,ad aliquid peragendum datis, nam durantibus illis,manus iudicis quaſi ligatæ, & impeditæ cenſentur: & propterea proceſſus illis pendentibus, factus non ualet, ut inquit Deciſ.Rot.dccxlii.nota quòd pendente termino,&c. in antiq.Termini namque prefixio uim dilationis habet, ut inquit Abba.in.c.cum cauſa.colu.v.uerſi. Item præfixio termini.de re iu.declarat Franciſ.columna penult.et poſt eum ibidem Felin.in c.perſonas.pen.colum.uerſi.ſola delatio.de appella.

159 Proceſſus igitur per iudicem à quo appellatum fuerit termino pendente ad dandũ, uel recipiendũ apoſtolos factus, erit ipſo iure nullus, ut tenent doct. ſupraſcripti, uidelicet Fran. in. d. c. per ſonas, columna penult. uerſic. ſed dubitatur, quod ibi approbat Feli. & Bal. in. d. l. appellationem, ſuper quo tamen palatium uariauit. quamuis poſt tenuerit, & teneat quòd talis proceſſus huiuſmodi termino pendente factus, ualeat, ut per plures rationes firmat Aegi. concl. dcxxii. proceſſus factus. et Ro. deci. cxxviii. ſi iudex. in no. & ccccvj. nota quòd ſi iudex. in anti. Et ita ſe hẽt communis opinio, ſecundum Boer. deciſ. cclvi. in fine. Cautius tamen fuerit, quòd ante diffinitiuam ſententiã, ſeu antequam ulterior actus fiat, iudex ſimiles dilationes, appellationes, uel terminos, reuocet, ſeu apoſtolos ſaltim refutatorios cõcedat, quod in Ro. cur. per uiam appellationis ab eiſdem, & repoſitionis in priſtinum, practicari conſueuit, & erit bona cautela, ut aſſerit dominus Caſſa. deciſ. ix. num. 2. de appell.

160 Erit etiam in præmiſsis notandum, quòd dies aſsignationis termini, in eodem termino non computabitur, ſecundum communiorem ſcribentium opinionem, quam tenent Iacob. But. & Ray. Bart. & Ang. Paul. Iaſ. in. l. i. ubi Albe. retulit uarias ſuper hoc ſcribentium opiniones. ff. ſi quis cautio. & Ang. Imol. in. l. Gallus, in princ. delibe. & poſthu. & Fulgoſ. & idem Alberi. in d. l. i. aſſerunt, ita in palatiis obſeruari, licet ipſi unà cum Alex. uelint contrariam opinionem de iure ueriorem. Sed certe conſiderabitur modus ipſius aſſignationis, quia quando dictum fuiſſet, proba hinc ad decem dies, dies termini computaretur, per. l. placet, cum ſua gl. in uerb. abhinc. C. de ſacroſ. eccl. uel diceretur, proba uſque ad talem diem: quia illa dictio uſque, ſtaret excluſiue, ut declarat Bal. in. l. à Caligato. C. de nup. & Bart. in. l. Patronus. §. Sempron. de leg. iii. Fel. in. c. quoad conſultationem, ſecunda col. de re iud. & uide bonam deci. Guid. Pap. q. cclxx. An dies.

161 Et quod diximus de terminis, ac dilationibus, idẽ etiam dici poſſet de iudice, qui iudicaſſet poſt aliquod legitimum impedimentum abſentis in actis allegatum. puta infirmitatis, & de ea, quatenus opus foret, fuiſſet oblata fides: quoniam ob huiuſmodi legitimum impedimẽtum, ſuſpenditur iudicis poteſtas, & iudicium in tempus bonæ ualetudinis diffunditur, & ſi interim iudex proceſſerit, proceſſus erit ipſo iure nullus: prout eſt text. & ibi declarant Barto. & doctores in. l. quæſitum. ff. de re iud. & l.

ii.§.ſi quis in iudicio.ubi doctores iidem intelligunt de quocunque alio legitimo impedimento,& Iaſ.ibidem atteſtatur eſſe cõmunem opinionem.ff.ſi quis cautio.&.l.ſi cui.§. ſi.ff. ex quibus cauſ.maior.Bart.et Bald.in.l.penul.C.quomodo, & quand. Iud, & Canoniſtæ in.c.ii.per illum text.de procurat. præmiſſa tenet Bart.in.l.ſeruum.§.publice.in fin.ff. de procura. & (prout dixi) quando impedimenta huiuſmodi in iudicio allegantur, is qui talia allegat,debet ſuper allegatis probationem ſaltem offerre: ut uoluit Inn.in.c.querelam,in uerb.deſtinauit,de procu.& eſt deci. Rot.lxii.nota quòd ubi eſt,in antiq.

Si quis igitur tempore citationis comparere non potuiſſet ex eo,quòd in uinculis,ſeu carcere,uel ſub quauis alia cuſtodia, ſeu cautione,puta de ſe repreſentando alibi detinebatur, & de hoc fuerit certificatus ſecundus iudex,ſi ex poſt ipſe in cauſa proceſſerit,non tenebit proceſſus,uidelicet quando cauſa erat talis,quæ non poterat,nec debebat per procuratorem tractari,talibus nanque taliter impeditis ſuccurri conſueuit.l.ſuccurritur, cum duabus legibus ſequentibus,&.l.necnon.§.item ſi quis.ff.ex quibus cauſ.maior.& ꝙ ſententia lata contra carceratum ſit nulla, tenet Bart.in.l.ii.§.fin.uerſi.circa hoc quæro.ff.de cuſtod.reo. & idem Bart.in.l.ij.in ultimo uerb.ff.de in ius uoc.quem ibidem ſequitur Imol.& Alexan.dicentes ꝙ licet de hoc non habeamus text.expreſſum,tamen communiter tenetur,ꝙ hic quod dicitur de impedimento infirmitatis,idem ſit dicendum de quolibet alio legitimo impedimento ex identitate rationis. Idem uidetur ſentire Paul.de Caſt.in.l.ea quæ.C.quomodo,& quando iud. & tenet Spec.in tit.de cita.§.i.uerſic.item ꝙ eſt detentus à magiſtratu,& deciſ.Neap.clxxxii.qui à regia,col.tertia.cum ſequent.& Guid. Pap.quæſt.cclvi.Mulier ubi loquitur de muliere grauida, quæ non tenetur perſonaliter comparere.

162 Idem etiam foret,ſi citatus in eadem cauſa à maiore tribunali fuiſſet præuentus:& hoc fuiſſet allegatum coram minori iudice:quia tunc proceſſus ipſius iudicis minoris cõtra taliter præuẽtũ factus,non tenebit.c.ſi duobus,et ibi gl in uerb.nõ tenebit,de appel.l.cõtra pupillũ.§.ſi.ff.de re iud.Tenet Hoſtiẽ.in ſumma,de ſen.§.quis debet,col. quarta,uer.quarto, ratione tribunalis, &c. Gui.Pa.q.cclxxvi.an citatus,& cccclxiii.quidã,&.ccccxxi.cred.

163 Et omni caſu de huiuſmodi impedimento, ſeu præuentione (ut dixi)excipi debet,& quatenus opus ſit probari: ſiue iudices

ſint pares,ſiue unus maior altero:alias proceſſus ſecundi, et primi iudicis ualerent, cum parti,quæ hoc non oppoſuit,imputandum eſſet:quia ſi hoc diſplicebat,opponere debebat, et quidem ab initio,cum ſit dilatoria: alias nõ impediret,ut per Bal.in.l.peremptorias, in fin.C.ſen.reſcin.et in.l.ii.de peti.hæred.cum alijs, de quibus per Alex.in conſi.cv.Magnifice,col. vii. uerſic. non obſtat etiam,etc.lib.iii.et ſi talis exceptio nõ fuiſſet admiſſa, appellare etiã poterat,cũ de iure ſit locus præuentioni.l.ſi quis poſtea.ff.de iud.et.l.ubi cœptũ,et ibi Pau.de Caſt.eo.tit.l.incola,ad municipales,et ponit Bar.in.l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiol. Et quòd proceſſus utriuſque iudicis,ſi non fuerit exceptũ, ualeat,fuit celebre dictũ Innoc.in.c.cum M.Ferrarienſis,ubi Feli.late proſequitur,col.xii.uerſi.extra gl.de cõſti.et facit quaſi in terminis deciſ. Neap.ccclіііі.nu.3.et deci.dominorũ,dclіx.et eſt ſciẽdũ,et.dclііii. nota ꝙ,in antiq.ubi loquitur de cauſis cõmiſſis alicui ex auditoribus,quæ alteri auditori, ſeu Cardinali per prius commiſſæ reperiebantur,et quòd ob Cardinalis reuerentiã,ad impediendum ſecundũ iudicem, ſufficit litis intimatio,et præuentio,in reliquis uero paribus magiſtratibus,fieri debet inhibitio. Et facit etiã ad præmiſſa quod ponit Bald.in.l.ſenatus,col.fin.C.qui accuſ. non poſſ.ubi exemplificat,quòd unus iudex dicitur maior altero, ut eſt rector alicuius ciuitatis, reſpectu præſidis eiuſdẽ prouinciæ.

164 Si autem forent æquales,et unus alterũ non præueniſſet, ſed concurrent pars citata habebit electionẽ, quia corã quo uoluerit,cõparere poterit.l.ſi quis in graui.§.ſi cum oẽs.ff.ad Sillani.et intellige quæ dixi,qñ cauſæ non ſunt tales, ꝙ poſſint per procuratores tractari,quia quando agitari poſſunt per ipſum procuratorem:impedimentũ perſonæ ipſius principalis ipſum nõ excuſat,cum ſi non poteſt per ſe,poſſit per procuratorẽ comparere,ut in.c.cum dilecti.uerſi.ſed contra,de dol.et cõtum.et ita declarãt doct.in.d.l.quęſitũ.§.ſi.ubi Alex.de re iud.et Bar.in.d.l.ii. §.fin.ff.de cuſto.reo.et docto.in.d.l.ii.§.primo.ff.ſi quis cautio, et Canoniſtæ in.c.comparenti.de appell.et dixi ſupra.

165 Idem etiam foret de eo,qui iuſto timore mortis,uel corporis cruciatus ad locum iudicii ueriſimiliter accedere non poſſet,quia et huic ſuccurri deberet,ut.l.iii.ff.ex quibus cauſ.maior. prout ſi ab illo loco exularet,iuxta ea quæ ponit Barto.in.l.fina.colum. ii.uerſi.ſed iuxta hæc quæro.ff.de reſtit.in integ.et in.l.ii.§.quod diximus.ff.ſi quis cautio, ponit Deciſio. conſil. ccxcv. in cauſa iſtorum,

ſtorum,in fin.lib.ii. Aut quòd in loco iudicii adeſſent inimici ſui capitales,et ob hoc locus ille probabiliter ſibi nõ eſſet tutus, ut in capitulo cum R.de offic. deleg.et cle.paſtoralis.§. notoriũ quippe, de re iud.et.c.ſtatutum.§.i.de reſcript.in.vi. uel ibi adeſſent ſaltim amici ſuorum inimicorum, ut uoluit Bartol.per illum textum.in.l.ſciendum.§.acceptatio.ff.de leg.gl.in.l.i.§. cum patronus, et ibi Bald.ff. de offici. præf.urb.et.l.liberi. ubi Bald. Alexand.Saly.et Iaſ.C.de inoffic.teſtamen.ponit Fel. poſt Are. et alios in.c.repellantur,de accuſ.Idem ſi acceſſus non eſſet tutus propter hoſtilitates,ac hoſtium incurſus,cum bella, et hoſtilitates de iure timeantur,de more uteutur,et quæ humana fugit ratio,et abhorret natura,ut in propoſito inquit text.in.d.cle.paſtoralis,uer.notorium quippe,et probatur in cap.cum per belli cauſa, in princ.xxxiiii.quæſt.j.c.prima actione.xvi.q.iii.c.ex tranſmiſſa de præſc.c.ad ſupplicationem,de renunciat.et per id quod ponit Inn.in.c.accedẽs, in uerb.uiarum diſcrimina,de accuſatio. et Bald.per illum text.in c.ex cauſis.§. uaſſalli. de pace conſtan. et in præmiſsis caſibus cum uerifimiliter citatus poſſet ſuſpicari,etiam quòd ſibi ſaluus conductus à ſuperiore,ſeu ducibus belli offerretur,illi non teneretur,credere,p.c.accedens,ubi ſcribentes,ut lit.non conteſt.et uol.glo. in.c. ſtatutum.§. cum uera. in uerb.ſecure,de reſcript.in.vi.et in.c.ex parte.ubi Franc.in fine,de appell.et Salicet.in.l.reos.column.quarta, uerſic. expeditis contrarijs.C.de appell.Imol.in.l.penult.§.ad crimen.ff.de pub. iud. Iaſ.in.d.l.ii.§.quod dicimus.ff.ſi quis cautio.facit glo.in cle.unic. in uerb. ſecura,de for.competen.et ponit Feli. in. d.c. accedens. col.v.uerſi.Quarta concluſio,et ita intellige. Rot.deciſ. cccxv. licet guerræ generales,in no.ut declarat multum notanter Franciſ.(de.d.deciſ.loquendo)in.d.c.ex parte,columna quinta,uerſicu.ſed quæritur,de appel.ubi de hac materia uidendum eſt.

Et quod de bello terreſtri dicimus,idem cẽſendum eſt de cœleſti,uidelicet de mortalitate, ſeu peſte quæ iuſte timenda, et ab omnibus fugienda eſt,iuxta text. in.c. negotiatorem.ibi. ueluti quandam pẽſtem fuge.lxxxviii.diſtin.etc.ideo prohibentur.ibi. quaſi quandã peſtem abiiciant.xxxvii.diſtinc.Nam accedere ad locum ubi eſt peſtis,eſt Deum tentare:et homo iuxta uires ſuas operari debet, ut mortem effugiat, et demum ſe Dei miſericordiæ committere.c.ſi multa.xxiii.q.viii.cauſa igitur peſtis,et belli pari paſſu ambulãt,ut probatur in dicto.c.ad ſupplicationem.

iuncta gl.i.de renunciat.& tenet Bart.in.l.de ætate, ubi ſcrib.ff. ad Treb.& Abb.in.d.c.tranſmiſſa, col.ii. de præſcri. eſt nanque prçliũ inter Deũ,& homines:ut inquit Bar.in.l.i.in prin.de bon. poſſeſ.ex teſta.mil.& in.l.naturaliter,in pen.col.ff. de uſucap.

Prout formaliter concludit Alex.in conſil.xxx. ponderatis, col.ii.uerſi.nec etiam obſtat lib.v.Et nota,ꝙ etiam illud dicitur tempore belli,uel peſtis factum quod immediate ante, ut immediate poſt,factum eſt,per not. in. l.i. C. de oper. liber. et tenuit Bald.in.c.i.in princ.col.ii.de pace iura.fir. quem refert, & ſequitur Alex.conſi.clxii.uiſis his,in fi. lib.vi.pro quo etiam facit illud,quod tenuit Imol.in conſil.vii.in caſu præmiſſo,col. fina.& Pet.de Anchar.conſil.lxxxviii.Præmiſſa facti.& Dec.poſt eos in cõſil.dlv.licet,col.ii.uerſi.& ad hoc lib.iiii.dũ uolunt ꝙ remiſſio,quæ fieri debet propter bellũ,ſit pariter fienda ob iuſtũ timorem belli,cum eadem ſit ratio,ut ibi per eos,& per eundem Decium,qui etiã hoc tenet cõſi.dcxcvii. his ſtantibus,col.ii.nu.11. lib.v.Et ꝑ Boer.qui hoc tenet,et plura adducit dec.ccxlix.col.ii.

166 Præmiſſa itaque,uel ſimilia impedimenta ſi notoria fuerint, aliqua probatione non indigebunt, ſed per quenquam allegari ſufficiet,ut.d.cle.paſtoralis,uerſi. notorium quippe, & declarat deciſ.Neap.xxix.quidam heſterus, & deciſ.l. iudices, et Franc. in.d.c.ex parte,col.v.& Alex.in.d.l.de ætate.

Si uero notoria non fuerint,allegari,et probari per excuſatorem debebunt,ac etiam pro difficultatibus tollendis ſanum fuerit proteſtari,quòd ſtantibus huiuſmodi impedimentis,ad ulteriora non procedatur: alias ex tunc ab huiuſmodi ulteriori proceſſu,et tacita præmiſſorum reiectione appellare, uel ſi citatus etiam excuſatorem mittere non poterit, tempore quo citabitur ad locum non tutum,poterit ipſemet appellare: nam ſuper hoc de facili in Rom.cur.literas obtinebit,ut inquit Franc.in.d.c.ex parte,et Panorm.in.d.c.ii.de procur. per Alexan. qui Innoc. et Hoſt.in hoc diſcordantes concordat.in.d.l.de ætate,et Fel. in.d. c.accedens,uerſic.ſeptima concluſio,ut li.non conte.

Et erit aduertendum,quia opportuerit nedum facere fidẽ de impedimento,quinimo erit etiam neceſſe docere, ꝙ propter illud quis fuerit impeditus uenire.puta,quòd fuerit ingreſſus iter, et ui tempeſtatis,fluminis.incurſu hoſtiũ,aut ſimilibus, ulterius progredi non potuerit,per text.in.l.commeatus.ff.de re milit.et eſt doct.Bart.communiter approbata,ut ibi atteſtatur Iaſ.in. d.

l.ii.

l.ii.§.quod dicimus.ff.ſi quis cautio. & docet Alexã.conſi.xlix. inſpectis,col.ii.lib.ii.Et Nicol.Boer.deciſ.xl.num.4. ubi late ponit,& de communi atteſtatur. Debet igitur eſſe impedimentum neceſſarium,& ineuitabile,ad hoc,ut proſit: alias ſi potuiſſet aliquo pacto impedimentum euitare,et non euitaſſet, non prodeſſet, ut docet Bald,in l.ſed, et ſi.§.i.ff. ex quibus cauſ.maior. cum aliis,de quibus per Dec.conſi.dclxxvii.uiſis, colũ.ii.numero.3. libro quinto.Qualiter autem huiuſmodi impedimenta probentur,et nunquid ſufficiat iuramentum, erit iudici arbitrarium , ut docet Guid.Pap.q.lxiiii.Si altera,et.ccv.in cauſa.

Ex omnibus igitur præmiſsis, quòd iuriſdictio iudicis ordinarij fuerit ratione cauſæ,uel rei, litigatorum , loci ac temporis, limitata,uel impedita,aut ſuſpenſa,oſtendi poterit.

167 RATIONE iudicantis etiam,ex defectu ſuæ poteſtatis ſententia eiuſdem ordinarij iudicis impugnari poterit, ſi tempore quo ſententiam tulerit,poteſtatem ſuam ignoraſſet: Nam qui ignorat fundamentum iuriſdictionis ſuæ, etiam quòd in ueritate iudex ſit,ex quo ipſe hoc ignorat , geſta per eum non ualent, arg.l.quæro.ibi,Scire enim debet ſe tutorẽ, &c.ff. de eo qui pro tut.l. hoc autem.§.i.ibi, debet hoc conſtare liquereque prætori, &c.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.eat.de quo eſt gl.in uerb.peremptorie,in fi.in c.ſæpe,de app.et tenet Bar.in l.ſed ſi de ſua,in fin.ff.de acq.hæred.et in l.ii.in prin.uer.oppono contra legem.ff.de iudi. et magiſtraliter ponit idem in l.multum intereſt.ff.de cond.et de monſt. cuius doctrinam tanquam cõmunem ſequuntur ibi doctores,et Bal.in l.falſus,col.vii.uer.item dubitatur. C.de fur.Abbas in c.fin.uer.ueruntamen dico,extra de foro compe. Io.Mil. in uer.iudex delegatus ſi ignorat.qui hoc ſatis declarat , et Roman.ſin.xiii.Si cauſa.Alex.conſi.xl.in cauſa,col.iij. uerſi.ultim. principaliter.lib.vii.et Paris in tracta.ſyn.in.§.iudices puras,colum.iij.uerſi.ſi iudex non eſt certus,&c. Et Fel.in c.ſi clericus laicum,col.i.uer.et pro communi facit,de fo.comp. et in c.Sciſcitatus,col.vi.uerſi.Nono oportet notum eſſe impedimentum,et in cap.Eccle.S.Mariæ,col.viii.nu.x.ubi enumerat infinitos doctores hanc doctrinam ſequi.de conſti.et in c.cum ex officij,col.xi. uerſic.excipies nunc,de præſcript. ubi poſt alios dicit hoc procedere,ſi ignoratur fundamentum iuriſdictionis, ut dictum eſt,ſecus ſi ignoraretur aliqua eius qualitas,uel acceſſorium , uel eſſemus in beneficialibus,in quibus iuriſdictio, ac illius exercitium

N 5 etiam

etiam ignoranti quæritur,ſecundum Roma.d.ſing. xiij. de quo dicemus infra.

168 Econtra ſi iudex probabiliter ſe iudicem crediſſet, ignorās defectum ſuæ iuriſdictionis impeditiuum, proceſſus ualuiſſet, quod intellige prout in l.ii.§.i.ibi prætor autem ignoret, & putet ſuam eſſe iuriſdictionem.ff.de iud.et l.ſi forte.ff.de offic.præſ. tenet Abb.Fran.Fel.& alii in c.duobus. ubi Fel. columna quarta.uerſic.limita concluſionem,de appel.et in d.c. Sciſcitatus uer. oportet notum eſſe,de reſcrip.

169 Idem foret ſi iudex de poteſtate ſua dubitaſſet : quia ſi dubitat circa principalem ſuam iuriſdictionem,et cauſam fundamentalem : illius ſententia redditur nulla, per tex.in d.l.ſed ſi de ſua. .§.primo,ibi an ualeat teſtamentum dubitat,et l. cum falſum, in fine,et l.nequis.in princip.et l.cum quidam.§.fina.ff.de acquirenda hæreditate,ponit Feli.poſt Petr.de Ancha. et alios in capitulo ſane,in princip.de officio delega.per illum textum. Nam dubitans æquiparatur ignoranti.per l.fin.ff.de condictione indebi. l.fin §.ſiautem neſcius.C.de furt.et ita concludit Bart. in conſilio.lxxiij.Quæritur utrum procurator,circa finem, et Alexan. conſil.xiiii.uiſo proceſſu,colum.ii.prope finem,lib.v.

170 Idem etiam foret ſi iudex erraſſet circa poteſtatem ipſius, ut puta cum eſſet ordinarius,per errorem tanquam delegatus iudicauit,uel econtra. nam cum debito nomine,et obtentu ueræ poteſtatis,non proceſſerit,et errauerit circa fundamentum poteſtatis ſuæ,ſententia erit nulla. argu.d.le.quæro, et l. quod hæres.ff. famil.herciſ per quæ ita uoluit Bald.in.d.l.falſus, col.vi.uerſi.ſed pone quod.C. de fur. Nam ſi is qui debet explicare actum uno modo,eligat alium incompetentem : actus qui fit,eſt nullus, ut probatur in cap.ex parte haſtenſis,de conceſ.præb. et hoc idem intelligas,ſiue iudex errauerit,ſiue ſciens, et prudens hoc fecerit, puta ſciens ſe ordinarium iudicem uoluit iudicare tanquam delegatus,quia geſta huiuſmodi non ualent, per reg. quod potuit noluit : et quod uoluit,adimplere nequiuit capitulo ſuper de officio deleg.cum ibi adduc.et tenet Bart.in l.unica.C. qui pro ſua iuriſdict.prout etiam utrunque tenuit Innoc.Hoſtien.Ioā. And. Bal.Card.Imol.Panor. et communiter alii, ut atteſtatur ibidem Feli.columna.xi.uerſic.conſidera duo, in capitulo cum ex officii,de præſcript.Et pro quo facit id,quod ponit idem Fel. in c.p. &.g.columna quinta,uerſiculo.xvii.nota, dum inquit, quod ſi partes

partes coram ordinario tanquam delegato litigant, et delegatio ex aliquo non ualeat, non tenet proceſſus, etiam ex ui prorogationis, per ea quæ uoluit Bal. in l. i. C. qui pro ſua iuriſdict. ac præmiſſa tenet Alexan. conſil. ccxiii. uiſo. colum. ii. in fin. lib. ii. et uide Bal. in l. ii. C. ſi a non comp. iud. cum ſimil.

171 Sciendum eſt tamen, quòd habens iuriſdictionem ordinariã, & delegatam, ſeu ordinariam, et arbitralem, et ſic duplicem poteſtatem, in procedendo non cogitur alteram eligere: ut per Specu. in titu. de iuriſdict. om. iud, colum. penul. uerſic. ult. nota et ibi Bal. Et ſimpliciter procedendo, procedere uidetur ex utraque, et eo meliori modo, quo poteſt, ad effectum quòd actus ualeat, per tex. in c. niſi de præb. & ponit Abb. in c. Quintauallis, col. antepen. uerſic. ego, aut cum reuerentia, et c. de iureiur. et Inno. in d. c. Cum ex officii. in uerſic. authoritate, et ibi Fel. col. ix. uerſicu. ex iſta concluſione Innocentii, et per. d. Innoc. in d. c. quinta uallis, dum uoluit quòd arbiter, et arbitrator conſtitutus in eadem cauſa, poſsit procedere partim iuris ordine ſeruato, ut arbiter, et partim nõ ut arbitrator. Cuius dictum ſequuta eſt Rot. deci. dcccli. cum promiſſum, in fin. in antiq.

172 Et quòd iudex in dubio uideatur procedere iure efficaciori, et ad illum actum gerendum magis apto, declarat Alex. in conſ. lv. quoniam, libro. v. dum uult, quòd iudex ordinarius et delegatus, ſi actus ex ordinaria poteſtate ſuſtineri poteſt, ex ea primo tãquam magis firma, et efficaciori uideatur proceſsiſſe, cum hoc utilius ſit, ut etiam declarat Bart. in l. gerit. uerſicul. circa tertium principale: de acqui. hæred. ar. l. i. cum ſe. ff. de ſolu. et l. ſi quis in tentione. ff. de iud. eſt bonus tex. in. l. iii. de milit. teſta. ubi Bald. dicit, quòd ſi id, quòd fit ex duplici poteſtate non ualet ex una, ualebit ex alia, per illum textum, quia in dubio uidetur feciſſe eo iure quo potuit: cum hæc interpretatio rei gerendæ ſit aptior, ideo capienda. l. quoties. Idem ſeruo. de re. iur. et l. i. §. Offilius. cũ l. ſequen. ff. ne quis eum qui in ius uoc. quem text. ad iſtud propoſitum adducit Roma. in conſi. cccxx. in fi. in ſing. xv. et idem ſentit Aegid. concluſ. v. generale, et concluſ. lx, Proceſſus, et. lxx. Archiepiſc. et facit id, quod ponit Alexand. in conſil. clxxxv. in cauſa. columna ſecunda, in princip. lib. vj.

173 Propterea ſi arbiter, et arbitrator ſimpliciter pronunciaret: et ex proceſſu, et ſententia colligi non poſſet intentio iudicantis, qua uti poteſtate uoluerit. Nam hoc imprimis, uidelicet quam

uiam

uiam fuerit amplexatus,ex proceſſu colligi,et deprehendi ſolet, ut docet Bar.poſt glo.in l.i.ff.de iudi.et in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum,in.iii.col.ff. pro ſocio.et Bald.in l.non codicillum.C. de codicil.cum aliis de quibus per Alex.in conſil.lv.quoniam,col. ii.lib.et communiter tenetur : ut aſſerit Caſſad.deci.vii.num.vi. de appel.In dubio tamen præſumetur quòd proceſſerit ut arbiter : cum hæc ſit mitior,et æquior interpretatio,ex quo non tollitur reductio ad arbitrium boni uiri.ita communiter tenent docto.ſecundum Fel.in d.c.cum ex officij. colum.ij.uerſi.ſunt duæ opiniones.de præſcrip. et tenet Panor. in d.c.quintauallis.colū. xxiiii.uerſic.quæro nunc.et per Alexand.d.conſi.lv.uer.accedit prædictis.lib.v.et præmiſſa notanter ponit Io. Mil. in uerb.iudex poteſt procedere.ubi uidere poteris,et latius præmiſſa comprobat Io.Bapt.in tract.de arb.c.iiii. cum pluribus.cc. ſequentibus.lib.xii.ubi uide.Cautela tamē fuerit,quòd iudex duplici poteſtate fungens,utatur clauſula (Omni meliori modo &c.) quia ex uirtute dictæ clauſulæ, de facili ſaluabitur proceſſus, ſecundū Fel.in d.c.ex officij.colum.xi.in princ.uerſi.Tertio limita.et per eundem in c.cum ſuper colum.iiii. uerſic. quid autem importat. ubi uirtutem huiuſmodi clauſulæ ponit de offi.deleg.et Deciſio. conſil.lxxvii.colum.iii.in princ.lib.i.et Alexan.conſi.cxii. poſt reddita lib.iii.et conſi.lxxx.uiſis.col.ii.lib.v.

174 Quamuis dicta clauſula nihil operaretur: quando fuiſſet,expreſſus unus modus ineptus, ex quo aptus deſcendere non poſſet,ut per Calder.conſil.i.de accuſ.et Ancha.conſil.cclvii,Declarat,et ſequitur Caſſad.dicta deciſ.vii.nu.vii.de appel.et Capi.dec. xcvi.in cauſa,nu.9.poſt Mari.in.c.ii.ar.xiii. Plurimi.de lib.ob.

Nunquid autem in iudicem ordinarium litigantes compromittere poſſint,dic quòd non tanquam in arbitrum, ſed tanquā in arbitratorem , et amicabilem compoſitorem poterunt etiam de iure ciuili: ut uoluit glo.in l.ſed ſi.§ ſi quis iudex.in uer.tenet. in fin.et ibi Bar.ff.de arb.tenet Odo.Cy, Bald.et Saly.in l.ſi qui ex conſenſu.C.de epiſcop.aud. ponit Guid. Pap.q.lxix. licet de iure canonico indiſtincte poterit, ut in dictis locis per c.dilecti, et c.ex parte.de arg.cum ſimil.

175 VLTIMO (diximus)ſententiam ab ordinario iudice latam,qnandoque etiam ex defectu ipſiuſmet iuriſdictionis inualidam eſſe poſſe : prout exemplum ponere potes , ſi fuiſſet lata ab uno ſolo iudice abſque conſenſu aliorum ſuorum coniudicū :

quoniam

quoniam regulare eſt, quòd iudices ſiue ordinarii, ſiue delegati ſunt, uel ex ſtatuto, reſcripto, aut compromiſſo aſſumpti: quando pluribus, ut uniuerſis, ac ſimul et complexiue cõceſſa fuit poteſtas: prout fit quando uerba dignitati, ſeu magiſtratui, uel capitulo, aut uniuerſitati, ſeu pluribus ut uniuerſis directa reperiũtur: ex quo omnes tunc inſimul repræſentant unum: illorum officium cenſetur indiuiduum, iuxta l. magiſtratus et l. imperator. in princ. ff. de mu. Et propterea unus ſine alio ſententiam fer
176 re non poteſt, cum ſibi ſoli nec iuriſdictio, nec exercitium inſolidum competat, prout de magiſtratibus ordinariјs habemus tex. in l. cum magiſtratus. C. quand. prouoc. non eſt neceſ. l. duo ex tribus. ff. de re iud. l. ſicuti. ff. de arb. §. fin. in authen. ut iud. non expect. ſacras. c. ei qui. §. item ſi plures. ii. q. vi.

De pluribus iudicibus delegatis, quòd unus procedere non poſſit ſine alio, ad literam eſt text. in c. cauſa matrimonii. de off. deleg. c. prudentiam. §. i. eod. titul. c. ueniens. ubi glo. in uerb. duo Iudices. de renunciat. &c.

De arbitris eſt tex. in l. item. §. ſi plures et l. ſi in tres. et l. pedius in fi. ff. de arbit. qui tex. reddens rationem, quare ſententia unius ſit nulla, inquit (quia non ut recepit mandatum, dixit ſententiã) et eandem rationem ponit etiam tex. in d. c prudentiam. §. i. in fi. et in l, non diſtinguemus. §. de officio. de arbit. ponit Dec. conſi. cccc xxxiiii. placet. in fin. lib. iii. ubi etiam dixit, quòd non poteſt à partibus ratificari: et quòd talis nullitas indiſtincte opponi poteſt, ut ibi per eum.

De arbitris et delegatis quòd unus nihil poſſit ſine alijs, eſt tex. pro utroque in c. uno delegatorum, de off. deleg. in. vi. ac de omnibus habetur in c. cum ab uno. in princ. de ſenten. et re iudi. eod. lib. quia (ut dixi) exercitium iuriſdictionis eſt indiuiduũ: ut ponit Bal. in Specu. de iud. deleg. uerſi. ſi committitur cauſa tribus. facit deciſ. Rot. ut per Faſt. cauſ. xxii. dub. xxxii. incip. ſecundo dubi. et dicemus infra.

Si autem ex dictis ſtatuto, ſeu mandatis iuriſdictionalibus appareret, quòd poteſtas unicuique inſolidum conceſſa fuiſſet: puta quòd duo iudices ordinarij ſimpliciter creati fuerint: ut erant antiquitus conſules, defenſores, uicarii, poteſtates terrarum, et ſimiles: tunc unicuique illorum iuriſdictio, et exercitium inſoli
177 dum conceſſum eſſe uidetur: propterea unus ſine alio procedere poterit, ac præuentioni locus erit. per tex. in l. i. ubi Bald. de clarat. ff.

clarat.ff.de officio conſi.qui tex.licet loquatur in uoluntaria: doctores tamen idem intelligunt de contentioſa iuriſdictione:arg. l.tutores.et l.decreto.ff.de admi.tut.et l.fina.C.de auth. præſtan. ubi pluribus tutoribus ſimpliciter datis cuilibet uidetur data inſolidum poteſtas : et quilibet adminiſtrare poteſt. facit text.in l. i.§.ſi plures.et ibi Bart.in.ij.col.ff.de exercit. ubi commiſſa ſimpliciter,pluribus exercitoribus uniuerſitatis negotiorum adminiſtratione,cuiq; inſolidum commiſſa cenſetur.Ita declarat Bart. poſt gl.in l.Pomponius.alias ſi uni.ff.de re iud.ubi uide.Quamuis ſi a principio tales iudices etiam inſolidum deputati aliquam cauſam ſimul cognoſcere cœpiſſent, deberent omnes inſimul eandem terminare,per glo.ſingularem ſecundum Alex. et Imo. ibi,in d.l.ſi uni.ubi etiam Iaſ.col.iii.uerſic.ſecunda concluſio.ubi hoc declarat.ff.de re iud.et aliam gl.in c.cum plures.in uerb,uno eorum.de offi. deleg.in.vi. licet ſi in caſu iſto unus ſolus ſententiam ferret: ex hoc non crederem nullam ex defectu poteſtatis: cum ſibi competat inſolidum : ut uidetur tenuiſſe Ro. loquens de arbitr.deciſ.ii. ſub tit. de arbit. in illis de Bisſig.quæ eſt etiam in antiqu.ſub nu.dcccl j.compromiſſum.

178 Et quod dicimus de iudicibus ordinariis, idem intelligimus ad uniuerſitatem cauſarum delegatis : quia tales loco ordinariorum habentur,ſecundum glo.communiter approbatam, ut ibi per Alexand.in d.l.ſi uni.et Iaſ.in l.duo ex tribus. in.i.colum.ff. de re iudic.et quòd iſti ad inſtar ordinariorum ſint, ponit etiam glo.et docto.in.l.i.in principio.ff. de off.eius.et in l.diuo Pio.in princip.et Bar.in d.l.ſi uni.de re iud.plura ponit Fel.in c.cauſam matrimonii.col.penul.uerſic.glo.in uerb.unus.de off.deleg.cum alijs,de quibus per Alex.conſil.cxx.uiſo.colum.ij.lib.vj.

Idem eſſet ſi forent electi plures arbitri, et data unicuiq; illorum facultas cognoſcendi cauſam, et decidendi : nam quilibet ex eis abſque collegis procedere et terminare poſſet: ut in l.non diſtinguemus.§.ſi in plures.ff.de arbit.

179 Vel quòd cauſa eſſet delegata pluribus cum clauſula uos uel duo, aut unus ueſtrum &c. Nam hoc caſu cenſetur mandatum cuique inſolidum factum : et locus eſt præoccupationi.c.cum plures.de off.deleg.in.vi.et uno ex eis negotium inchoante, niſi in caſu neceſſitatis,alii ſe intromittere nequibunt, ex quo exercitium iuriſdictionis ſolum recedit in perſona illius. qui præuenit,ut ibi et uidetur dec.Rot.cx.Sciſcitatus.in no. facit quod po-

nit

nit Aegid.concl.ccccl xxvi.cum ſeq.et ponit Bar.in d.l.ſi uni.

180 Idem ſi eſſet adiecta clauſula (quòd ſi unus intereſſe nequeat, alter exequatur) Nam conſtito quòd collega non poſſit, aut nolit intereſſe: alius ſolus expediet, per text.et communiter not.in c.prudentiam.in princip.de off.deleg.et Roma.ſing.xiii.in cauſa.ubi aſſerit docto.ita communiter tenere.et per Feli.in c.Sciſcitatus.uerſic.oportet notum eſſe impedimentum.de reſcrip. tenet Rot.deciſ.ccxliiii.retento.et.clxvi. ubi limitat hoc non procedere in beneficialibus, in quibus etiam non conſtito de impedimẽto collegæ, ſi alius ſolus procedit, et expoſt appareat collegam fuiſſe impeditum, ualebit proceſſus, ex quo opinio in talibus cedit ueritate.in nouis.quod tenuit in d.c.prudentia Bal.ſecundum ea quæ refert Hip. de marſi.in l parte uel marito. uer.item dicta doct.num.56.ff.de quæſt.et diximus ſupra.

181 Et clauſula illa, ſi non poteſt intereſſe, intelligitur ſi nec per ſe, nec per alium, quamuis de hoc alias fuerit dubitatum, ſecundum Aegid.conclu.cxxxiii. in forma.et Feli.in ca. ſciſcitatus.colum. penulti.in fin.de reſcrip.

Et quando iuriſdictio inſolidum non competit, nedum per unum ſolum iudicem ſententia ferri non poteſt, quinimo ad illius ualiditatẽ requiritur, ut tempore ſententiæ proferendæ, omnes iudices ſint ſimul coadiuuati, et ſimul iudicent, uel unus, aliis tamen præſentibus, et mandantibus. et quòd is qui recitat, utatur uerbis pluralis numeri, ut puta nos tales iudices pronuntiamus in hunc modum, uidelicet &c. ut magiſtraliter docet tex.in cap. cum ab uno.de ſenten.et re iud.in.vi.

Nam ſi non eſſent omnes ſimul coadunati, ſed quilibet priuatim ſententiam diceret, non ualeret l.tunc autem.et ibi glo.l.duo ex tribus.ff.de re iud.glo.in l.non diſtinguemus.§.cum amplius et l.item ſi unus.§.item ſi plures ff.de arb. Tenet Spec.in titu. de ſenten §.ſequitur uidere.uerſi.ſed et ſi iudices.et Pau. de Caſt. in conſi.ciii.in prima parte.quia ubi requiritur quòd conſenſus maioris partis præiudicet minori, conſenſus ſimul, non ſeparatim præſtari debet: ut eſt doct. Bar. in l.omnes populi.in.ij.quæſt. princip.uerſic.contrarium credo.ff.de iuſt. & iur. & ponit idem Bartol. in dicta.l.ſi uni.ff. de re iudic. & Alexand. conſilio.ccv. uiſis his.in princip.libro ſecundo.

Nec ſufficeret quòd unus ius iudicum cognitioni cauſæ præſens fuiſſet, et in præſentia aliorum coniudicum uotum ſuum dixiſſet,

xiſſet,et poſtea recesſiſſet: quoniam ſi reliqui, illo taliter abſente,ſententiam ferrent, eſſet ipſo iure nulla, ſecundum communẽ ſcribentiũ opinionẽ: de qua atteſtatur et eam comprobat Fel.in d.c.cauſam matrimonii.col.fi.uerſi.tertio limita de off.deleg.

Si tamen ex coniudicibus aliquis præſens eſſet, et iuraret ſibi de cauſa non liquere: alij cauſam eandem expedire poſſent, per tex.in d.l.ſi uni.ubi ſcribentes.de re iudic. et l.ſi de meis.ff.de arbitr.et ponit Abbas et Fel.in d.c.cauſam.in fin.uerb.

Et ſi fuerint plures arbitri diſcordãtes, uel deciſioni cauſæ intereſſe negligentes,ſeruanda erit practica text.in cap.fin. de arb. in ſexto Maxime in terris eccleſiæ ſecundum gloſſ.ordinariam ibidem poſitam.

Minus etiam ſufficeret,quòd præſens ſuo, et collegæ ſui abſentis, nomine pronunciaret. Nam etiam ſi dictus collega ex poſt pronuntiationem huiuſmodi ratificaret, ſententia nihilominus non fieret ualida: ut eſt glo. in l.inſtar. in fin.C. de iur.fiſc. lib.x.et tex.in d.c.cum ab uno.ibi præſentibus et mandantibus &c.de re iud.in.vi.quoniam ubi certo tempore conſenſus requiritur,ratihabitio ſequens ut actum firmet, non retro trahitur l. quid ergo.in princ.ff.de infa.et quia in ſententiis,et aliis quæ publici iuris ſunt,ratihabitio non procedit: ut inquit glo.in d.c.cũ ab uno.in uerb.mandantibus.et Bar.Bal.et alii in l. obſeruare.§. fin.ff.de off.proconſ.ponit Spe.in tit.de cita.§.iam.col.v.uer.hoc autem nota.& in tit.de ſenten.§.ſequitur uidere.uerſi.quid ſi nulla.et Bart.in d.l.ſi uni.in fin. et ibi Iaſ. in fin. et Aegidi.concluſi. xxx.ſententia.cum aliis,de quibus per Feli.in c.prudentia. uerſi. nunquid unus.ubi hoc tenet Innocen. de offic.delega. Nunquid autem unus ex iudicibus delegatis,ſeu arbitris, ante ſententiam, poſſit uices, et animi ſui motum ſuo collegæ committere, uide glo.fin.in l.ſicuti.ff.de arbitr.et Bart. in d.l.ſi uni. et Alexand.in conſil.xiii.ex his.colum.iii.uerſic.et tanto fortius.lib.i.

183 Et in caſu quo iuriſdictio non competat cuique inſolidum: ſi ex coniudicibus aliquis eſſet inhabilis,et iuriſdictionis incapax, cum ſententia cenſeatur quid indiuiſibile, ob defectum illius collegæ,in totum uitiabitur.l.Pedius.in fi.ff.de arb.c.ad probandũ. ubi gl.et ſcribentes.de re iud.c.cum ſuper. ubi glo.fin. de off.deleg.et Ioan.And.in Spec.de ſenten.§.iuſta.in princ.in uerb.cum ab omni dum loquitur quando unus ex pluribus iudicibus precio corruptus ſententiam tulit.uide etiam Parid.de put.in tract.

ſynd.in

ſynd.in uerb.corru.§.an ſi tempore ſentē.uerſ.iudicē corrumpēs qui contrariū tenet.Et pro hoc allegat Ioā.And. in loco de quo ſupra.et Ang.in.l.uenales,C. quom.et quan.Sed certe Ioā.And. uidetur inclinare quòd ſentētia nō teneat,per iura de quib.ſupra.

Sed ſi iuriſdictio inſolidum competeret,etiam, ꝙ unus habilis ſecum admitteret alium inhabilem,actus ualeret,et ex perſona habilis ſuſtineretur.l.i.§.Pomponius.ff.quod cum fal.tut.ubi ſi uerus tutor authoritatem cum falſo contutore præſtiterit, tenet quod fit ex perſona ueri tutoris. Prout etiā uidemus in duobus tabellionibus inſolidum de aliquo actu rogatis, nam licet tempore rogitus alter ex ipſis fuerit infamis, ſeu alias inhabilis, ſuſtinebitur tamen rogitus ex perſona alterius habilis,et ipſe ſolus poterit illud publicare:ut uoluit Bal.in.l.ſi quis ex argentaris.§. quid enim.ff.de eden.et in.l.imperator.ff.de ſtatut.hominū et Alexan.in conſil.xcii.cum conſil.ſeq lib.vii.quos etiam retulit et ſecutus eſt Boer.deciſ.xxi.incipien.Et prius.col.i.Quod in

184 tellige quando uerus ſcit ſe habere poteſtatem in ſolidum, et tanquam talis procedit: ſecus ſi putaſſet ſibi inſolidum non competere poteſtatem et ideo ſibi alium aſſociaſſet,in quo credebat talem etiam poteſtatem reſidere. Nam etſi talis ſit iudex inſolidum:ex quo tamen uoluntas non concurrit cum poteſtate,quinimo inter ſe ad inuicem repugnant:non ualet quod agitur, per text.in.d.c.cum ſuper.ubi.Abb.et Feli.ibi,col.ii.uerſ.nota illam Theoricam,adducendo plura exempla de offici. delega. et tenet Hoſtien.in ſum.de ſenten.§.quis.in fi.et Lap.alleg.lxxxviii.cōmune Florentinū.Præterea ſi eſſent plures iudices æqualem iuriſdictionē habentes: & unus ex illis efficitur inhabilis, tota iuriſdictio accreſcit.d.l.i.ff.de offic.cōſ.per quē text.ita uoluit Bal. in.l.i.col.fin.C.quando non per.par. prout etiam refert et ſeque. Capic.in deciſ.Neap.xxviii. in cauſa reuerendi.nume.11.

Intellige etiam præmiſſa quando actus expeditur per ſingu-

185 los ut iudices,arbitros,tutores,aut ſimiles.Si uero expediretur per uniuerſos.ut capitulum,collegium populum,etc.tunc actus ratione habilium(licet inhabiles interfuerint)ualerent, ex quo non capiunt uim à ſingulis, ſed à collegio : et collegium conſiſtit penes habiles duntaxat, ut per docto.in.d.c cum ſuper.et.c. fina.de proc.c.ſacroſancta.c.Meſſana.de.elec.et clem.i. de regular.cum aliis,de quibus per Alexan. in conſili.xl. ii.uolumin.et Corſet.in ſingu.in uerb.uniuerſitas,etc.

O 186 Nota

186 Nota inſuper quòd in ſententiis, ſiue ordinarii, ſiue delegati, ſeu compromiſſarii iudices ſint, ſi diſcordant, ſtatur ſententiæ plurium, quia in iudiciis obtinet quod à pluribus fit. c. ſi Epiſcopus.lxv.diſtinct.c ei qui.§. ſi plures.ubi glo.ii.quæſtio. vi.l. duo ex tribus.et.l.diem proferre.§. ſi plures.ff.de arb.ponit Spec cu.in titu. de ſenten.§.iuſta.column.ii.uerſic. quid ſi inter tres,et Hoſtien.eod.titu.iu ſumma.§.quis debet.colum.fin.

Si autem iudices fuerint numero pares. et diſcordēt,ſi ordinarii ſint,tenet pro reo ſententia,niſi cauſa foret fauorabilis,ut pro matrimonio,dote,Eccleſia,libertate,et ſimilibus.Si fuerint delegati,utraque ſententia pendet ex arbitrio delegantis,in cuius eſt poteſtate,quam conformare maluerit.Sed ſi arbitri fuerint,neutra habebit uigorem,ut dicit tex.ad literam in c.fin. ubi ponuntur concordantiæ de ſententia et re iud.et.l.inter pares. et.l. duo iudices.ff.eo.tit.cum aliis ibi adduct.

Præterea circa unum erit aduertendum, quòd ſi eſſet compromiſſum in duos,cum poteſtate eligendi tertium in euentum diſcordiæ etc.quòd ille tertius non poteſt eligi,nec quicquam facere,niſi prius de diſcordia duorum legitime conſtaret,ut docet Alexan.in conſil.cxxiiii.in cauſa.colum.penult. uerſi. tertia ratione.lib.ii.et conſil.xlviii.in cauſa.col.fin.lib.vii.et Dec. conſil. cccclxxv.in cauſa.quæ Mantuæ.col.fin.lib.iiii.cum ibi adduct.

IN RVBR. SEV TITVL.

De nullitate ex defectu iuriſdic.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio delegata eſt debilior, ſtrictior, & minus fauorabilis quàm ordinaria.*

2 *Delegatio cauſæ ut cognoſcatur an ſit ualida, conſideretur quis,cui,quid,pro quo, contra quem, qualiter, & quibus loco et tempore delegauerit.*

3 *Delegans poteſtatem quam non habet, alteri demandare non poteſt.*

4 Dele-

4 *Delegantem magiſtratum eſſe oportet.*

5 *Iudices qui habent iuriſdictionem cum adminiſtratione, prout ſunt prouinciarum & terrarum* Præſides, Co=*mites*, Duces, Marchiones, Archiepiſcopi, Epiſco=*pi, &c. cum territorium habeant uere ordinarij ſunt, & delegare poterunt.*

6 Iudex *qui alicui tribunati ordinario præeſt, & ipſe erit ordinarius, & delegabit, licet non habeat adminiſtra=tionem cum dignitate.*

7 Iudices Ro.cu. *qui ſint, qui ordinarium tribunal habeant.*

8 Iudices Rom.cur. *tam olim quàm hodie certam & limi=tatam habuerunt & habent iuriſdictionem ac cauſa=rum cognitionem.*

9 Vicecancellarij *poteſtas in quibus regulariter con=ſiſtat.*

10 *Camerarij apoſtolicæ ſedis poteſtas in quo præcipue uer=ſatur.*

11 *Gubernatoris urbis* Romæ *poteſtas et officium in quo po tisſime uerſatur.*

12 *Auditoris generalis cameræ Apoſtolicæ poteſtas circa quæ præcipue uerſetur.*

13 Vicarij *generalis* Papæ *in ſpiritualibus poteſtas circa quæ potiſsime uerſetur.*

14 *Senatoris almæ urbis poteſtas & iuriſdictio.*

15 *Mareſcalli urbis iuriſdictio.*

16 *Auditor audientiæ contradictarum olim habebat ordina riam iuriſdictionem.*

17 *Auditoris* Rotæ *in* Roma. *cu. ſunt tanquàm ſtellæ in fir=mamento, & in cognoſcendo ordinarij, in decidendo de legati reputantur.*

18 *Auditores* Rotæ *non ſubdelegant: nec eorum iuriſdictio prorogatur.*

19 *Auditores* Rotæ *aſſerunt ſe habere ſtrictam iuriſdictionem, & multa facere ſine ſpeciali mandato recuſant.*

20 *Auditorum* Rotæ *deciſiones tanquàm magiſtrales ab alijs iudicibus ſequendæ ſunt.*

21 *Delegatus principis quibus caſibus delegare non poſſit.*

22 *Delegatus ab eo qui ius prætorium non ciuile conſtituit, ut* Epiſcopi, Duces, Marchiones, *& ſimiles non ſubdelegabit.*

23 *Delegatus legati de latere ſeu* Cardinalis *ſubdelegat, quia primus delegans eſt ad inſtar proconſulis.*

24 *Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum ad inſtar ordinarij ſubdelegat.*

25 *Vicarius epiſcopi licet non poßit alium facere uicarium generalem, ſpecialem tamen facere poterit, & ſubdelegare quia ordinarius eſt.*

26 *Delegatus principis cauſas criminales ſubdelegare põt.*

27 *Delegati principis ſubdelegatus ſubdelegare non poteſt, licet delegatus ordinarij poßit hãc habere poteſtatem.*

28 *Subdelegatus non poteſt ſubdelegare: & quòd ſub eo fuerit lis conteſtata.*

29 *Delegatio quando fit, debet deleganti competere iuriſdictio habitu & actu.*

30 *Delegatio facta à proconſule ante prouinciæ ingreſſum non ualet.*

31 *Delegatio non conualeſcit ex poteſtate ſuperueniente, quando à principio non tenuit.*

32 *Delegatio ab excommunicato facta non ualet, cum exercitum iuriſdictionis ſit ſuſpenſum.*

33 De-

33 Delegatio facta ab eo qui iuriſdictionem ſuſpenſam uel impeditam aut cuius exercitium uere nondum competebat non ualet: uide exempla hic.

34 Iudex antequàm literæ ſuæ poteſtatis ſibi præſententur, non habet exercitium iuriſdictionis.

35 Iudex electus nondum confirmatus in dignitate, cui annectitur iuriſdictio, uel ante adeptam poſſeſsionem actualem non habet exercitium: propterea nõ ſubdelegat.

36 Delegatio ab uno ex pluribus iudicibus datis cum clauſula quòd ſi non omnes facta antequàm conſtet de impedimento collegæ non ualet.

37 Delegatio ſi impugnantur ratione delegantis: exceptio coram delegato proponi debet.

38 Delegatus quis fieri impeditur natura, lege, & moribus.

39 Delegatus à natura fieri impeditur, qui fuerit rationis incapax: ut ſurdus, mutus, furioſus, & impubes, per rationem de qua hic.

40 Princeps defectum naturalem ſupplere non poteſt.

41 Sententia lata ab incapacibus iure naturæ abſque ope exceptionis eſt ipſo iure nulla.

42 Cœcus iuriſdictionem prius quæſitam retinere & exercere, ſed de nouo acquirere non poteſt.

43 Cœcus retinet feudum paternum, ac in Baronia & iuriſdictione paterna ſuccedit.

44 Infamis de iure uel de facto, & ob turpem cauſam à cœtu uel Senatu proborũ remotus, iudex fieri non poteſt.

45 Iudicare, honor, & dignitas reputatur.

46 Infames nedum iudices fieri, ſed facti remoueri debent.

47 Fama bona quã populi amant eſt theſaurus inæſtimabilis.

48 *Criminoſi & delinquentes tanquam infames iudices fieri non debent.*

49 *Iudæi & alij qui legem Chriſti abijciunt, non ſunt iuriſdictionis capaces: nec eis publica officia committenda ſunt.*

50 *Chriſtiani tantum de iure ſunt capaces iuriſdictionis.*

51 *Iudæi inter ſeipſos iudices fieri poſſunt.*

52 *Vſurarius publicus cum ſit infamis Iudex eſſe nō poteſt.*

53 *Delegatio à principe de perſona inhabili ſcienter facta tenet, quia diſpenſaſſe cenſetur.*

54 *Actus à principe factus ſi aliter ſuſtineri non poteſt, præſumitur factus de plenitudine poteſtatis.*

55 *Princeps ſi quem ſcienter deputet, uel deleget, ad inſtar ſacrilegij eſt dubitare de habilitate ipſius delegati.*

56 *Princeps ſi ignorat impedimento & inhabilitatem, in dubio diſpenſaſſe & habilitaſſe non præſumitur.*

57 *Delegatio etiam à principe facta in dubio ſi exorbitans eſt impugnari debet per uiam ſubreptionis, obreptionis, & defectus intentionis.*

58 *Princeps meus & uoluntas præſumitur legitima, licet multoties ob importunitatē non concedēda cōcedat: et tunc non præſumitur pro eo: & clauſula ex certa ſcientia uel de plenitudine poteſtatis &c. nihil operatur.*

59 *Iudices aliquem defectū iuriſdictionis impeditiuū patientes regulariter cōtra eoſdem ne procedāt excipi debet.*

60 *Reſcripta ad lites ſeu cauſarum commisſiones et delegationes ſi modo auocatoria non ſint, licet ſint ſubreptitia, tamen iuriſdictionem tribuunt.*

61 *Excommunicatus eſt infamis, & quaſi à ſenatu motus, idcirco iudex eſſe non poteſt.*

62 Excom-

62 Excommunicatus ſemel quandiu non conſtat de abſolutio ne tandiu excommunicatus præſumitur.

63 Excommunicatus publice quis dicatur ad effectum ut iu- dex eſſe non posſit.

64 Excommunicatio nunquid probetur per inſtrumentum denunciationis.

65 Bannitus excõmunicato eſt ſimilis, ideo iudex eſſe nõ põt.

66 Cauſæ ab apoſtolica ſede niſi in dignitate eccleſiaſtica con ſtitutis committi non poſſunt: & quibus poſſunt com- mitti, ac quare hoc ſit inductum.

67 c. Statutum, de reſcriptis. in ſexto de cauſis committen- dis non procedit in ordinario.

68 Cauſæ ab ordinarijs ac etiam ſecularibus iudicibus cogno ſcendæ clericis committi poſſunt.

69 Cauſæ non ſpirituales etiam iudicibus laicorum cogno- ſcendæ committi poſſunt.

70 Dignitas eccleſiaſtica quæ dicatur.

71 Fœminæ iudices fieri non poſſunt, p rõnes de quibus hic.

72 Fœminis diſpenſatiue quandoque cauſæ etiam ſpirituales commiſſæ fuerint.

73 Fœminæ in iuriſdictione ſuccedere, & illam per ſeipſas exercere poſſunt.

74 Serui iudices fieri non poſſunt, quia quoad leges pro mor tuis habentur.

75 l. Barbarius. ff. de offic. præſi. procedit nedum in ordina- rio, uerumetiam in ſimplici delegato.

76 Monachi & religioſi cum ſint ſerui religionis, & quoad ſecularia pro mortuis habeãtur, iudices fieri nõ poſſũt.

77 Monachi & religioſi ſeruis adequantur.

78 Fratres ordinis minorum funditus pro mortuis habẽtur.

79 *Monachis & religioſis ſi cauſa expreſſo nómine monachatus ſeu religionis à ſede apoſtolica committatur, tenet commißio, &.82. cum ſequ.*
80 *Cauſæ Guardianis ſeu miniſtris fratrum minorũ, ac prioribus mendicantium, & ſimilibus à ſede apoſtolica committi poſſunt.*
81 *Cauſæ habentibus ſimplices adminiſtrationes, & officia eccleſiaſtica prout ſacriſtæ, cuſtodes, camerarij, theſaurarij, & ſimiles committi non poſſunt.*
82 *Cauſæ monacho adminiſtrationem in cathedrali eccleſia habenti committi poſſunt.*
83 *Monachus poteſt creari officialis epiſcopi.*
84 *Iudicis habilitas conſideratur tempore datæ ſcripti, ſeu delegationis.*
85 *Delegatio non ualet, ſi cauſa ad iuriſdictionem delegantis non ſpectet.*
86 *Delegari poſſunt omnes cauſæ etiam meri Imperij ſecundum ius Canonicum.*
87 *Mandatum ſpeciale requiritur ad impetrandam commißionem cauſarum de iure, ſed de ſtylo non ſeruatur: & quomodo hoc ſit intelligendum.*
88 *Excommunicatus & hæreticus ſpecialiter prohibentur impetrare reſcripta, & cauſarum commißiones.*
89 *Commißiones cauſarũ alterius nomine impetratæ effectũ ſortiuntur ex ratificatione ipſius domini, & nõ alias.*
90 *Reſcriptum ſeu cauſæ commißio contra mortuum impetrata non tenet.*
91 *Forma reſcripti ſeu mandati eſt diligenter cuſtodienda, alias non ualet quod ſit.*
92 *Conditionale ſi fuerit mandatum, uel reſcriptum, ante*

conditio-

conditionem uel diem non acquiritur iuriſdictio, ſed ſpes duntaxat illius.

93 *Delegatio diuerſimodæ fieri ſolet, quandoque de tota cau ſa, aliquando de uno articulo, in quo eſt diligenter conſiderandum.*

94 *Delegatio cauſæ extra territoriũ delegantis fieri poteſt.*

95 *Delegatio fieri non poteſt, ut cauſa extra locum delegan tis cognoſcatur.*

96 *Delegatio cauſæ fieri nõ poteſt in loco diſtanti ultra duas dietas: ſi de hoc fuerit oppoſitum: prout de loco non tuto & inhoneſto dicitur.*

97 *Delegatio cauſæ à ſede apoſtolica extra locum inſignem facta non ualet: ſi modo de contraria principis uoluntate non appareat.*

98 *Delegatio cauſæ in certo loco facta: ſi in eo ex aliqua cau ſa expediri non poteſt, alibi expediri poterit.*

99 *Delegatio cauſæ uidelicet ut cauſa cognoſcatur tempore quo delegans non eſt futurus iudex, non ualet.*

100 *Iudex delegatus ultra diem ſtatutum cognoſcens nihil facit.*

101 *Reſcriptum ad lites licet ſit perpetuum, tamen intra annum iudici præſentari debet.*

102 *Reſcriptum quid debeat continere: & quid in eo exprimendum ſit ne dicatur ſubreptitium: & quòd expreſſa in eo uerificanda ſunt.*

103 *Delegatus ante receſſum ſui delegantis à prouincia, uel priuſquam moriatur, ſi iuriſdictione & mandato non fuerit uſus, expirat ſua iuriſdictio.*

104 *Mandatum iuriſdictionale qualiter tacite uel expreſſe reſolui & expirare poſſit, remiſsiue.*

De nullitate ex defectu iuriſdictionis delegatæ.

POSTQVAM ſummatim & concluſiue aliqua uidimus de ordinaria, ſupereſt ut aliquid etiam ponamus de poteſtates delegata, de qua ſæpius in iudiciis diſputari conſueuit, & ſequendo ordinem ſupra poſitum, ſcire debes, quòd omnia per quæ diximus ſententiam iudicis ordinarij ex defectu poteſtatis ſuæ impugnari poſſe, à fortiori etiam ex eiſdem ſententia iudicis delegati inualidari poterit, cum iſta ſit longe debilior, ſtrictior,
1 & minus fauorabilis quàm ordinaria iuriſdictio (ut ſupra diximus) & ponit Arch. in c. ſi quis epiſcopus. i. q. vi. quem refert & ſequitur Bal. in l. ſi ut proponis. la. i. uerſ. ſed hic dubitatur. C quõ & quand. iud. de quo plenius per Alex. in rub. ff. de off. eius &c.

Conueniet igitur imprimis diligenter quærere, nunquid legitime conſtet de poteſtate ipſi delegato tradita, quia ſine ea fruſtra iudicaſſet. c. cum in iure. de offic. delega. cum ſuperius adductis. & ſi per reſcriptum uel alias de iuriſdictione demandata, ac facta delegatione, apparuerit, erit aduertendum nunquid per de-
2 legationem huiuſmodi in delegatũ aliqua efficaciter fuerit trãſlata poteſtas, conſiderando, quis, cui, quid, pro quo, contra quem, qualiter, & quibus, loco, & tempore delegauerit. De quibus per ordinem aliquid dicendum eſt.

3 Quis deleget conſiderabitur circa hoc, uidelicet nunquid habuerit illam poteſtatem, quam alteri dedit, ex quo fruſtra daret, quod ipſe non haberet, ut in ſimilibus terminis inquit text. l. obſeruare. §. final. ff. de offic. proconſul. et leg. l. traditio. in princip. ff. de acqui. re. do. et l. nemo plus iuris. ff. de regul. iur. Nam quod quiſque non habet committere non poteſt, capitu. Daibertum. prima quæſtio. vij. c. quod autem. de iurepa. cap. fina. de reſcript. capitulo primo, de offic. ordina. in ſexto & ibi Io. monachi, cum
4 alijs, de quibus per Rot. ccxlij. Si unus ex tribus. in no. Idcirco eum, qui iudicare iubet, magiſtratum eſſe oportet. l. eum qui. ff. de iuriſdict. omn. iud. l. uni. in princip. ubi glo. C. qui pro ſua iuriſd. quia iudicem dare iuriſdictionis eſt. l. i. in fin. et l. Imperium. in fin. ff. de iuriſdi. om. iud.

5 Et

5 Et intellige quòd delegans ſit magiſtratus,id eſt talis,cui competat iuriſdictio cum adminiſtratione,prout ſunt prouinciarum ac terrarum rectores, præſides, gubernatores, comites, duces, marchiones,uicarij perpetuí,archiepiſcopi,epiſcopi,uel alij ſimiles habentes dignitates, quibus de iure,uel de conſuetudine iuriſdictio annectitur,ut probať tex.in l.fina.C.ubi & apud quos. & tales cum territorium habeant,uere ordinaria ſunt, & omnes eiuſdem territorij cauſas ſub illorum poteſtate comprehendunt, & ad eos omnium partes,qui Romæ,uel quaſi magiſtratus,uel extra ordinem ius dicunt,pertinent,ut probat text.in.l. ſi in aliqua.§.fina.et l.nequicquam.in princ.ff. de offic. proconſ. et l.ex omnibus.cum duobus ſequen.ff.de offic.præſ.

6 Potes etiam de eo magiſtratu intelligere,quí alicui iuriſdictioni,aut tribunali ordinario præſit,et cui iuriſdictio abſque alia dignitate,ſeu adminiſtratione competat,prout erant illi, qui antiquitus in urbe Romano populo ius dicebant, de quibus ſupra diximus,et prout ſunt hi,qui in eadem urbe etiam temporibus noſtris ordinarie ius dicunt,ut eſt Reuerēdisſimus Camerarius cum clericis ſeu præſidentibus ſuis,uicecamerarius idemque urbis gubernator,auditor generalis eiuſdem cameræ, uicarius ſanctisſimi domini noſtri Papæ,eiuſdem urbis ſenator, et mareſcallus: qui omnes pro ordinarijs Romanæ curiæ iudicibus hodie ſe gerunt.et reputantur : ut uoluit Spec. in titul.de off.ordin.§.i. uerſic.item ordinarius.et ibi Bald.et in tit.de iudic.delega.§.iam nunc.uerſic.item non obſtat.& alias dixi.

8 Et ſicuti olim magiſtratus,qui in urbe ius reddebant,quiſque ſuis partibus fungebatur,ac determinatam habebat cognitionē: ut colligitur ex rubris et nigro.ff.et.C.de illorum officijs,et poteſtate tractan.& de quo aliquid ſupra diximus. Ita etiam & ſupradicti, qui hodie in eadem urbe ius dicunt, ne adinuicem per concurſum ſe impediant: & promiſcuis actibus rerum turbentur officia: quilibet ex ipſis,iuxta facultates ac poteſtatem tempore creationis et deputationis eorundem ad magiſtratus, ab eoſdem ſanctisſimo domino noſtro traditam, in eadem urbe,& Romana curia iuriſdictionem limitate exercent, uni creditum alteri non ſubtrahendo.

9 Exempli gratia,pro te Iuuenis (ut de illorum poteſtate & iuriſdictione aliqualiter inſtruaris) uidere poteris Reuerendisſimum in eadem curia Vicecancellarium,eius amplam,& latã poteſtatem

teſtatem intra ſuos tamen limites continere,puta eius authoritate ac patrocinio quaſcunque extrauagantes leges, & coſtitutiones,ſeu regulas cuſtodiendo,illaſque quibus oportuerit ſubminiſtrando,cauſaſque beneficiales,et ad eandem Romanam curiam deuolutas iudicibus in eadem curia diſtribuendo, proceſſus etiā cum inuocatione auxilij brachij ſecularis aduerſus intruſos et rebelles fulminando,ſentētias diffinitiuas in eadem curia, Apoſtolica authoritate prolatas, debitæ executioni demandando, reſignationes beneficiorum eccleſiaſticorum admittendo,ac ſupplicationes,ſeu prouiſiones,a duobus tamen Referendarijs ſubſcriptas,uſque ad ſummam centum florenorum,ſuper huiuſmodi eccleſiaſticis beneficijs ſignando,& concedendo,ac eandem ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Cancellariam & eius officiales, qui multi & honorabiles ſunt.& audientiam ſacri palatij apoſtolici causarum,et illius R.D.auditores,et officiales,regendo,et gubernando,ac reliqua faciēdo iuxta poteſtatem ex regulis maxime, ſeu conſtitutionibus apoſtolicis dictæ Cancellariæ ſibi conceſſam: de quo per Aeg.deciſ.de.Si delegatus in fi.et.dcii. Cancellaria.de qua etiam fit mentio in c.ad hæc.de reſcrip.&c.Porrecta, de confir.util.uel inutil.et c.dura.de crim.falſa. & ſuper qua inſignes doctores multa ſcripſerunt,prout Gond.uillad. olim auditor Rot.in tract.de aug.dignitat.et poteſt. S.R.E. in ulti.quæſtio.Roma.conſil.dcclxxxix.ac doctores omnes in proœmio. regularum eiuſdem Cancellariæ.

10 Idem uidemus in ſupradicto etiam Reuerendiſſimo Camerario.qui cum ſeptem ſuis præſidentibus uniuerſo ærario ac patrimonio Eccleſiæ præeſt, illius reditus procurans: cuius poteſtas præcipue uerſatur in cauſis ciuilibus,inter fiſcum dictæ cameræ ac priuatos,ſeu ſtatum,uel commodum eiuſdem cameræ Apoſtolicæ,uel aliàs publicam utilitatem,regimen, & quietem, concernentibus,audiendis,et decidendis: ac debentes eidem cameræ ad ſolutionem compellendo,et reliqua faciendo, quæ honorificum dictæ cameræ Apoſtolicæ, et uniuerſæ reipub..cæ ſtatum conſpicere cognoſcit: cuius dignitas et officium maximum eſt, etiam per mortem ipſius Papæ non ceſſans,prout eſt text.et ibi glo.in uerbo.Camerarium.in cle.ne Romani.& ibi aliqua de eo poſſunt Zabarella,& Boniſ.de Vital.de elect. & deciſ.in conſil. cccciiij.Viſo & poteſtatem ac etiam longe maiorem quàm olim habebat procurator Cæſaris retinet. ſecundum Paul. de Caſt. in

l.iij.in fin.per illum text.C. ſi aduerſ.fiſcum.prout refert deciſio. Neapo.ut per Cap.deciſi.cxcvii.in cauſa. numero.iij.cum ſimil. Iſti duo primi ob illorum præminētem dignitatem,et officium, dici non poteſt, quin iuriſdictionem cum dignitate et adminiſtratione habeant.

11 Videmus etiam idem in uicecamerario,eodemque urbis gubernatore,et ſuperintendente; qui ſpecialiter regimini, ac quieti publicæ præfectus, in facinoroſos quoſcunque clericos,uel ſeculares,in ipſa urbe, ac eius diſtrictu gladij temporalis dictæ ſedis Apoſtolicæ poteſtatem , merumque et mixtum imperium pro eius mero arbitrio,manu regia et leuato uelo,exercet, cauſaſque breuiores ut puta mercedum ac miſerabilium perſonarum, cauſas annonæ,et ſimiles publicam eiuſdem ciuitatis quietem reſpicientes,etiam ex non ſcripto,ac regali manu determinat, ac ſolus (ſenatore excepto) gladium temporalem uibrat,et cunctis alijs urbis magiſtratibus olim præcellebat, ut inquit tex.in l.iij. C.de off.præfect.urb.et.ff.cod.tit.per tot.Tribunal tamen cauſarum priuatarum tenere non conſueuerat, ſed uenientes ad eum ad ſuos iudices remittere,prout ex extrauaganti Iulii.ii.in uolumine ſtatutorum eiuſdem urbis inſerta,ſatis conſtat.

12 Experimur et uidemus idem etiam,in ipſo cameræ Apoſtolicæ generali auditore, cui alter dictæ Apoſtolicæ ſedis gladius ſpiritualis, præcipue aſsignatus eſt, is etenim cenſetur naturalis et proprius Iudex eiuſdem ſedis officialium,et aliorum cuiuſcunque dignitatis curialiū,inter quos,ſiue clerici, ſiue ſeculares exiſtant,ratione contractus,uel quaſi,ſeu delicti,uel quaſi, etiam extra Romanam curiam initi,uel commiſsi,ſi tales in eadem curia reperiuntur,uel etiam extra,in terris tamen Eccleſiæ, uel ubilibet,quando eccleſiaſtici fuerint, uel agatur ratione contractus, ſeu delicti in eadem curia commiſsi, uel foret delictum in bulla ſeu extrauaganti,uulgo dicta cœnæ domini comprehenſum ciuiliter,et criminaliter (dummodo ad ſanguinis effuſionem non agatur) ius dicit,cenſuras fulminat, & uſque ad inuocationem auxilii brachii ſecularis incluſiue procedit.

Eſt etiam uerus executor,et iudex quaruncunque obligationum in dicta curia uel extra,in forma ſolita cameræ Apoſtolicæ initarum,et cauſarum penſionum ſuper fructibus eccleſiaſticis reſeruatarum : et iudex ordinarius quarumcunque appellationum à quibuſuis ſententijs,ſeu grauaminibus per iudices ordinarios,

dinarios,etiam Romanæ curiæ (dicto Senatore excepto) ac quoslibet alios in terris Romanæ eccleſiæ mediate uel immediate ſubiectos,ad ipſam ſedem interpoſitarum,ſeu aliàs per modum reclamationis,ſupplicationis,nullitatis, querelæ. uel recurſus,delatarum,ac generalis executor ſententiarum, & cenſurarũ in.d.Roma.cur.præſertim in ſacro Rotæ auditorio,latarum,& aliàs.prout ex ampla eius apoſtolica facultate notoriũ eſt, quicquid fuerit olim,ut per Aegid. eius poteſtatem plurimum limitantem concluſi.dviii. quòd auditor Cameræ.et.dvi. in cauſa.& melius.ccx.in cauſa.et deciſio.dccxxviij.not.quòd auditor.in antiqu.& quicquid ipſi dicant, et tunc erat ordinarius iudex in urbe,ut per gl.in cle.Auditor.de reſcrip.et cle.ne Romani.in uerb. expirare.de elect.quæ iura ad propoſitum iſtud adducit Caſſad. deciſio.iiij.numero.2.de conſtitu.

13 Idem pariter dicendum erit de generali in ſpiritualibus eiuſdem domini noſtri Papæ in eadem urbe uicario : ad cuius forum & eius iuriſdictionem proprie & ſpecialiter ſpectant cauſæ ciuiles,et criminales clericorum , et quarumuis eccleſiaſticarum perſonarum : ſi modò (ut dictum fuit de auditore) ad membri mutilationem,ſeu ſanguinis effuſionem non agatur, ac quorumuis eccleſiaſticorum,& piorum locorum dictæ urbis , et illius diſtrictus Iudæorumque,uſurariorum, pupillorum, orphanorum , uiduarum, cenſuum , reſponſionum , rerum & bonorum eccleſiaſticarum permutationum, uenditionum, alienationum,deuolutionum,et quarumuis aliarum,fidem catholicam,et res ac bona,et perſonas utriuſque ſexus eccleſiaſticas concernen. ſuper quibus in dicta urbe,& eius diſtrictu uere ordinarius eſt : ut probatur tot.titul.extra de offic.uic. maxime in capit.tua nobis . qui uult quòd prouincia Romana , uidelicet quæ eſt inter Piſanam & Capuanam dicatur ſua propria prouincia,ac plenius de præmiſſa eius poteſtate per publicas literas Apoſtolicæ conceſsionis,quæ præ manibus quotidie uerſantur, facile dignoſcitur: de quo et eius poteſtate uide etiam Pauinum in tract.de offic.et pet.ſed.uac.in ultima cartha,uerſic.nunc reſtat ſubiicere. & nunquid præcedere debeat.d.auditorem cameræ, poſuit Aut.de pe.in tract.de iuriſd.ep.c.vi.col.pen.ubi primo dixit , quòd ſic : ex eo quòd eſt ordinarius,et repræſentat Papam : poſtmodum reliquit curialibus decidendam : prout et nos relinquimus, quia non eſt de pane lucrando.

14 Videmus

14 Videmus inſuper eiuſdem urbis ſenatorem quaſi alterum prę torem urbanum,tanquã ordinarium iudicem inter omnes præfatæ urbis ciues, & incolas,ſeculares, ac ſuper quibuſcunque illorum bonis & rebus cognoſcere, et merum ac mixtum imperiũ,ac gladij poteſtatem quotidie exercere: huius electio ſeu deputatio abſque ipſius apoſtolicæ ſedis literis ſpecialiter fieri non poteſt: ut late ponit tex.in cap.fundamenta.uerſic. digne itaque de elect.in.vi.& de quo in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.cũ ſimil.huius poteſtas & iuriſdictio ex lege municipali pendet.

15 Adeſt et Mareſcallus eiuſdem urbis,quem curiæ Sabellorum iudicem uocant: qui et pro iudice ordinario inter laicos, et fœminas (curiales tamen,& humilis conditionis) ſe gerit, et cauſas eorundem,ut plurimum tamen breuiores determinat: huius

16 poteſtas et authoritas in eadem urbe olim maior fuit, quàm de præſenti ſit: prout idem dici poteſt de generali auditore audientiæ contradictarum: qui ſuper iudicibus extra Romanam curiam dandis,in euentum diſcordiæ, adiri conſueuit: et qui aliàs ordinariam iuriſdictionem habuiſſe dicitur:ut per glo.poſt Goffred.& Hoſt.in.d.clem.auditor. de reſcr.

17 De reuerẽdis autem dominis meis ſacri palatij apoſtolici cauſarum auditoribus,nihil diximus: cum ipſimet,ac eorum poteſtas ſatis ſuperque illuſtris et nota ſit, ac eorum deciſiones tanquam ex uberrimo fonte iuris utriuſque,et præſertim Canonici emanatæ,ubique gentium,tanquam ſtellæ in firmamento, choruſcent,ſintque præcipuum iuſtitiæ iubar, ac totius Ro. Curiæ ſplendor,et gloria.Nemo igitur eſt,qui neſciat eoſdem in cauſis, quæ ſibi in uim ſpecialium reſcriptorum ſanctiſſimi domini noſtri quotidie,quaſi per uiam diſtributionis,committuntur, in cognoſcendo ordinarios,et in decidendo delegatos reputari: ut ipſimet uoluerunt. deciſio.ccccxxx.fuit et.cccxxxi. dubitatur.in fin.in no.Specul.in titu.de iudic.delegat.§.iam nunc.uerſic.Item non obſtat. & de offic.ordin.§.i.late per Fel.in rubr.de offic.delegat.Illoſque eandem Romanam curiam pro territorio habere: ut inquit Aegid. concl.del.Curia poſt prin. et quòd illorum

18 audientia & tribunal ſede uacante,uacat,per text.in cap. ne Romani.§.ſane.de elect.in cle.qui tamen, ob præſentiam ipſis Papæ, cauſas ſibi delegatas, alteri ſubdelegare non conſueuerunt: prout nec (ob eandem cauſam)illorum iuriſdictio prorogari ſolita fuit,ſecundũ Aegid.concl.xcvij.Iudex. in fi.& facit id,quod

ponit

ponit Caſſad.deciſi.xiii.in fin. de reſcrip.uel forſan ob id, quòd ſtrictiorem quàm alii delegati iuriſdictionem habent: ut declarant ipſi deciſio.cccvi.ſi actor.circa medium.in no.et patet,cum etiam ad cautelam abſoluere,nec ſuper deſertione appellationis pronunciare,abſque ſpeciali ipſius Papæ mandato,poſſint, licet

19 aliis iudicibus talis poteſtas de iure competat,ut uolunt ipſi deciſio.dxcix.licet iudex.et dccccxviii.Sciendum eſt.et deci.dcxcii. qualiter.in antiq.et deci.xcvii.licet.et.cliii.Auditor. in no.prout neque ſuas exequi poſſunt ſententias, prout faciunt cæteri delegati,ut per Rot.dcxiiii.nota quòd licet iudex.in antiqu.cum ſimil.Et quamuis non quod Romæ factum eſt, ſed potius quòd fieri debuit,ſpectandum ſit,ut inquit text.in,l. ſed licet.ff. de off. præſ.nihilominus ob morum grauitatem, ac præcellentem doctrinam in quolibet,genere uirtutum tot illuſtrium doctorum.

20 ac præeminentem illorum dignitatem,concluſiones et obſeruātiæ ipſorum.quaſi magiſtrales, et communem opinionem faciētes,ab alijs iudicibus regulariter pro tempore obſeruandę et amplectendæ ſunt,ſecundum Ioan.de Imol.& And.Siculum in c.ſi olim.el.i.col.xi.de litiſcon.arg.tex inſt.de ſatiſd.§.fi.in fi.et capi. cum non liceat.de maio.et obedien.ponit Caſſad.deciſ.fin. colū. fi.de conſtit.et deciſ.ix.in fi.de cauſ.poſſ.& prop.& deciſ.xvii.in fin.de præb.Facit etiam quod ponit deciſi.conſi. dcxcix.accepi. numero.4.libro quinto dum dixit quòd ſtylus ſacri palatij dicitur ius,licet ex facto proueniat, quæ ſunt uerba Rotæ. dccx. nota quòd ſtylus.in antiq.

His itaque de Romanæ curiæ iudicibus primariis, pro iuuenum aliquali cognitione præcurſis,ad primum redeundo, diximus delegantem oportere eſſe iudicem ordinarium,uel ſaltem à principe delegatum,ut alteri cauſam cognoſcendam demandare poſſit.l.cum prætor.ff.de iud.l.à iudice,ubi ponunt ſcrib.C.eod. tit.Paſtoralis.c.fi.in prin.c.quamuis.de off.deleg.c.cauſam quæ. de app.et ponit Rot.clxiiij.de off.leg.in no.

21 Quinimo etiam principis delegatus multoties alteri ſubdelegare nequibit, putà ſi cauſa eidem per uerbum mandamus, uel præcipimus ſibi foret ab ipſo principe commiſſa, quo caſu eandem alteri non ſubdelegabit,ſecundum glo.in l.ſæpe audiui. Cæſarem.ff.de off.præſ.quæ aſſerit curiales.D.N.Papæ, et Imperatoris ita diſtinguere: cum talia uerba neceſſitatem inferant: quā glo.ſequitur Bald.in Spec.de iud.deleg.in fine.uerſic.quando eſt

præceptum,

præceptum,& eam totus mundus approbat,in quit Alexand.in l.& quia.ff.de iuriſd.om.iud.& Felin.in.c.eam te. col.vij. uerſic. Nihilominus de reſcrip.

Vel ſi dictum fuiſſet quòd cauſam eandem ipſe delegatus cognoſcere deberet.quoniam per uerbum illud deberet, uideretur eidem delegato neceſsitas impoſita cauſam per ſeipſum cognoſcendi.c.i.ut eccleſ.benef.l.prætor.in princip.ff. de eden. cle.ij. & ibi gl.in uerb.debet.de ſtatu.monach.de quo per Bal.in.d.c eam te.uerſ.circa hoc.de reſcript.

Seu dictum fuiſſet,ſuper quo conſcientiã tuã oneramus &c. quia & tunc ſubdelegatio uidetur prohibita, & electa induſtriæ perſonæ.ut per Imol.Abb.& alios in.c.fin.per illum text.de offic.deleg.Alexand.in.l.à iudice.C.de iud.& Bald. in c. ſi pro debilitate, in.iij col.de offic.deleg.ponit Spec.in titu.de offi. deleg. uerſ.Item quòd iniunctum eſt ei,&c.

Aut fuiſſet dictũ,quòd per ſeipſum cognoſceret: ut per Abb. in.d.c.ſi.& Alex.in.l.j.ff.de off.eius.Et generaliter ubicũque ex uerbis cõmiſsionis,uel aliàs deprehẽdi poſſet electã fuiſſe perſonæ induſtriã:prout eſt quãdo dicitur de induſtria & circumſpectione tua confidẽtes,per Apoſtolica ſcripta mandamus &c. ut declarat Io.And.in.d.c.fin.uerſ.iniungitur,de off.deleg. & Ioan. Mill.in uerb.mandatũ an tranſeat &c. aut diceretur authoritate noſtra cognoſcas,uel per te,te cognoſcas &.c.ut per Bald. Card. Imol.Panor.in.c.fin.de dol.& contu.de quibus omnibus late p doctor.in.c ſuper quæſtionũ.§.ſi uerò.ubi Fel.de off.deleg. &.c. cũ cauſam de appell.& ponit Capic.deciſ.cli.uirginalis.col.ij.

22 Intellige inſuper de delegato à principe ſupremo,aut ſuperiorem de facto,uel de iure non recognoſcente:& cuius conſtitutio ius ciuile,non autem prætorium conſtituit,ſecundum Bartol.in l.iiij.in.§.j.in fin.& ibi Imol.ff.de damn.infect. Alex.in.l.i.in.v. col.de off.eius &c.Vnde delegati ab epiſcopis,ducibus, comitibus, marchionibus,& ſimilibus,non ſubdelegabunt: cum delegantes primi ius prætorium non ciuile conſtituant, ſecundum eundẽ Bart.in.l.ſciendum.ff.de uerb.ob.& in.l.ſi.ff.de pœn.

23 Delegatus tamen legati de latere, ſeu Cardinalis, ad inſtar legati proconſulis ſubdelegabit.l.cum prætor.de Iud.l.legatus,ſecundum unam lecturam,de off.proconſ.huiuſmodi namque legati proconſulibus prouinciarũ adæquantur:ut dicit tex.in.c.legatos.de off.leg.in.vi.& quòd ſubdeleget, tenet Abb. per illum

text.in.c.cum Bert.in.vij.col.de re iud.Bald.in.d.l.à iudice.C.de iud.Felin.in.d.c.cũ cauſam.in.viij.q.de appel.&.c. ſuper quæſtio nũ.§.ſi uerò.de offi.deleg.& per eundẽ in.c.ſi quis cõtra.col.fi.de for.cõp.ubi æquiparat delegatum legati,delegato principis.

24 Præterea ſi foret ad uniuerſitatem certarum cauſarum delegatus,aliquam ex illis alteri ſubdelegare poſſet. l.j.§.fi.ff. quis & à quo. tenet glo.& ibi Bart.& ſcrib.in.l.& quia.de iuriſd.om.iud. & in.l.legatus.de off.procõſ.& legat.& in.l.fi.ff.de off.eius & gl. in uer.delegatus in.d.c.cum cauſam.de appel.

25 Vnde uicarius epiſcopi licet non posſit alteri ſuas uices in totum committere,& alium facere uicarium, aliquas tamen cauſas,uel etiam certam illarum ſpeciem puta cauſas temporales,ſpiritualibus ſibi retentis,committere & demandare poterit, prout notatur in.c.clericos.de offi. ui.&.c.j.eod.titu.lib.vj.de quo per Rot.deciſ.ccclxxviii. fuit dubitatum utrum uicarius.&.cccl. licet officiali.in no.quæ in caſu quo loquitur etiam abſque ſpeciali mandato uidentur procedere poſſe per prædicta,& quia talis ordinarius eſt.c.Tua nobis.de offi.ord.c.ii.de conſuet.lib.vj.c.Romana.de appell.eod.lib.uide per Capi.deciſ.cli.uirginalis.

26 Et quamuis(ut diximus)delegatus principis regulariter poſſit cauſas ſibi delegatas.etiam ſi criminales forent,alteri ſubdelegare,ut per gl.communiter approbatam, ut atteſtatur ibi Pau. in.l.fi.C.qui pro ſua iuriſd. cum pluribus alijs ad hoc per Boer. cumulatis.deciſ.vi.col.fi.ubi uideas.tenet Guid.Pap.q.dcxxiiii.

27 clarũ.& Cap.deciſ.cl.nu.vj.Subdelegatus tamẽ ab eo(ne res in infinitũ procedat)alteri ſubdelegare nequibit,ut per glo. magnã in princ.in.c.ſuper quæſtionũ.§.porrò.de off.deleg.quam ſequitur Abb.in.c.cum Bert.col.x.de re iud.& Alex.in rub.ff.de off. eius.&c.col.iij. uerſi.ix.probatur & Iaſ.in.l.i.col.xviii.in princ. eod.tit.Licet ordinarius hoc posſit,uidelicet delegato ſuo poteſtatem dare,ut cauſam alias delegabilem alteri ſub deleget:& in hoc principis delegatus eſt inferioris conditionis quàm ordinarius, ſecundum gl.ſi.in.c.is cui.de offi.deleg.in,vi.quã.tenent cõmuniter doctores in.l.more maiórũ.ubi Fulgoſ.aſſerit ita intrepide tenendũ,& quòd ſit cõmunis doctorum opinio atteſtatur Imol.in cle.i.de off deleg.& Alex.in.d.rub.de officio eius.

28 Præmiſſa intellige,etiam quòd corã ſubdelegato lis fuiſſet cõteſtata,quia alteri nihilominus cauſam illam delegare non poterit.l.ſoluitur iudicium.ff.de iud.qui indiſtincte loquitur ſecundũ

Cy.

Cy.& alios in.d.l.à iudice.& Guil.Bart.& communiter alios in d.l.& quia.licet gl.ibi,& in.l.fi.C.ubi & apud quos.&.l.legatus. de off.procōſ.ad inſtar procuratoris, qui litem conteſtatus eſt, talem ſubdelegatum ſubdelegare poſſe uoluerit.

29 Inſuper ratione delegantis inſpiciendum fuerit, nunquid tempore delegationis iuriſdictio competierit ipſi deleganti, actu,& potentia: id eſt an ipſe delegans tunc temporis cauſam,quam delegauit, libere cognoſcere, et terminare potuerit : quia inſpicimus an delegans cognoſcere ualuerit,ut ſic demum delegatio teneat,inquit tex.in.l.unica,in princ.C.qui pro ſua iuriſd.

30 Vnde antequam proconſul ingrediatur prouinciam ſibi decretam,ſi alteri ſubdeleget: talis ſubdelegatio non ualet quia delegans tempore illo cognoſcere non potuiſſet.l.obſeruare.§.fi.ff. de offi.proconſ.cum alijs de quib.meminit Capi. qui hoc tenet, & declarat deciſ.cli.uirginalis, colum.fi. iuriſdictio nanque ineſficax in delegante,erit eadem in delegato,quia partibus eius fungitur l.ſolet,de iuriſdict.omnium iudicum.l.i.§. qui mandatam. ff.de offi.eius,&c.& ita arguit gloſſ.in uerb.proponatur,in capitulo iudex ab apoſtolico,de officio deleg.in.vi.

31 Neque prodeſſet,ꝙ expoſt eidē deleganti ſuperueniret poteſtas,& iuriſdictio:quoniā delegatio,& proceſſus illius uigore illuc uſque facti,non ualidarentur,neque conualeſcerent, quia ipſa delegatio ex iure(etiā ex cauſa de præterito)ſuperueniēte prout ex nunc,non prout ex tunc,confirmaretur,per tex.gloſ.Bar. & Bald.in.d.l.obſeruare.§.fi.& gl.Bar.& Bal.in.l.i.C. ubi de cri. agi.& gl.in.l.unica,in uerb.patientiā.C.qui pro ſua iuriſd.decla. Bal.in.l.cū qui.de iuriſd.oīum iudicū,ponit Spec.in tit.de iud.de leg.§.excipi poteſt,uerſ.quid ſi cōmittens,& Canoniſtæ in.c.cū ex officio,ubi poſt Ioan.And.But.& Imol.ponit Abbas,col.ix. uerſi.ii.quæſt.& Feli.ibidem.uerſi.vii.concl.de preſcrip. & tenet Alexand.conſil ccxxxij.ponderatis,colum.fina.in princ.lib.vi. Guid.Pap.q.cclxxxvi.iudex, cum uulg.

32 Igitur ſi delegans tempore ſubdelegationis eſſet publice excommunicatus,ſubdelegare non poſſet, cum exercitium ipſius iuriſdictionis uideatur impeditū,prout hoc tenet gl.in.c.j.in uer ſic.recipiunt,de offic.uic.cap.ad probandū, de re iud.c. aduerſus §.quia uero,et ibi glo.de immun.eccle.& (ut dixi) intellige de publice excōmunicato,& quādo pro tali communiter habetur: alias ſi tanquam non excommunicatus haberetur, uel toleratus

P 2 fuiſſet:

fuiſſet actus,& geſta per ipſum ualerent,arg.l.barbarius.ff.de offic.præto.&.l.ij.& ibi Bal.C.de ſentent.l.i.C.de teſta.c.ij.iij.q.vii. notat.gl.in c.i.xxiii. q.i.& ponit Hoſtien.in ſumma,de off.ord. .§.quis poſsit eſſe,in fin.impeditus ergo impedimēto iuris alteri cōmittere non pōt,ſecundū Spec.de iud.deleg.§.excipi.uerſi. ſed quæritur,quæ impotētia,& ibi.Bal.in add.in uerb.impeditus.

33 Et idem intellige,ſi alio quouiſmodo iuriſdictio delegātis tūc fuiſſet impedita,ſeu ſuſpēſa,puta per legitimā partis recuſationē, quia poſt illā delegatus nō poterit.ſub delegare.c. iudex ab apoſtolica,de off.deleg.in.vi.licet ordinarius recuſatus alteri cauſam delegare poſſit.c.cū ſpeciali,de app.c.ſi quis cōtra,de for. comp.

Idem etiā foret,ſi iuriſdictio efficaciter nondum tranſiſſet,neque eſſet uere ipſi delegato ſubdelegare uolēti quæſita:prout habes exemplum.d.c.ſi iudex,iuncto.c.quamuis,in fin.de offic.de leg.in.vi.uel ſi iudex ſubdelegaſſet antequā literæ iuriſdictionales ſibi præſentarentur,cum exercitiū non cōpetat,neque uere acquiratur iuriſdictio ante præſentationē illarum,per quā efficaciter ipſum exercitiū tranſit,& geſta per prius nō tenēt.c.ſuper eo, el.ij.in fin.de appel.cle.i.ubi glo.in uerb.receptis,de procu.Bal.in l.falſus,col.vi.uer.ſed pone.C.de furt.& in.l.eum qui.ff.de iuriſd. omnium iud.tenet Feli.in.c.cæterū,uerſic.ualet proceſſus, de reſcript.& in.c.cum ex officij,nu.35.de præſcri.& in.c.ſciſcitatus, in.vi.col.de reſcrip.& in.c.ſi.in fin.de præſum.&.c. eam te.col. fi.uerſi.fallit quarto,de reſcrip.Io.Mil. in uerb. iudex delegatus ſi ignorat.tenet Rot.ut deciſ.ccxlii.ſi unus ex tribus,et.ccccclix. circa tertium,in no.et.dccxciiii. pronunciatio, in antiq. Aegid. concl.cx.Guid.Pap.quæſt.cclxxxvi.iudex.cum ſimil.

35 Siue quòd(puta)electus ad aliquam dignitatem, ſeu officiū, quibus inhæret iuriſdictio,antequam confirmaretur, caſu quo confirmatio eſſet fienda, uel poſſeſsionem illius officij adeptus fuiſſet,alium ſubdelegaret,quoniam licet tali per electionem iuriſdictio fuerit quæſita,exercitium tamen & adminiſtratio uere non cōpetit niſi poſt habitam confirmationem, ſeu officij actualem poſſeſsionem,ut eſt gloſſ.& ibi ſcribentes in.l.priuatorum. C.de iuriſd.omnium iudicum,et gl. per illum tex.in.c.auaritiæ, in uerb.confirmentur,de elect.in.vi.gloſ.Bald.& alij in.l.unic.ff. de off.præfect.Auguſt.igitur requiritur electio,confirmatio acceptatio,& poſſeſsionis acquiſitio,id eſt ingreſſus officij l.Publ. ff.de condit.& demonſt.declarat Paris de ſynd.in uerſic.electio offi-

officialium.§.in officiis,ubi uide,& ponit Bart.in.d.l.Publius ff. de condict.demonſt.&.l.ex eo.ff.de mili.teſta.facit glo.in.c.quā do.lxiii,diſt.Spec.in tit.de reſcrip.præſentatio.§. ratione cauſæ, col.vi.uerſi.Item quod eſt obtentū ponit Abb. in propoſito in conſi.xlvii.in princ.Chriſti eiuſque matris, uol.i. & Canoniſtæ in.c.tranſmiſſum,de electio.& Fel.in.c.eā te.in princ.de reſcrip. quamuis in Papa,& imperatore ſecus ſit,quia illis per ſolam electionē acquiritur plenū ius,ac poteſtas,et illius exercitiū ēt ante coronationem,ſecundū cōem ſententiā doctorū,prout de ea atteſtatur Imol.in cle.i.in.iii.q.de iureiu.& Deci illā fatetur,& cōprobat cōſ.dlxxxviii.colum.ii.uer:ſed his non obſtantibus, lib.iiii.

36 Vel pone ꝙ cauſa fuiſſet pluribus commiſſa cum clauſula, ꝙ ſi non omnes,&c.& unus ex eis antequā de impedimento collegæ cōſtaret,ſubdelegaſſet:geſta nanque à taliter ſubdelegato,nō ualerēt,cum commiſsio cenſeatur indiuidua , & exercitium uni non cōpetat antequā conſtet de collegæ impedimēto,ut per ſcribentes in.c.prudentiā,ubi Inno.& alij,&.c.pen.de offi.deleg.ponit Bal.in add.Spec.eo.tit.in uerb.ſi cōmittatur cauſa,& Mil. in uerb.iudices delegati ſi ſint plures,& tenet Rot.deciſ.ccxliii.retēto.&.clxvi.in no.&.xvii.eodem lib.latiſsime per Feli.in.c.ſciſcitatus,uerſi.oportet notū eſſe impedimentū de reſcrip.Et idem foret in oībus aliis caſibus,in quibus ex aliqua cauſa delegantis iuriſdictio impedita,uel ſuſpenſa foret,prout diximus ſupra loquēdo de ordinario.Nā his caſibus procedit regula, quòd plus eſt, quod res ſit in actu,ꝗ in habitu,& potentia , ut notatur in.l.i.in princ.ff.de aqua plu.arcē.et in.l.Labeo.ff. de ſtat. lib. & in.l. hæ actiones.ff.ad Vellei.quas ad propoſitū adducit Deci. cōſi.dcix. quæritur,circa fin.lib.v.& cōſil.dcxcvi.retenta.prope fin.eo.lib.

37 Aduertendum tamen fuerit,quòd exceptio impugnās poteſtatem delegantis coram ipſo iudice delegato proponi,& probari debet,quia ad ipſum tales exceptiones admittere, uel repellere ſpectat.c.ſubdelegato,et ibi gloſ.Archid.et alii de offi. deleg. in. vi.Spec.et ibi Ioan.And.in uerb.cognoſcet.in.§.excipi.uerſi. ſed quis cognoſcet,de officio delega.et dicam inferius in quæſt.fin. Et præſuppoſito,quod delegans potuerit delegare.

38 SECVNDO cui delegetur cauſa aduertendum erit,quia non omnes iudices dari poſſunt ab his,qui iudicis dandi ius habent cum tria principaliter ſint,quibus aliqui impediuntur,ut iudices non fiant,uidelicet natura , lege,et moribus.

39 Natura,ut ſurdus,mutus, perpetuo furioſus, et impubes qui iudicio carent, ut magiſtraliter docet tex.in.l.cum prætor.§. nõ omnes.ff.de iudi.canonizata in.c.ii.uerſicu. tria ſunt tertia quæſtione.vii.Nam cum ſubſtantia ipſius iudicii ſit, æquum ab iniquo ſeparare,ut in.l.i.ff.de iuſti.et iur.quia iudicare eſt de iure diſceptare:iure autem diſceptare eſt iuſte iudicare,non poterit eſſe iudex is,in quem non cadat cognitio iuſtitiæ, ut arguit text. in capitulo forus,extra de uerbo.ſigni.in tales autem cognitio huiuſmodi,cum ſit operatio intellectus quo ipſi carent, uel hebetatum,& inutilem retinẽt, non cadit,cum abſentibus,et dormientibus ſimiles ſint,et quicquid uideant,ignorent, ut.l.i.§.ſed furioſus.ff.de acquir.poſſeſ.et.l.ſi ei.§.furioſus.ff. de iure codi.l. furioſus ff.de reg.iur.iuncto tex.l.i.in fi.C.de falſa monet.

Et de impubere uide tex.in.l.fœminæ.§.impuberes.ff.de reg. iur.et.l.quidam conſulebant,ubi ponunt ſcrib.ff.de re iud.et tex. magiſtralẽ, in.c.cum uiceſimum,de offic.delega. ubi reperies in qua ætate iudex,tam ordinarius,q̃ delegatus conſtitui poſſit.

40 Et quoniam defectus, et incapacitas iſtorum à natura ipſa prouenit,ideo à quoquam etiã ſupremo principe ſuppleri nõ poterit,quia etiam imperatori tollere non licet, quæ iuris naturalis ſunt,ut inquit tex.in clement.paſtoralis, uerſic. cæterum, de re iud Immutabilia ſunt enim.§.ſed naturalia,inſtitu.de iur.natura. gent.et ciuil.§. fin.de legi.agnat.tutel.eodem libro.

41 Et ſentẽtia à taliter incapacibus lata,eo ipſo,etiã parte nõ opponẽte,nõ ualeret,quia cõſenſus,tacitus,uel expreſſus ipſius partis,nõ eſt cõſiderabilis,ex quo à partibus talia nõ depẽdent, nec ab eiſdẽ reſarciri poſſunt,ut decla.Inno. quem cæteri ſequuntur in.c.Sciſcitatus,ubi Feli.poſt alios ponit in col.iii. uerſi. limitatur iſta opinio,de reſcrip.et in.c.inter monaſterium,col.vi.uerſi. Octaua declara.de re iud.et in.c.exceptionem,colum.vii.uerſic. fallit octauo,de exce.poſt Rom.in rub.de arb.col.viii.et Ang. in,l.fin.C.de exce.et Bart.in.l.licet,col.ii.C.de procu.

42 De cœco iamdiu eſt receptum magiſtratũ, ſeu iuriſdictionẽ iam cœptã retinere poſſe,aſpirare autem ad nouam penitus prohiberi,ut inquit tex.in.l.i.§.quamuis.ff.de poſtul. et glo.iunct. tex.C.de decurio.in.l.infamia,lib.x.et tenet Bald. in.l. ſtatutis, col.i.uerſi.ſed pone.C.de ſentẽ.ex breuiculo recit. ſicuti dicitur,

43 ꝙ feudum paternum retinet,c. mutus.An mutus,uel aliter imperfectus feudum retinere poſſ.in uſi.feud.decl.Bal.in.l.quoties. col.

col. fin. C. de ſuis, et legit. et prout ſuccedit in Baronia, et iuriſdi-ctione paterna, quã per uicarium exercere poterit, ut uoluit Bar. in. l. Coecus. ff. de iud. et ſentit gl. i. in d. c. mutus, et Bal. in. d. l. quoties. et tenet Abb. in conſil. xlvii. Chriſti. lib. i. ubi uult quòd ſi electus ad officium, eo interim priuſquam illius poſſeſſionem conſequatur, coecus fiat, in eodem officio remanere debet, et illud exercebit per alium, uel etiam forſan per ſeipſum, exemplo Apii coeci, qui ſeuerisſimam ſententiam de Pyrrhi captiuis non reſtituendis, dixit: ut in dicto. §. quamuis, et dicta. l. Coecus, quæ uult quòd iudicis officio fungi posſit: nam ſatis eſt, quòd oculis intellectus cernat, ac iudicio ſuo, quid agendum determinet, quia munus iudicandi magis conſilio prudentis uiri quàm corpore, uel patrimonio explendum eſt, ut in. l. ii. §. corporis debilitas. ff. de uaca mune. licet ex quo adhæret perſonæ, inter perſonalia connumeretur. l. munus. §. iudicandi. ff. de mune. et hono. et no. in l. prima. C. qui morb. ſe excu. lib. x.

44 Lege impeditur ne iudex fiat is, qui ſenatu amotus eſt, ut dixit tex. in d. l. cum prætor, &c. c. infames. iii. quæſtio. vii. uidelicet ob uitium, uel turpitudinẽ ſuam, aut aliquod aliud factum à lege reprobatum: propter quod eius ſtatus. et conditio, apud bonos et graues uiros aggrauata fuerit, ut habes multa exempla in tex. magiſtrali, in. d. c. infames, el ii. §. porro. et ibi gl. or. iii. q. vii. et. l. i. ubi Pau. eã multũ cõmendat. ff. de his qui no. infa. l. infamẽ. ff. de pub. iud. poſuit Dynus in reg. infamibus, extra de reg. iur. Bal. Imol. Abb. et Feli. in. c. teſtimoniũ, de teſt. ubi reperies quid ſit, quotuplex, et quõ irrogetur infamia, de periuro autẽ, nũquid in propoſito noſtro dicatur infamis habes in. l. ſi quis maior. C. de tranſac. ubi ſcribẽtes, et gl. in. l. Lucius, et ibi Bart. ff. de infam. et in. l. quæ ſub conditione, in uer. interuẽ. ff. de cõdi. inſtit. et glo. in. c. quicunque. vii. q. i. et Bal. in rub. de iureiur. in fin. dum uoluit, quòd is ſolum intelligatur deieraſſe, qui aliquid in futurum, non autem de præterito, uel præſenti facere, promiſerit.

Is ergo qui per ſententiam iudicis declaratus fuerit talis, uel quid tale commiſiſſe, per quod de iure, uel de facto ipſi condemnato infamia irrogetur, à coetu honeſtorum uirorum ſemotus intelligetur, et antequam reſtituatur, iudex fieri non poterit, cum lex Iul. repetund. hoc fieri uetet. l. Caſſius. ff. de ſenato. l. eadem lege. §. i. ff. ad. l. Iul. repetun. quia talibus non patent portæ dignita-

45 tum. l. ii. C. de dignit. lib. xii. c. infamibus, de re iur. Et iudicare ho-

nor,ac dignitas eſt.l.omnem honorem.C.quand.prouoc.non eſt nec.c.ut debitus,de appellatio.ponit Rota. cccexlii. fuit dubitatum, in nouis.

46 Quinimo nedum tales prohibendi ſunt iudices fieri, ſed ſi facti fuerint,et aliquibus ſceleribus ſe maculaſſe conuincantur, omni dignitate, et poteſtate exuti,inter peſsimos,et plebeios habendi ſunt,neque ſibi de eo honore blandiantur, cum ſeipſos indignos iudicauerint,ut inquit tex.in.l.iudices.C.de dignit.lib.xii.

Et propterea ſi ob cauſam ſimilem ab obtenta ſunt deiiciendi,multo magis repellentur ab habenda,ut dicit gl. poſt text. et ibi Io.de plat.in.l.infamia.C.de decur.libro decimo. Ideo Bald. in.l.i.col.vi.uerſi.nota,quòd confeſsio extra iudicium.C. de cõfeſsis,monebat unumquemque ab infamia ualde debere præcauere, quia non ſolum in eo,in quo quis infamatus eſt,ſed etiam in aliis, eius opinio aggrauatur, et bona fama, quam populi amant, ſit theſaurus hominis inæſtimabilis,et iucundus, et ſicut lilium dans ſuauitatem odoris.

48 Idcirco criminoſi,fures, ſacrilegi, incæſtuoſi, homicidæ, periuri,raptores,malefici,adulteri,hæretici,ſchiſmatici, iudæi, et alij
49 qui Chriſtianæ legis normam abiiciunt, ac pro aliis ſceleribus conuicti,et condemnati,ac demum omnes,quos eccleſiaſticæ,et ſeculi leges infames pronunciant, iudices fieri à lege prohibentur, cũ ab omni cœtu fideliũ,et proborum uirorũ,nedum à ſenatu,tales ſegregati exiſtãt,ac infames ſint,ut per tex.in.c.infames vi.q.i.et ponit Spec.de off.deleg.§.excipi põt,uerſic. Item ꝙ eſt criminoſus,et uerſi.item quòd eſt Iudæus,et Hoſt.eod.titu.§.cui poſsit delegare,uerſi.integra fama,et de quibus poſuit Ioan.Bap. Peruſi.in tract.de arb.lib.iiii.in pluribus cap.et per eundem lib. ii.eiuſdem tract.per totum,et Bap.à ſancto Blaſio eodem tract. de arbi.q.v.principali,cum pluribus ſeq.quæſtionibus.

Et in ſpecie,quod iudæis non ſint aliqua publica officia committenda, per quæ occaſio eis tribuatur pœnam Chriſtianis inferendi, eſt text.in.c.nulla officia.liiii.diſtinctio. et. c.conſtituit, xvii.q.iiii.et.c cum ſit,ubi ponunt ſcribentes, extra de Iudæis,
50 et.l.fin.C.eod.tit.Chriſtiani,nanque ſoli iuriſdictionis capaces exiſtunt,ut per Bart.et modernos in rub.de iuſt. et iur. pro quo facit textum.in.c.uenerabile,ibi,hæreticum ,uel paganum eligere,&c.de electio.Card. in cle.Romani.in principio, de iureiur.
51 Quamuis ipſi Iudæi inter ſeipſos iudices fieri poſsint.l. ſi qua (à con-

(à contrario ſenſu). C. de Iudæ. & per Bart. in l. generaliter. §. fin. ff. de decur. Ioan. de Anania. & Fel. referens Florianum de ſancto Petro, ita conſuluiſſe in dicto cap. Cum ſit, de iudæ.

52 Vſurarius etiam publicus, eſt ipſo iure, & abſque alia ſententia infamis, de quo in capitulo porro. iij. q. vij. et in l. improbum fœnus, ubi glo. et Bald. C. de his qui no. infa. & idem Bal. in l. ſtatres. C. de inoffic. teſtam. & Abbas in cap. inter dilectos, in. iij. notab. de exceſſ. prælat.

53 Erit nihilominus aduertendum, quoniam ſi in reſcripto, ſeu delegatione ipſius principis ſupremi, appareret eundem delegantem habuiſſe notitiam de qualitate, & conditione perſonæ ipſius delegati, tunc tacite ſecum diſpenſaſſe uideretur, & habilitaſſe ad effectum commiſſa exequendi, ex quo princeps, qui & magiſtratum dedit, circa illum omnia agere poſſe decreuit. l. quidam conſulebant, in fin. ff. de re iud. l. ij. ff. de iuriſd. om. iud. prout uidemus idem fieri, quando ex certa ſcientia confert beneficium incapaci: Nam cum eo diſpenſat, & tollit quamcunque eius inhabilitatem. l. idem Vulpianus. §. i. ff. de excuſ. tut. Barto. in l. ij. C. ſi ſeruus, aut liber, ad decurio. aſpira. lib. x. glo. & ſcrib. in l. fin. C. ſi cõtra ius, uel util. pub. & glo. in cap. ſtatutum, in princip. in uerb. literarum, de reſcrip. in. vi. & glo. in. c. i. in uerb. utrunque. xliij. diſtinct. l. Imperialis. §. ſimiles, ubi Bald. C. de nup. & deciſio. conſi. dcxiiij. in cauſa feudali, colum. penul. & fin. lib. v.

54 Et ſi actus huiuſmodi aliter fieri non poterat, ad eum ſuſtinendum, præſumetur principem plenitudine poteſtatis uti uoluiſſe, ut declarat Feli. in cap. i, colum. viij. num. 26. de conſti. & c. Cum dilecta, colum. xvi. uerſi. limita regulam, de reſcrip. & c. in cauſis, col. ij. uerſi. obſtat primo, de re iud. & facit ad præmiſſa quod ponit Abbas in conſil. lxiiij. lib. i. Nam certa ſcientia principis habet uim ſpecificæ diſpenſationis, ſecundum gl. in c. cauſa, de æta. & qualit. & Ang. in l. i. C. de ſent. paſſ. refert, & ſequitur Paris in li. de ſin. §. reſtat unum, colum. ij. prope fi.

55 Ideo diſputare uelle an dignus, et habilis ſit, quem princeps ſcienter elegit, inſtar ſacrilegij foret. l. diſputare. C. de cri. ſacril. §. eos, autem, ibi, quis enim non diligat, &c. in authen. ut iudices ſine quo, ſuffra. Et propterea eidem principi etiam cõtra morem, uel ius ſcriptum, reſcribenti parendum eſt cap. Contra morem. c. diſtinct. c. in memoriam. xix. diſtinct. uel ſaltem alleganda cauſa, quare non pareatur. c. ſi quando, de reſcrip. capitu. Cum teneamur,

mur,de præbendis,capitulo ex parte,de off. delegati.

56 Et præmiſſa intellige (ut dixi) ubi conſtat de ſcientia, & uoluntate ipſius principis, quia quando princeps aliquid ex certa ſcientia facit,uidetur ſuæ poteſtatis plenitudine uti uelle, ut dixit Bal.in.l.eos,in prin.c.de appel.et propterea nihil opponi poteſt quod annullet,ut uol.idem Bald.in proœ.Decre.colū.iiij. & ponit utrunque deciſi.conſi.dclv.uiſo eleganti,colum.ij.numer.22. lib.v.Sed ſi idem princeps defectus,& qualitates taliter inhabilitantes ignoraſſet,non uideretur diſpenſaſſe.c.ſi eo tempore de reſcrip.lib.vi.ponit Bar.poſt glo.in l.uniuerſis.C.de præcib.impe. off.et gl.in.c.per diuerſitatem.in uerb.cōmuni.de conceſſ. præb. Bar.in.l.ſi conſtat.ff.de appel.Aegid.conclu.cxvi.Si petens.Abbas conſil.lxiij.Omnipotentis.uerſi.Secundo principaliter,lib.i. & Alexand.in conſi,cxxxv.uiſo.col.ij.lib.vij. & conſil.i.nu.35. lib.v.Caſſad.in deciſi.ix.de reſcrip.cum ſimil.

57 Et in dubio contra ſimiles delegationes & reſcripta, conſultius fuerit excipere,de obreptione, uel ſubreptione, aut defectu

58 intentionis ipſius concedentis: quoniam cum talis præſumatur mens principis,qualis eſt mens legis, cum ſe uiuere uelle ſecundum leges profiteatur.l.digna uox.C.de legib.l. ex imperfecto. C.de teſtamen.l.ſi quando.C.de inoffic.teſtam. propterea per ſimilem obiectionem & exceptionem ſuperſedendum erit.c.conſtituit.xvii.q.iij.& d.c.ſi quando, & l.reſcripta.C.de precib.impe.offe.Pluries namque ob nimiam petentium importunitatem princeps non concedenda,concedit: ut l.i.C.de peti.bo.ſub.lib. x.c.ſi aliquando.de ſenten.excommu.notat glo.in d.c.ſi quando in uerb.qualitatem.de reſcrip.quo caſu non præſumitur pro ipſo principe, uel geſtis ab eo; ut dicit Roma. conſil.ccccxxxiij. quod indultum.colum.penul.uerſic.& ſi dicatur.quem retulit et ſecutus eſt Deci.conſi.dlxxvi.pro reſolutione.in fi.lib.iij. etiam quòd eſſent in reſcriptis appoſitæ clauſulæ,ex certa ſcientia &c. quia talis clauſula operatur ſolum quoad ea, de quibus præſumitur principem habere notitiam: ut ſunt illa,quæ iuris ſunt.ſecus de his quæ ſunt facti: quoniam de his præſumitur ignorantia in ipſo principe: & propterea de obreptione ac intentionis defectu excipi poteſt: ut uoluit Bal.in l.fin. col.v.C.ſenten.reſcind. non poſſ.quem ſequitur Alexan.conſi.xxiii.uiſo proceſſu.colū. fin.lib.v.& deci.conſi.dxliij.ſeruus.col.ij.uerſi. quibus tamen.& col.fi.lib.4.ubi etiam idem dicitur de clauſula de poteſtatis plenitudine:

tudine: quæ in tertij præiudicium non operatur: niſi quando cum cauſæ cognitione idem princeps proceſſit: ut tenet Rota. ccxxx. Papa confirmando, in no. cum alijs, de quibus ſupra ſub rub. An quælibet ſententia poſſ. dici nul. nume. xviii.

59 Conuenit igitur contra ſimiles iudices excipere, ac ne procedant proteſtari, alias procedere poſſent: ut de infami inquit Specul. de iud. deleg. §. excipi. col. ij. uerſi. ſed nunquid infamis. et Bal.

60 ibi. in uerb. infamis poteſt. quoniam reſcripta & commisſiones huiuſmodi cauſarum, etiam obreptitia & ſurreptitia, ac proceſſus illorum uigore facti, ſi non excipiatur, iuriſdictionem & poteſtatem tribuunt: ut plenius per doct. in c. Cæterum. & c. ad audientiam. el. ii. ubi late per Feli. & c. ſuper literis. de reſcrip. ponit Aegid. concl. cccclxxxv. & legiſtæ in l. præſcriptione. per illum tex. C. ſi contra ius. dummodo reſcripta & delegationes huiuſmodi cauſam eandem ab alio iudice non aduocarent: quia tunc ſubreptio ipſo iure uitiaret: ut eſt dec. Rot. deci. i. de reſcrip. per Caſſad. Fallit etiam in pluribus alijs, in quibus ſubreptio ipſo iure uitiat: ut per Iaſ. in d. l. præſcriptione. et Fel. in d. c. ad audientiã.

61 Excommunicatus etiam cum infamis ſit, ut in c. infames. vi. q. i. & ponit Roma. in ſing. dclxxv. An excommunicatus. & dclxxxij. ubi hoc declarat. & quia ab uniuerſa fidelium communione, & participatione amotus & ſegregatus eſt, idcirco iudex eſſe non poterit: ſed quandocunque detectum fuerit, eundem tempore delegationis uel proceſſus, fuiſſe publice excommunicatum apparebit eius incapacitas: & geſta per ipſum non ualebunt: ut in c. ad probandum. & ibi latisſime ſcriben. de re iud. et glo. in uerb. duraturis. in c. pia. de except. lib. vi. glo. & doct. ſuper uerb. infamem. in c. ſciſcitari. de reſcript. Anto. in c. intelleximus. de iudic. Mill. in uerb. excommunicatus non poteſt eſſe iudex. & Bald. in l. i. C. de ſenten. Peruſin. in tracta. de arbi. c. vi. lib.

62 iiij. & ſatis fuerit probare talem ante ſententiam, uel proceſſum, excommunicatum fuiſſe: quia & de præſenti, & quouſque de abſolutione conſtiterit, excommunicatus præſumetur. capitulo ſicut. de ſentent. excommun. cap. propoſuit. ubi glo. in uerb. abſolutione. & ibi Innocen. de cleric. excommu. mini. & eſt glo. ordinaria. in cap. cum in iure. de offic. delegat. Specu. in titu. de exce. §. nunc uidendum, columna quinta, uerſi. ignorantia. & eſt decisio. Rot. ccxxxviij. no. gloſſ. in antiquis.

Et ad effectum quòd proceſſus non teneat, quis dicitur pu-

63 blice excommunicatus ſubſecuta denunciatione, uel declarato-ria ſententia publice lata: ut uoluit Ancha.in conſi.clxxxix.tri-bus de cauſis.in.ij.colum.quem refert & ſeq.Fel.in capi.Rodul-phus.in uerb.declaratoria.colum.v.de reſcrip.& in c. fin.in fi.de except.&.c.ad probandum.col.iij.uerſi.& adde quòd.de re iudi. ubi etiam ponit de excommunicato uigore literarum executo-rialium :.& idem tenet Deci. in conſil.dxxij in cauſa electionis. num.13.lib.4.& per eundem Fel.poſt Abb. in c.prudentia.§.vi. colum.iij.& Fel.ibi col.v.uerſi.utrum probat.de off.delegat.ubi
64 uoluit inſtrumentum denunciationis,ad effectum repellendi ali quem a iudicio ſatis probare,licet in uim peremptoriæ,non pro baret,ſecundum Io.And.in.c.pia.in uer.nomen.de exce.in.vi.& c.licet,in uerb.nuntiari.de ſenten.excom.eodem lib.quem ſequi-tur Rot.deciſio.cccc.ſi quis petit.quæ aſſerit ita ſeruari in curia, & deciſi.cclij.licet ſit concertatio.in no.

65 Relegatus etiam ſeu bannitus cum ob eius uitium , & ipſe a ſenatu & communione ciuium , ac beneficiis reipub . ſeparatus exiſtat.excommunicato æquiparatur : ut per text.in c.domino guerram.in uſib.feudo.ſub.rub.hic finitur conſtitutio.tenet Bar. in l.ſi quis arbitratur.col.fin.uerſic. quid de arbitratore ex ban-nito.de uerb.obl. & propterea non poterit eſſe iudex neque ar-biter : ut uoluit Specu.in titu.de arbi.§.differtur. uerſic. ſed quid de bannito & ibi Io.And.late poſuit Ang.in.q.incipiente, Duo inuicem.quos etiam refert & ſequitur Ioan.bap.Peruſi.in tract. de arb.lib.4.c.v.cum duobus ſequ.& c.xix.eod.libro. & de quo per Alexan.in l.i.§.i.in fin.ff.ad Trebel.& Ioan.And. in addi.ad Spec.in titu.de ſentent.§.iuſta.in uerb. & eſt excommunicatus. hic igitur ad inſtar illius in territorio bannientis iudex eſſe non poterit : cum eorum quæ ciuilis iuris ſunt dictæ ciuitatis , inca-pax exiſtat : ut ſupra diximus : & de quo ponit Alexan. conſil. cxvi.animaduerſis.col.ii.lib.2.& conſil.xxiii. oportune. col.iii. & conſil.xxvi.circa.in princ.lib.i.& intellige quòd talis reputa-tur incapax quoad ſui commodum: nam quoad onera & incō-moda remanet ciuis & capax : ut declarat Bar.in l.Tutela.§.itē. ff.de cap.diminu.quem refert & ſequitur Feli.in.c. intelleximus. col.ij.in princip.extra de iud poſt gloſſ.in l. poſtliminium.§.fi-lius.in uerbo patria.ff.de cap.& poſt li.reuerſ.

66 Lege inſuper prohibetur aliis perſonis quam in dignitate ec-cleſiaſtica conſtitutis,aut perſonarum obtinentibus, uel eccleſia-rum

rum cathedralium canonicis aut uicario, uel officiali Epiſcopi principali (non autem foraneo) ſeu prioratus conuentuales (non clauſtrales) obtinentibus a ſede Apoſtolica, uel eius legato, ſeu delegatis, cauſas committi, alias quicquid per huiuſmodi delegatos fieri contingeret, eſſet ipſo iure nullum. c. ſtatutum in princip. iuncto fin. & ibi ſcrib. de reſcrip. libro. vi. iuncta cle. & ſi principalis, eod. tit. & ponit Hoſtien. in tit. de iud. delega. §. cui. co lum. ii. uerſi. gnarus. & Specu. eod. titu. §. excipi. col. ii. in fin. cum ſequ. & ibi Ioan. And. in uerb. conſcribendo. & Aegid. concluſ. lxxxi. conſenſus ubi etiam dicit quòd conſenſus partium in contrarium nihil operatur.

Quod procedit, etiam ſi papa cauſas profanas, ac inter laicos committeret: ut per doct. in cap. ſua nobis. de appel. & concludit Alexan. conſil. lxxvii. in cauſa & lite. col. ii. ubi plene examinat, lib. ij. Procedit etiam in executoribus apoſtolicis aliqualem cognitionem, non nudum miniſterium, habentibus: ut tenet Rot. deciſi. xcix. nota quòd executor. in antiq. & per glo. in uerb. uices. in d. c. ſtatutum. in. §. nullo. de reſcript. in. vi.

Quod cum ad honorem ipſius apoſtolicæ ſedis inductum fuiſſe uideatur: ne committendo cauſas ſimplicibus et pannoſis clericis, aut alias rudibus & priuatis perſonis, ex quo uices delegantis gerunt: authoritas illius in perſona, & talium miniſterio uilipenderetur. prout declarant glo. & ſcriben. in d. c. ſtatutum. in uerb. ſedis apoſtolicæ. & in uerb. committatur. Idcirco cum ra
67 tio huiuſmodi magis militet ratione dictæ ſedis quàm aliorum diſpoſitio. d. c. ſtatutum. non comprehendet alios iudices ordinarios delegare uolentes: qui cauſas etiam ſimplicibus clericis delegare poterunt: ut per glo. in. d. c. ſtatutum. in uerb. ſedis. nam
68 etiam ſimplices clerici iudicandi munere de iure fungi poſſunt l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arb. c. ſed nec cum. c. ſequ. & ibi Abb. & cæteri ne cleri. uel mona. idem Abb. poſt Ant. in c. ii. de iud. & ſequitur Alexan. in. d, conſi. lxxvii. col. iii. in uerb. nec obſtat. lib. ii. etiam quòd delegantes eſſent ſeculares, uel cauſæ forent profanæ: ut in. c. Archiepiſcopatum. extra de rapto
69 rib. Prout econuerſo iudices ordinarij eccleſiaſtici, cauſas non ſpirituales laicis cognoſcendas demandare poterunt, ut per glo. ordinariam in c. contingit. extra de arbit. & ponit glo. in uerb. præſumant. & ibi ſcrib. in. d. c. de iu, & ponit deci. conſi. cl. col. iii. in fin. lib. i. et quando iudex ſecularis delegat cauſam uni clerico:

nunquid

nunquid eo caſu idem clericus delegatus.poſſit incidēter cognoſcere de cauſa ſpirituali.uide late Feli. hoc ponentem & concludentem quòd non,in c.cum ſit col.pen.& fi.de fo.compe.

70 Et aduerte,quoniam dignitas eccleſiaſtica conſueuit deprehēdi ex quadam præeminentia, ſeu inter alios prærogatiua: quæ inſurgit ex ſtalo in choro,& loco in capitulo: ut per Rot. deci. ccccxlij.Fuit dubitatum.&.ccccli.fuit dubitatum utrum præpoſitura.in no.uel quando haberet adminiſtrationem rerum Eccleſiæ cum iuriſdictione: ut notant docto. in c. de multa. de præbend.&.c.i.de conſuet.in.vi. facit text.in l. honor. in princip.ff. de mune.& hono.& declarat Old.in conſil.cl.in Eccleſia Valentina.tangit Alexand.in d.conſi.lxxvii. in his tamen plus attenditur conſuetudo,quàm ius commune: ut inquit gl.in.c.ad hæc de exceſſ. prælat. & Cardi. conſil lxij. in Eccleſia Bellonien.& Rot.deciſ.clxxiii.de Theſauraria.in no.

71 Moribus, id eſt conſuetudine legibus roborata,iudices fieri prohibentur,fœminæ,quæ ab omnibus officiis ciuilibus & publicis regulariter remotæ ſunt: unde nec iudices eſſe, nec magiſtratus gerere poſſunt.l.fœminæ.ff.de reg.iur.et d.l.cũ prętor.ff. de iud.c.ij.iij.q.vij.c.mulierũ. xxxiij.q.v. Prout nec arbitrix.l. fin.C.de arbit.c.dilectus.extra eod. et ratio prohibendi fuit: ne contra pudicitiam ſexui naturaliter congruentem in publico eſſe,& officia uirilia tractare uideantur.l.prima.§.ſexum.ff.de poſtula.Et quia iudicare ultra ſexum fœmineæ infirmitatis officium eſt.l.i.C.quand.mulier tutor. offic. & quoniam mulier ad imaginem Dei facta non eſt,ſicuti uir: & quia ipſa uiro ſubeſſe debet,non econtra.capitu.hæc imago,& cap.cum caput.xxxiii. q.v.ponit gloſſ.in capitu.dilecta. de maio.& obed.& propterea Bar.in l.i.colum.ii.uerſic.ſed an poſſit.C.de mune.& hono.libr. x.dixit non reperiri iure cautum,quòd de iure communi mulieribus tribuantur honores cum adminiſtratione,præterquàm in Abbatiſſis monialium, quæ de iure canonico fiunt: Et ponit Abb.in c.ſignificauit.in.iii.notab.de reſcript. prout refert & ſequitur Deciſi.conſil.dxv.quoniam,columna ſexta,uerſicu. non obſtat quòd dicta ſententia.libro quarto.

72 Licet quandoque diſpenſatiue cauſas etiam ſpirituales mulieribus demandatas eſſe compertum ſit, prout legitur in capitulo Mæuiam.ii.q.v.& per gloſſ.in capit.i.in uerb. mulieres.xv.q.j. & in d.c.dilecti.de arb.poſt glo.& ibi Bartol.in.l.unic.C. de mulierib.

ſcrib.& in quo loco &c.lib.x.per deciſio.in.d.l.fœminæ.

73 Iuræ tamen hæreditario fœminæ ſuccedere poſſunt in iuriſdi ctione,& illam etiam per ſeipſas exercere,ſicuti de Iohanna regi na referunt Hoſt.Imol.et Panor.in d.c.dilecti. et Ang. ac Paul. in d.l.cum prætor.et deci.in d.l.fœminæ. atteſtantes eandem ſæ pius fuiſſe uiſam in ſolio regio ſedentem, et capitales ſententias ferentem: et firmat Alexand.conſilio.i.columna ſexta. & con ſilio,xxiij.ponderatis.columna quarta libro quinto,et dec.con ſil.xxxii.in fin.lib.i.et conſi.ccccxiii.conſuluit.in fin.lib.iii.

74 Serui etiam moribus iudices fieri impediuntur, quia quoad ius ciuile attinet pro mortuis reputãtur.l.quod attinet.ff.de reg. iur.d.l.cum prætor. et l.ſeruus. ubi not.C. de iudic.c.ii.iii.q.vii. Niſi pro liberis reputarentur, quia tunc ob communem erro rem, et publicam utilitatem geſta per ipſos ſuſtinerentur, ut l. Barbarius.et ibi ſcrib.de offic. præt.et l.i.C. de teſta. et l.ii.C. de ſenten.Nam diſpoſitio dictæ.l. Barbarius procedit etiam in ſim plici delegato per eandem rationem, et per text. in d.l.ij. & eſt communis opinio,ut per Fel.in c.dilecta.col.ij. et in capi.ſuſci taris.col.iiij.uerſi.diſpoſitio.l.Barbarius.extra de reſcrip.

76 Et ad inſtar ſeruorum etiam monachi,et religioſi iudices fie ri non poterunt,cum et ipſi illius religionis,quam profeſsi ſunt, ſerui dicantur,et quoad ſecularia,et ciuiles leges pro mortuis ha bentur,ac ſint a cœtu ſecularium penitus ſegregati. cap. placuit, el.ii.et c.monachi.xvi.q.i.c.cauſam quæ.de iud.c.ex parte.de ac cuſ.c.unic.extra de Sind.et glo.in d.l.i.§.ſexum.quæ iſtos mulie ribus adęquauit,quamuis frequentius conſueuerint ſeruis æqui

77 parari,et iura loquentia de uno ad alium extendantur,ut per gl. in auth.cauſa quæ.C.de ſacroſ.eccle.tradit Inno.in.c. cum olim, columna quarta,de priuil.et Bar. in.l.i.§.i.ff. de ar b.et in l.i.cum pluribus ſequen.ff.de ſtipul.ſeruo.

Quod indubitanter procedit in fratribus ordinis minorum,

78 qui funditus pro mortuis habentur,ut uoluit Bal. in l.cum acu tiſsimi.colum.fin.C.de fideicom.et conſi.cccccxxvii.proponitur lib.iiij.quem ſequitur deci.in conſil.cccccxiiij.quod ſupra. et la tius conſi.cccccxcix.in cauſa quæ Parpiniani. ubi de iſtis fratri bus plura poſuit,per tex.in cle.exiui de paradiſo.de uerb.ſignifi. lib.iiij.et concordat cum Bal.aſſerens illos omnino incapaces.

79 Licet etiam talibus ex certa ſcientia Papæ cauſæ delegari poſ ſent, expreſſo nomine monachatus ſeu religionis, ut apparet.

in.c.cum olim,el.ii poſt princip.& ibi gl.in uerb. monachi. ubi Inno.& cæteri ſciben.de priuileg.c.conqueſtus. de fo.compe.ca. ad audientiam,et c.porrecta.de confir.util.uel inutil. & ita tenet Rot.ut deciſ.ccix.nota quòd ubi cauſa.&.cclxxxiiij.nota quòd monachus.in antiqu.

80 Gardianis (ut uulgo appellantur) ſeu miniſtris fratrum minorum,ac prioribus mendicãtium,ac etiam prioribus perpetuis conuẽtualibus, ſeu alias adminiſtrationem cum iuriſdictione in illos de conuentu habentibus cauſæ huiuſmodi committi poſſent: quia tales ueniunt appellatione prælatorum: ut eſt glo. in cle.dudum.in uerb.non habetur. & ibi Car. in uerb. ſtatuimus. de ſepult.& in cle.i.in uerb.prælatum.de elect.& c.quorundam in uer.ſolium prælatorum.de elect. lib.v. his igitur cauſæ delegari poterunt: ut tenet Domi.in.c.nullus.de elect. eo.lib. quem refert & ſequitur Fel.in c.inſuper.de teſt.& Moder.in tract.de li

81 te.grat.fol.lviii.uerſi.ex quo infero unum.Secus foret in fratribus ſeu monachis habentibus officia, aut ſimplices adminiſtrationes: prout ſunt ſacriſtæ,cuſtodes,camerarij, priores,clauſtrales,theſaurarii,& ſimiles: quoniam iſti non dicuntur in dignitatibus,ſed in officiis: ut uoluit Spec.in.§.excipi.col.iii. in princi. ubi atteſtatur Romanam curiam ita ſeruare.de iud.deleg.de quibus officiis loquitur Rot.deciſi.clxiii. de theſauraria.in no.

82 Licet ſi cauſa committeretur monacho in cathedrali adminiſtrationem, uel officium habenti, ualeret commiſſio, maxime quando literæ per cancellariam Apoſtolicam expedirentur, etiam quòd de monachatu mentio non fieret,ſecundum Rot.deciſio.ccix.Nota quòd ubi cauſa. in antiqu. quoniam etiam ſimplex monachus poteſt creari officialis,& deputari locumtenens ab Epiſcopo,et ſententiæ per ipſum latæ, præſertim ſi ab initio contra ipſius perſonam non fuiſſet,oppoſitum, ualebunt,ſecundum eandem Rot.deciſi.cclxxxiiii.nota quòd monachus.in antiqu.& hoc maxime ſecundum quandam æquitatem,ut in deci. iiij.incip.An monachus.de officio uicarij. in deci. Biſſignet. & de hoc uide per Guid.Pap.q.dlxiii.An monachus.

84 In ſumma reſpectu delegati conſiderabitur, nunquid perſona eiuſdem delegati ratione ſui,uel alias fuerit capax iuriſdictionis, & cognitionis ſibi demendatæ tempore quo demandata eſt: quia habilitas delegati,& delegantis principaliter attenditur tempore datæ reſcripti ſeu delegationis: ut eſt glo. in uerb. canonicis

cis in fi.quam ibi ſequuntur doct.in.c.ſtatutũ.de reſcrip.in.vi.& Fel.in.c.eam te.col.xvi.uerſi.tẽpus datæ.de reſcrip.et gl.in.c.dilecti.el.ij.de præb.ſentit. Spec.in.§.excipi.in prin.de iud.deleg.

Et uidebitur nunquid ipſe delegans potuerit,& uoluerit cum ipſo delegato diſpenſare (caſu quo diſpenſatio requireretur) & eum habilem facere ad actũ huiuſmodi explicandum: quæ omnia ex qualitate delegantis & ipſius delegati,ac rei ſeu cauſæ delegate et facie delegationis,facile apparebũt.aduertatur breuiter, nunquid primus potuerit,& uoluerit dare,& ſecundus recipere, & exequi,hanc publicã iuriſdicendi poteſtatẽ:iſta nanque duo ui delicet uoluntas,& poteſtas,fabricant,omnes actus humanos:et ſi ex his alter defierit, nihil eſt,quod explicari queat, ſecundum Philoſophum,& probatur, in.c.cum ſuper.in uerſi.poſſet,& nol let.et ibi ſcribẽ.de off.deleg.& in.l.omne uerbũ, et ibi ponit Bal. C.commu.deleg.cum alijs congeſtis per Alex.conſi.cxxiii.ſcripſit in princ.lib.iiii.& Dec.conſi.cxcviii.col.ij.in fin.lib.j. Velle igitur eſt fons et radix omnium diſpoſitionũ ſecundum Bal. in authen.ei qui.col.xi.uerſi.quæro nunquid per hæc uerba. C. de bon.auth.iud.poſ.quem retulit et ſecutus eſt Alexan.conſi. cxc. Plura narrata.col.vij.uerſi.fortius dico.li.vi.Inanis tamen eſt uo luntas,niſi adſit potẽtia.l.nolle adire,et ibi Alex.in prin. per illũ tex.ff.de acquir.hæred.l.pater Seuerinã.in princ.ff.de cond.& de mõſt.cũ ſimil.et nu.cxii.ibi Lap.alleg.xix.in Dei nomine.uerſi. itẽ eſt ſciendũ.et adde quẽ ſequitur Fely.in.c.ſuper literis,col.v. uerſi.exprimẽda ſunt,& in.c.in noſtra.in.xx.Corollario. de reſ. & Caſſad.deciſ.xii.in fin.de præben. late per eum. Patet igitur ex præmisſis quòd is,qui neque.iuriſdictioni præeſt,nec à prin cipe poteſtate aliqua præditus eſt,nec ab eo, qui ius dandorum iudicum habet,neque ex compromiſſo ſumptus, uel ex aliqua lege confirmatus,iudex eſſe non poterit ut magiſtraliter ponit text.in.l.qui neque.ff.de iudic.pro cuius commento ac interpretatione præmiſſa tibi aliqualiter inſeruient.

TERTIO principaliter qnid delegetur,aut ſubdelegetur, cõſiderandũ fuerit,uidelicet nunquid cauſa,quæ delegatur tẽpore delegationis ad forũ ipſius delegãtis pertinuerit,quia in cauſa
85 rũ delegationibus illud potiſſimũ obſeruatur,ut ita ualeãt, ſi ad iuriſdictionẽ pertineãt delegãtis,ut inquit tex.in.l.uni. in princ. C.qui pro ſua iuriſd.cõſiderabitur itaque qualitas cauſæ, & cõditio ipſius delegantis,et nunqud principaliter, uel ſecundario, id

eſt per uiam legitimæ deuolutionis, uel alias (ut ſupra diximus loquendo de ordinario) ſpectauerit ad ipſum, uel eius curiam.

Erit inſuper uidendum, nunquid cauſa huiuſmodi fuerit de iure delegabilis ſecundum theoricas Legiſtarū in.l.j.ff.de offi.eius.
86 ubi plene per Alexan. Quamuis hodie de iure canonico omnia etiam quæ ſunt meri et mixti Imperij delegabilia ſint, per tex.in c.in archiepiſcopatu.ubi glo.et ſcrib. extra de raptorib. et ponit Spec.in tit.de iuriſd.om.iu §.i. uerſi. adhuc autem. col.vij. et eſt communis doctorum opinio, prout atteſtatur Fel.in.c.ꝙ ſedes. ubi Canoniſtæ materiā hanc poſuerunt, col.ij.uer. datur alia regula.de officio ordi.et tenet Rot.deci.ccccxvi.fuit dubitatum, in no.propterea circa hoc non erit multum laborandum.

QVARTO Principaliter inueſtigabitur pro quo, ideſt ad cuius inſtantiā delegatio facta reperiatur, circa quod ſcias, ꝙ
87 licet de iure ad impetrandum reſcripta et cauſarum commisſiones ſpeciale mādatum requiratur, ut ex text.in c.nōnulli.in fine, et in.c.ex parte decani de reſcri Ex ſtylo tū curiæ hoc nō ſeruatur, quia unus pro alio etiā ſine mādato impetrat, et obtinet cauſas delegari.ut de ſtylo huiuſmodi atteſtantur glo.ſi.in.d.c.nonnulli.& gl.in.d.c.ex parte.in uerb.ſiue.et Rot.deci.clxxv.cōmisſio.in no.et deciſ.i.in fin.ſub tit.de procu.per Caſſad.& ponit Feli.in.d.c.nonnulli.in.§.ſunt et alij, quē ſtylum.lo. Mill. in uerb. procurat.ſine ſpeciali etc.declarat procedere in cauſis commisſis dominis de Rot.quia tales cōmisſiones, ſunt duntaxat diſtributiones quædā, ut uoluit Rot.deciſ.ccccxxx.fuit dubitatum, ēt ꝑ me.&c.in no.et.d.deciſ.clxxv.et.ccclxii.ſi cōmittatur. in princ. et hoc caſu procedit illud, non referre per quem preces offerātur, ut in.l.uniuerſis.C.de precib.imp.offe.ideo quilibet admittendus
88 erit, niſi expreſſe prohibitus reperiatur, prout reperitur de publice excommunicato, ut in.c.i.de reſcrip in.v.c.dilectus. extra eo. c.fin.de proc.et ponit Rot.deciſ.ccxxxviij.nota gl.et.ccccxviij. nota, cauſa fuit pronunciata, in antiq.prout etiā expreſſum reperitur de hæretico, ut in.l.i.C.de ſumma tri.et utrunque ponit Hoſtien.in ſumma de reſcrip.uerſi.quis impetrat.in Rota tamē quilibet ēt excommunicans quo ad impetrandum reſcriptum admittitur, ut.d.deciſ.ccclxii.ſi committatur.in no. propter rationē de qua ſupra.et tenet eadē Rot. dxciiii. dic ꝙ etiam in antiq.
89 Et nota quòd tales cōmisſiones alieno nomine impetratæ, tunc demum effectum ſuum ſortiuntur, ſi dominus principalis eas ta

cite

cite uel expreſſe ratas habuerit,ut declarat Aegid. per tres cõcl. concluſio.dlxxxiii.licet uſus,cum.ſeq.et conclu.dlvi.concl. circa medium,et in ſimili ſentit Deci. conſil. ccxxvii. magiſter. in fin lib.ii.et conſ.ccccIxiiii.placet.col.ii.uerſic.ii. non obſtat. lib. iiii.& facit ꝙ ponit etiã in cõſi.ccccIx.uiſo.in fi.lib.quarto.

QVINTO etiam in materia noſtra cõſiderabitur contra quę fiat delegatio:puta ſi tunc t̃poris erat in rerum natura.quia
90 alias cõtra defunctum facta nõ ualeret,ut eſt tex.in.l.pen.ff.quę ſent.ſi appell.reſcind.&.l.Neratius.ff.de reg.iur.notãt doct. in.l. in ſumma.§.ſi.&.l.furioſo.in prin.ff.de re iud. & diximus ſupra.
91 SEXTO principaliter qualiter,ideſt forma ipſius delegationis attendi debebit,cum ipſa diligẽter ſit obſeruãda, et cuſtodienda.l diligẽter.in princ.ff.mand.alias quicquid fieret non ualeret.c.cum dilecta.& ibi latisſime ſcribentes.de reſcrip.c.cui. de pręben.lib.vi.c.Piſanis.de reſtit.ſpol.Panorm.in.c.cauſam.col. iii.in fi.de re iud.et facit tex.in.c.cũ in plures,ubi gl.ſi.de offi.de-
92 leg.in.vi.quæ uoluit ex mãdato conditionali ante diem uel conditionẽ non acquiri aliquam iuriſdictionem,ſed duntaxat ſpem iuriſdictionis habendæ.argu.inſti.de uerb.oblig.§.ex conditionali.l.multum.ff.de condi.et demonſtr.l.ſub conditione.ff.de cõ di.ind.Et propterea quando apponitur uerbum ſi conſtiterit,uel ſi reperies etc.tales cauſulæ important conditionẽ, et præcedere debet citatio et cognitio ſuper uerificatione cõditionis,alias proceſſus eſſet nullus,ut tenet Alex.cõſi.ccxviii.uiſis.in prin. lib.ii. et Rota. dclxxxiiii. dic quòd ſi in aliqua cum deciſ. ſequen. et dcclxxiii.dic ꝙ in antiq.et Afflict.dec.cccIv.Si præſtitus.Guid. Pap.quæſt.lxx.in commisſionibus,cum alĳs,de quibus per Felin.in.c.ſi cõſtiterit.de accuſ.et Deci.conſi.dclxxxi.uiſo. col.fin. lib.v.et Lap.alleg.xxviii.deleg.et alleg.lxi. uiſis &c. cum ſimil.
93 Erit etiam uidendum,nunquid delegatio ipſa cognitionẽ,deciſionẽ cauſæ illius comprehendat,Nam ſæpenumero delegatur una ſpecies tantum cauſarũ,uel unius cauſæ articulus,et quando que ſimplex audiẽtia,uel cognitio,ſeu proceſſus duntaxat demãdatur reſeruata ipſi delegãti cauſæ deciſ.ut.l.ſi.C.de off.præf.Ange.&.l.i.C.de off præf.uigil.l.prætor.ff. de iuriſd. omniũ iudicũ c.ſuper quæſtionum.de off.deleg.ponit gl.in.c.ſtatutum.in.§.in. nulla.in uerb.uices noſtras.de reſcrip.in.vi.et gl.et Bar.in.l.procuratorem.ff.de procur.Cum igitur talia,ultra expreſſa non extendantur,cap.p.&.g.de offi. dele. diligẽter inueſtigandum erit

nunquid exceſſum fuerit ratione rei,loci, temporis, et perſonarum,ac nunquid forma illius fuerit debite obſeruata.

94 SEPTIMO quo loco fiat delegatio quærendum fuerit, id eſt in quē locum negotii cognitio fuerit deſtinata, quoniam quamuis delegatio extra locum et territoriū delegantis, cum ſit actus uoluntariæ iuriſdictionis,fieri poſſit,ut probatur in.l. fin. ff.de offi.præfec.urba.et ponit gl.in.c.nouit.de off.deleg.Specul. in tit.deleg.§.nunc dicamus,uerſi.).hoc tamē intelligendum eſt,

95 quòd exiſtens extra locum et territorium delegare poteſt cauſam in loco ſeu territorio ſuo cognoſcendam,Nam ſi mandaret quòd alibi uidelicet extra locum ſibi ſuppoſitum, delegatus cognoſceret, delegatio non ualeret.c.pen.de offic.uic.c.ſtatutū.§.in nullo quoq;.de reſcrip.in.vi.l.iii.de offic.præſidis, cum ſimilib.

96 Inſuper ratione loci poſſet delegatio etiam non ualere,puta ſi eſſet cōmiſſa in loco ultra duas dietas,à loco domicilii ipſius rei diſtante,quoniam talis commisſio contra formam concilii generalis foret,ut in c.nonnulli.de reſcrip.iuncta deci.dcxliii.communiter,in antiqui quamuis hoc caſu opus eſſet excipere, quia parte non opponente,proceſſus ualeret,ut declarat glo. in uerb. duas,et ſequuntur ſcribentes in.d.cap.nonnulli.ſicuti fieri conſueuit etiam de loco non tuto,uel inhoneſto, quia et tunc ſi talia diſplicent,opponendum eſt.c.ex parte,de appell.ca.accedens,ut lite nonconteſt.l ſi cum dies.§.ſi arbiter.ff.de arb.dummodo talia notoria non exiſtant,quia tunc notorietas ipſa èxcuſaret,ut proba.in cle.paſtoralis.§.notorium. de re iud.

97 Si uero cauſa extra locum inſignem, ideſt ubi uerisimiliter copia peritorum,et commoditas eorum, quæ in cauſis agendis neceſſaria requiruntur,haberi non poſſet, à ſede Apoſtolica commiſſa fuiſſet, huiuſmodi commisſio, etiam abſque ope exceptionis,reputaretur nulla, ſecundum gloſ. in uerb.committantur.in cap.ſtatut.in princ.per illum text.de reſcriptio.in.vi.& de quo uide Lap.alleg.xcvii.ciuitas Feſulana, per totum: ſi modo cauſa prædicta motu proprio,uel ex certa ſcientia principis,cōmiſſa non fuerit,ut per Aegid.concl.lxxxi.conſenſus.et per Felin.in.c.ſi pro debilitate.col.ii.de offi.deleg.uel niſi ſubeſſet iuſta

98 et rationabilis cauſa,propter quā cōmisſio in loco deſtinato,uel inſigni expediri non poſſet,quia tunc extra dictum locū iudex delegatus cauſam,et negotium audire et cognoſcere poſſet,iuxta tex.in.c.ſtatuim.de off.deleg.in.vi.et ibi notāt ſcribētes,maxi

me

me ſi partium cōſenſus accederet,ut tenet Ro.dec.ccclxxx.ſi iudex.in no.ubi uide.nā ob cauſam ſuperuenientē poteſt magiſtratus ſuā poteſtatē excedere,ut dicit Bal. in rub.C. qui admitti.in princ.& Deci.conſil.dcv.ſuperioribus,col.i.uerſic. Secundo reſpondetur.lib.v.poſt Innoc.Felin.et alios in.c.i.de conſtit.
99 OCTAVO (et ultimo) quo tempore delegatio fiat uel executioni mandanda ſit,conſiderandum erit,quoniam ratione temporis, ſeu termini in quem confertur delegatio, et illius proceſſus,poſſent non ualere, puta ſi foret cognitio collocata in tempus,quo delegans non eſſet futurus iudex, ut in.l. eum qui.
100 ff.de iuriſd.omnium iudicum. Siue quòd delegatus iudicaſſet ultra diem ſibi ſtatutum,iuxta text.in.c. in cauſis. de officio de-
101 leg.et.l.ſecunda.§.ſi iudex.et.l. ſi iudex.ff.de iud. Vel ſi partes non uſæ fuiſſent intra annum ipſo reſcripto, nam et ſi reſcripta ad lites ſint perpetua,ut eſt text.in.l.falſo.C.de diuerſ. reſcrip. et ibi gl.in uerb.perennia.et tenet Rot.lxix,actore.in fine. in no. nihilominus ſi primus impetrans intra annum neglexerit illo uti,et ex poſt ſecundum reſcriptuum ab aduerſario fuerit impetratum ob negligentiā ſeu dolum præſumptum primi impetrantis,ſecundum obtinebit firmitatem,ut probatur in c.plerunque, et capitulo ſi autem,et ibi gloſ.et doctor.declarant de reſcript.
102 Erit aduertendum inſuper ad contenta et narrata in eiſdem reſcriptis et delegationibus, quoniam ſi falſa forent, et non uerificarentur per ipſum ſupplicantem, prout conuenit iuxta doctrinam Ioann.And.in capitulo primo, et ibi Dominic.col.tertia.de litiſcont.lib.ſexto,uel omiſſum eſſet exprimi,quod exprimendum fuerat, et quod ueriſimiliter (ſecundum communem uſum et ſtylum concedentis & ſuæ curiæ)ab huiuſmodi conceſſione retrahere potuiſſet, ut declarat Lap. alleg. lxxxix. in Dei nomine.uer.Item eſt ſciendum.et glo.magiſtralis.in.c. ſuper literis,in uer.literas,et cap.ex parte.de reſcrip.et poſita per Hoſtien. eodem titulo, in ſumma.§. quæ poſſunt obiici. et Specul.in.§. primo,igitur,uerſic.Item excipietur,titulo eodem, et per Rot. notabiliter loquentem deci.lxvii.ſi petatur,in add. in no. et deciſ.Neapo.ut per Capic.deciſio.xxxii.colum.finali,talis delegatio et reſcriptum (ut dictum fuit ſupra) tanquàm ſubreptitium et obreptitium, ſi eſſemus in cauſæ auocatione, eſſet ipſo iure nullum,ut per doct.in cap.Cæterum.et cap.ad audientiam,de reſcrip.et per Felin.magiſtraliter loquentem in.c.dilecta.colum.ii,
 in princ.

in princ.eod.ti.et ponit Caſſad.dicta deciſ.j.de reſcrip.

103 Inueſtigabitur etiam nunquid delegatus uſus fuerit iuriſdictione,puta citando,antequàm delegans recederet à prouincia ſua iuxta tex.in.c.fi.de off.lega.uel antequàm ipſe delegans moreretur,quoniam tunc mandatum iuriſdictionale per mortem, uel receſſum delegantis,tanquàm reintegra expiraret.l. et quia. ff.de iuriſd. omnium iudicum.c.quamuis.in fin,de offic. delega.

104 lib.vi.Et no.incidenter quòd ſi princeps crearet aliquem iudicem ordinarium ad ſuum beneplacitum, per mortem principis ille non deſinet eſſe iudex,quouſque per ſucceſſorem reuocetur .§.ſuper hoc,in authen.de quæſt,et tenuit Guil.et Bal.in.l.memíniſſe.ff.de offic. proconſ.quos refert et ſeq.Paris.in tract. ſind.§. an officialis ſucceſſor,uerſic.ſi princeps.idem tenuit Franc. in.c. ſi delegatus.columna tertia.de officio delega.libro ſexto, et Capi.deci.cxvi.quòd res, in princi. Nam ex quo ſumus in materia publica,et fauorabili,uoluntas principis etiam poſt mortem præſumitur durare. Ceſſante uero publico fauore. ſecus foret per tex.in.c.ſi gratioſæ,de reſcript.in ſexto,et.l.tertia.ff.locati.uide tamen ſcrib.ſuper d.c. ſi gratioſæ et eundem Capic. deciſione cxxxvi.columna tertia.

Conſiderabitur itaque ſi modo aliquo expreſſe uel tacite mādatum,ſeu iuriſdictio huiuſmodi reuocata,et ante ſententiam ipſius delegati,reſoluta fuerit, ut per multa exempla ponit Hoſtien.in ſumma,de officio delega.§.qualiter finiatur,& Specu.eodem titu.§ excipi poteſt.nu.19.et glo.ordinaria. in c. in literis, de offic.deleg.et cap.gratum,et cap.relatum,eod.tit. & Legiſtæ, in d.l.& quia,&.l.iudicium ſoluitur,per illum tex.ff.de iud.multa ponit Ioan. Mill.in uerb.mādatum,circa iuriſdictionalia,cum ſequentibus,&.d.Gundi.ſaluus de uilladieg.olim Rotæ auditor in tracta.deleg.in quæſt.xvi.i.partis,cum ſimil.

Ex præmiſſis igitur accurate uidebis,nunquid delegans potuerit,& uoluerit delegare. Secundo nunquid delegatus potuerit, & uoluerit recipere. Tertio nunquid iuriſdictio ſe radicauerit in perſona ipſius, et in illum efficaciter tranſierit. Quarto nunquid tacite uel expreſſe fuerit reuocata, uel per aliquem ex modis ſupra poſitis ſaltim ſuſpenſa, aut impedita, ac illius forma et continentia ſeruata,et adimpleta, alias ſi quid ex præmiſſis defecerit, ex defectu poteſtatis iudicantis proceſſus erit ipſo iure nullus.

IN RVBR. SEV TITVL.

De nullitate ex defectu, &c.

SVMMARIA.

1 *Inhabilitas perſonarum in iudicio magnus eſt defectus, & maior reputatur quam defectus iuris in agente.*

2 *Inhabilitatis exceptio non includitur ſtatuto exceptiones reijciente.*

3 *Habilitas perſonarum primo quærenda eſt etiam in quocunque iudicio quantumuis ſummario.*

4 *Habilis ad agendum quilibet reputatur, niſi expreſſe prohibitus reperiatur.*

5 *Inhabilitas agentium ex quibus cauſis proueniat.*

6 *Infans, id eſt minor ſeptennio, eſt inhabilis in iudicio defectu conſilij & intellectus natura proueniente.*

7 *Infantes quos* Lombardia, Normandia & Roma *generat ſciunt mentiri, & uerum dicere: quia malitia ſeu prudentia ſupplet ætatem.*

8 *Infantes ſi fari poſſunt, rem ſuam saluā fore ſtipulātur.*

9 *Ius ad ea quæ frequenter et facile, non ad ea quæ perraro eueniunt, adaptari debet.*

10 *Infans iuris præſumptione intellectum non habet, ſed quicquid uidet ignorat.*

11 *Infantis delictum remanet impunitum: quia innocentia conſilij ipſum excuſat.*

12 *Infans ſi habet aliquod iudicium ſuppletur per tutores: ſi nullum habet non poteſt ſuppleri: ſed actus fundandi ſunt in perſona tutoris.*

13 *Infantes non poſſunt citari,ut legitime compareant.*

14 *Infans eſt ſubiectum contractus et iudicij (in quo contra bitur) penitus inhabile, quia abſenti aut dormienti ſimilis eſt,& ſola eius corporalis præſentia non ſufficit, ubi uoluntas requiritur.*

15 *Furioſus infanti adæquatur, & cum eo pari paſſu ambulat.*

16 *Sentētia lata etiam in fauore furioſi ſeu infantis abſque interuentu legitimæ perſonæ pro illis eſt nulla.*

17 *Furoris ſigna & demonſtrationes quæ ſint.*

18 *Furioſus in quo diſtet a mente capto & ſtulto.*

19 *Prodigus id eſt qui nec tempus nec finem expenſarum habet, in quibuſdam pupillo, & in quibuſdam furioſo adæquatur.*

20 *Sententia lata contra eum cui bonis eſt interdictum abſque ſuo curator non ualet: lata tamen in fauorem erit ualida.*

21 *L.non eo minus.C.de procura. loquens in minore extēditur ad oēs qui tutoris uel curatoris auxilio iuuantur.*

22 *Prodigus ad inſtar pupilli cum ſit doli capax tenetur ex ſuo delicto uel quaſi,ſecus in infante,uel furioſo.*

23 *Prodigus quantumuis notorius antequam ſit bonis interdictus,habet legitimam perſonam.*

24 *Mulier luxurioſa adæquatur prodigo quia honoris ſui eſt prodiga.*

25 *Mutus & ſurdus adæquantur furioſo & infanti,ex quo in eis deficit operatio intellectus.*

26 *In iudicio inter litigatores contrahitur, ſcilicet per petitionem & reſponſionem,& ſupra nu.14.*

27 *Cæcus pro ſeipſo in iudicio ſtare poteſt.*

28 *Minores.25.ob fragilitatem conſilij eorum ſtatum melio rem per ſeipſos, deteriorem autem facere non poſſunt.*

29 *Minor in iudicijs ſine interuentu curatorum nec ciuiliter nec naturaliter obligatur: unde fideiuſſor non accedit.*

30 *Minoris contractus mero iure tenet: licet ſi fuerit læſus ope reſtitutionis reſcindatur.*

31 *Minor coram arbitro ſaltim naturaliter obligatur.*

32 *Minor ſiue curatorem habeat, ſiue non regulariter in iudicio ſtare non poteſt.*

33 *L. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſti. mi. non procedit in iudicijs.*

34 *Sententia interlocutoria contra minorem ſine interuentu curatoris lata eſt nulla, & hoc in quacunque inſtantia.*

35 *Minor in quibus caſibus ſine interuentu tutoris poßit in iudicio ſtare.*

36 *Minor non arcetur à iudicio tanquam inhabilis: ſed proceſſus illi præiudicialis irritatur.*

37 *Minores & pupilli uelle, nolle ad illorum commodum, ſed non ad præiudicium habere cenſentur.*

38 *Minoritatis exceptio quandocunque tam ex parte minoris quàm aduerſarij opponi poteſt.*

39 *Filiusfamil. in poteſtate patris exiſtens ſine patris aſſenſu regulariter in iudicio eſſe non poteſt, uidelicet ſuper his quorum proprietas uſusfructus ſeu exercitium iurium patri competiuit.*

40 *L. non ſolum §. neceßitate de bonis quæ lib. intellectus & ratio ſecundum communem ſcribentium opinionẽ.*

41 *Filiusfamiliàs in cauſis in quibus patri nihil quæritur*

Q 5 abſque

abſque conſenſu patris in iudicio ſtare poteſt.

42 *Filiofamiliàs minori agere uolenti etiam in cauſis in quibus poteſt ſtare ſine conſenſu patris curator eſt deputandus.*

43 *Filiusfamiliàs gaudet beneficio . l . non eo minus.C. de procurat.*

44 *Filiofamil. in caſu quo præſtandus eſt patris aſſenſus debet ſaltim præſtari tpe quo lis conteſtatur, non poſt.*

45 *Filiusfamiliàs in præparatorijs iudicij eſſe poteſt ſine conſenſu patris.*

46 *Seruus quoad ciuilia pro mortuo habetur, propterea nec actiuè, nec paßiuè in iudicio ſtare poteſt etiã quòd pro libero ſe gerat.*

47 *Monachus & religioſus quoad ciuilia ſeruus æquiparantur.*

48 *Monachorum ſubreptio concurrente utilitate monaſterij filialis potius quàm ſeruilis reputatur.*

49 *Monachi quibus caſibus poſſunt in iudicio ſtare.*

50 *Inhabiles & quantumuis incapaces ad ſe defendendum idonei reputantur.*

51 *Bannitus extra rempublicam ſuam eiectus ſi ab imperiali culmine, perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis communis ſi à ſola ciuitate perdit quæ ſunt iuris illius ciuitatis retenta poteſtate iuris communis.*

52 *Audientia ſi per ſtatutum ſeu iudicem alicui denegetur, efficitur adeo inhabilis, ut ſententia pro eo lata ſit ipſo iure nulla.*

53 *L. ſi reſiſtit potentiæ & actui ex actu in contrarium facto nulla oritur obligatio.*

54 *Pœna non extenditur ultra territorium ſtatuentis.*

55 Bannitus

55 *Bannitus captus extra territorium bannientis relaxari debet.*

56 *Filiusfamilias licet uenia non petita non poſsit in ius uocare patrem ſuum, ſi tamen ſecus fecerit patre non excipiente iudicium tenet, licet pœnam incurrat.*

57 *Illuſtres perſonæ per ſeipſas in iudicijs ciuilibus intereſſe non poſſunt.*

58 *Verbum caret importat ipſo iure.*

59 *Mandati procurationis defectus ad inualidandum proceſſum quandocunque etiam uſque ad mille annos opponi poterit.*

60 *Mandati defectus ex quo facit deficere conſenſum magnus & inſanabilis, utputa à iure naturali proueniens reputatur.*

61 *Mandati defectus habet in uentre defectum citationis: ideo inſanabilis.*

62 *Mandati defectus probatur ex actis.*

63 *Mandati defectus etiã ſi procurator in iudicio fuerit admiſſus ad inualidandum acta, non autem ad repellendum procurat. Vel extorquendum ab eo cautionem de rato, ſeu ut ipſe probet ſe procuratorem quandocunq; poterit opponi.*

64 *Rati cautio ſolum legitimat perſonam procuratoris quamdiu dubium eſt de mandato.*

65 *Procuratoris falſi geſta domino abſenti nõ præiudicant.*

66 *Iudex ex officio poteſt mandatũ comparentis requirere.*

67 *Procurator falſus tenetur ad refectionem damnorum, expenſarum & intereſſe uexati.*

68 *Procurator falſus poteſt tanquam falſarius puniri.*

69 *Doctorem ſi quis falsò ſe geſſerit ut falſarius punitur.*

70 *Mandatum procuratoris poterit ad ſuſtinẽdum proceſſum probari per teſtes, ſeu per ſigillum publicum.*

71 *Mandatum non ſufficit probare per uerba enunciatiua in quacunque ſcriptura enuncietur.*

72 *Sententia inter falſos procuratores lata quoad ipſos ualida exiſtit.*

73 *Mandati defectus non poteſt per diuerſam partem ſuppleri in præiudicium abſentis.*

74 *Mandatum ad id de quo agitur non ſe extendens non poteſt dici mandatum, ex quo circa illud nil mandatum extitit.*

75 *Mandati uerba diligenter ponderanda ſunt.*

76 *Mandati limitati & captioſi forma qualis ſit.*

77 *Mandatum quamuis generale non comprehẽdit niſi cauſas quarum exercitium competit conſtituenti eo iure quo conſtituit.*

78 *Mandatum factum pluribus non transfert exercitium poteſtatis cuilibet inſolidum, ſed pro rata.*

79 *Mandatum in cauſa ſpirituali factum pluribus, cuilibet transfert poteſtatem inſolidum.*

80 *Tutores plures ſimpliciter dati, quilibet cenſetur datus inſolidum.*

81 *Procurator ex parte rei conſtitutus ad agendum non poteſt eundem conſtituentem defendere abſentem in cauſa ciuili.*

82 *Cuilibet eſt permiſſum data cautione de iudicato ſoluendo abſentem defendere.*

83 *Proceſſus non poteſt ſuſtineri ab ea poteſtate qua quis non comparuit neque uſus eſt.*

84 *Procurator ex parte actoris conſtitutus ad agendum eũ-*

dem

dem defendere poteſt.

85 *Mandatum procuratoris eſt ſtricti iuris, ideo non extenditur ad cauſas ſeu perſonas in eiſdem non comprehenſas.*

86 *Procurator conſtitutus ad agendum contra unum, non poterit eandem cauſam proſequi contra alium quia mutata perſona cenſetur mutata cauſa.*

87 *Mandatum generale cum libera ſufficit etiam in cauſis ſpeciale mandatum requirentibus.*

88 *Cauſa & ius dicuntur de præſenti, inſtantia uerò eſt de futuro: ideo procurator datus ad cauſam quam quis eſt habiturus, cauſa capitur pro inſtantia.*

89 *Mandati clauſula uidelicet ad omnes alias eius cauſas, &c. licet apta ſit comprehendere omnes cauſas, tamen mandatum ſpeciale requirentes non comprehendit.*

90 *Cauſæ requirentes ſpeciale mandatum, remiſſiue.*

91 *Procurator generalis agens in cauſa requirente ſpeciale mandatum dicitur falſus procurator.*

92 *Cauſæ criminales non comprehenduntur in mandato generali.*

93 *Cauſæ beneficiales ſub generali mandato includuntur.*

94 *Mandato generali non includitur id propter quod principalis aliqua pœna illaquearetur.*

95 *Procurator cum poteſtate appellandi non poterit appellare in cauſa executiua.*

96 *Mandatum ſpeciale qualiter intelligatur, & in quo differat à mandato ſingulari.*

97 *Procurator in cauſa magis ardua & graui in dubio cenſetur conſtitutus.*

98 *Procurator ſimpliciter ad omnes cauſas conſtitutus, in-*

telligitur datus ad præſentes non ad futuras, de quo ui de, quia articulus eſt dubius.

99 Procurator *conſtitutus ad cauſas deuolutas in non deuolutus ſe non intromittit: & intelligitur quòd ſint deuolutæ tempore conſtitutionis etiam quòd eſſet datus ad cauſas motas & mouendas.*

100 Procurator *dari poteſt ad certam cauſam ſub certa conditione ex die & uſque ad diem.*

101 Procurator *conſtitutus in certa cauſa contra Semproniũ cum clauſula, & ad omnes alias eius cauſas, intelligitur reſpectu eiuſdem Sempronij.*

102 Prorogandi *iuriſdictionem ſpeciale mandatum requiritur.*

103 Procurator *cũ poteſtate ſubſtituẽdi recipiat & expreſſe uel tacite acceptet mandatum ſubſtituere non poteſt.*

104 Procurator *cum poteſtate ſubſtituẽdi ſimpliciter alium habilem et acceptabilem ſubſtituendo non remanet amplius procurator.*

105 Procurator *ſubſtitutus à procuratore expreſſam poteſtatem ſubſtituendi habens ab ipſo domino cenſetur ſubſtitutus.*

106 Procurator *ſubſtitutus ubi acceptauit onus cauſæ etiam quòd eo non fuerit uſus, non poteſt à ſubſtituto ſine mãdato ſpeciali reuocari.*

107 Procurator *ſabſtitutus poteſt cauſam proſequi, etiam quòd antequam acceptaſſet ſubſtituens deceſſerit.*

108 Procurator *habens poteſtatem reuocandi ſimpliciter in cauſa procedendo, uel alium ſubſtituendo primo ſubſtitutos reuocare cenſetur.*

109 Procurator *ſubſtitutus effectus dominus inſtãtiæ poterit*

alterum

alterum facere procuratorem, ſcilicet tanquam domi-nus litis effectus.

110 Procurator *in cauſa ſummaria ſeu aliàs ubi lis non conteſtatur efficitur litis dominus, poſtquam cœperit tractare merita cauſæ.*

111 Procurator *abſque poteſtate ſubſtituendi datus, etiam quòd conſtituẽs in mandato promittat conſtitutos & ſubſtituendos indemnes releuare, ex hoc tamen ſubſtituere non poterit.*

112 *Mandata habentia clauſulas ad omnia alia utilia faciendum. &c. & cum promiſſione de ratum habendo quicquid legitime factum fuerit dicantur captioſa & recipi non debent.*

113 R*ati clauſula mandatum non ampliat, licet quandoque mandatum importet.*

114 *Mandatum in quo conſtituens iurauit habere gratum quicquid geſtum foret, &c. intelligitur quoad comprehenſum, eo quia iuramentum non ſe extendit ultra id de quo fuit actum.*

115 Procurator *antequam recipiat mandatum ſuæ poteſtatis non poteſt quicquam facere ſecundum doctores, ſecus ex ſtylo palatij.*

116 Procurator *antequam acceptet nõ eſt neceſſario citãdus.*

117 *Mandatum à procuratore receptum licet nõ producatur tempore quo fit proceſſus: eo tamen quandocunque exhibito proceſſus detegitur ualidus.*

118 *Mandatum poteſt quandocunque produci.*

119 Proce*ſſus factus per audientiam contradictarũ antequam procurator exhibeat mandatum cenſetur ualidus.*

120 R*ati clauſula facit ut geſta per procuratorem antequam*

recipiat

recipiat mandatum, ſint ualida.

121 *Mandatum non habere uel habere ex aliqua ratione inualidum adæquatur.*

122 *Procurator habens mandatum inualidum quantuncunq; cum eo proceſſum fuerit non cenſetur legitimatus, quo minus poßit dici de nullitate proceſſus.*

123 *Mandatum ratione conſtituentis reputabitur inualidũ, ſi conſtituenti rei, de qua agitur, non competat ſaltim adminiſtratio.*

124 *Inhabilis ad agendum per ſeipſum eſt etiam inhabilis ad procuratorem conſtituendum.*

125 *Habilis ad agendum per ſe erit habilis ad procuratorem conſtituendum.*

126 *Prælati Eccleſiarum abſque conſenſu capituli poſſunt pro rebus ſuarum agere & defendere, & procuratores dare, etiam quòd bona ſint communia, ſi diſcreta non ſint.*

127 *Magiſtratus municipales ut priores, ſeu antiani pro rebus uniuerſitatis abſque conſenſu & interuentu illius non poſſunt procuratores conſtituere.*

128 *Tutor ſeu curator quibus adhuc uere ob aliquid non adimpletum non competit adminiſtratio rerum pupilli, aut ſimilium non poſſunt quicquam facere uel authorare.*

129 *Coniuncta perſona ante litem conteſtatam non poteſt pro coniuncto alterum facere procuratorem.*

130 *Cõiuncta perſona in cauſis ſpecialibus & æſtimationem non recipientibus, non admittitur: quia in his cautio rati non procedit ſub qua ille admittitur.*

131 *Procurator abſque ſubſtituendi poteſtate datus ante li-*

tem

tem conteſtatam ſubſtituendo nihil agit.

132 *Mandatum ratione conſtituti erit inualidum: ſi fuerit ta lis cum quo iudicium fundari non poſſit: ut ſunt ſer= uus, monachus, uel religioſus, furioſus, & ſimiles.*

133 *Minor. 25. ſeu pupillus procurator conſtitui non poteſt.*

134 *Procurator ſi iure naturæ uel ciuili eſt penitus iudicij in capax conſtitui non poteſt: ſecus ſi ob aliquam cauſam accidentalem.*

135 *Exceptio (tu non es procurator) quandocunque, ſed ex= ceptio (tu non potes eſſe procurator) ante litem conte ſtatam duntaxat opponi poteſt.*

136 *Excommunicatus tempore conſtitutionis non poteſt pro curator conſtitui, & illius uigore, quicquam agere non poteſt: ſecus ſi excommunicetur poſt.*

137 *Exceptiones quæ per conteſtationē litis non purgantur, poſſunt ad impediendum quandocunque opponi, ut de excommunicato, uel ab eo cui audientia denegatur.*

138 *Mandatum ratione formæ erit nullum & inefficax, ſi nō ſit in forma publica, puta manu, tabellionis ſub ſigillo publico, aut per epiſtolam principalis.*

139 *Mandatum eſſe debet cum ſuis ſubſtantialibus, & carere omni uitio uiſibili.*

140 *Mandatum quid neceſſario continere debeat.*

141 *Mandatum quod fit ab exiſtente in aliena poteſtate uel gubernio fieri debet de conſenſu ſui ſuperioris, uel ad= miniſtratoris ſi habuerit: aliàs cum decreto Iudicis.*

142 *Mandatum quod fit à perſona inhabili, quæ loqui non po teſt, fit à iudice cum conſenſu adminiſtratoris uel ab adminiſtratore cum decreto iudicis.*

143 *Decretum quod interponitur in ſimilibus mandatis, ſeu*

deputationibus tutorum, uel curatorum eſſe debet iu-dici competens, et cautela circa hoc iudicis cōpetentis.

144 Procurator, ſeu actor reo inhabili etiam abſenti, & inuito, actori uero ſolummodo petenti, & præſens à iudice conſtitui debet.

145 Actor, ſeu procurator ad lites non faciunt inuētarium.

146 Curator iurare debet utilia facere.

147 Curator, ſeu actor quando deputatur debet exprimi aliqua cauſa neceſſaria, ſeu probabilis.

148 Tutor antequam actorem, ſeu procuratorem cōſtituat, quid, & quot adimpleuiſſe debet.

149 Tutelæ, ſeu curatoriæ copia peti debet, quæ danda eſt ex penſis pupilli.

150 Tutor ſi ordinem quoad requiſita per eum adimplendo præuertit, non nocet, prout dando fideiuſſorem minus idoneum.

151 Sindicus, ſeu actor quando conſtituitur uniuerſitas, ſeu collegium debet eſſe mori ſolito, & collegialiter congregat, ac quòd duæ partes ex tribus præſentium, quorum nomina exprimantur conſtituant, de cuius conſtitutione uide hic.

152 Sindicatus pro publico inſtrumento præſumitur.

153 Sindici conſtitutio ſi eſt ipſo iure nulla, non obeſt etiam quòd iudex pronunciaſſet perſonam ſindici legitimam.

154 Sindicus, ſeu procurator uniuerſitatis non eſt procurator ſingulorum.

155 Mandatum reuocatum, ſeu quodammodo reſolutum non dicitur amplius mandatum.

156 Mandatum durat, donec uoluntas mandantis durare præſumitur.

157 Vo-

157 Voluntas non præſumitur mutata.

158. Mandatum poteſt expreſſe reuocari, etiam quòd quis iurauerit non reuocare.

159 Mandati reuocatio expreſſe ad effectum proceſſum inualidandi debet formiter intimari parti, ſeu iudici.

160 Solemnitas, & modus in concedendo obſeruatus debet etiam in tollendo, & derogando obſeruari.

161 Procuratoris reuocatio quoad reuocantē ſtatim afficit.

162 Procurator reuocatus etiam quòd petat ſuper reuocatione audiri, & pendeat ſuper eo diſcuſſio eo interim quicquam, ut procurator facere non poteſt.

163 Mandatum tacite reuocatur, ſi principalis alium procuratorem ſimpliciter in cauſa conſtituerit, & hoc quandocunque, & in quacunque inſtantia.

164 Mandatum primum ut reuocetur per ſecundum, requiritur ut ambo ad eandem cauſam, uel ſimilem in ſpecie fiant.

165 Mandatum primum expirat per ſecundum, etiam, quòd ſecundum non habuerit effectum.

166 Mandata ſi fuerint duo ſub eadem data, attenditur illud quod minorem habet poteſtatem.

167 Mandatum tacite reuocatur, ſi principalis ſimpliciter cauſam ſuam pertractet.

168 Mandatum cenſetur tacite reuocatum ſi principalis liti, ſeu cauſæ cedat, aut rem, ſeu eccleſiam cuius occaſione conſtituerat quocunque modo perdat uel amittat.

169 Voluntas iuris præſumptione deficit perſona, quæ uoluerat deficiente.

170 Mandatum re integra morte mandantis diſſoluitur.

171 Mandatum in beneficialibus, & alijs in quibus non ſu-

per eſt aliquis legitimus hæres indiſtincte etiam re non integra expirat morte ciuili, ſeu naturali mandantis.

172 *Mortuo altero ex collitigantibus ſuper titulo beneficij in curia non citato aliter procuratore proceditur ad inſtantiam ſuperſtitis per audientiam contradictarum.*

173 *Mandatum etiam in profanis quando non ſupereſt aliquis principalis uerus, aut ſaltim repreſentans etiam re non integra expirat.*

174 *Procuratoris perſona reputatur perſona domini, ideo ſine ea ſtare non poteſt, quia uideretur procurator nullius.*

175 *Mandatum expirat, ſi conſtituens ex poſt fiat criminis reus, monachus perpetuo relegetur, arrogetur, ſeruus fiat, aut ceſſat id, propter quod fuit conſtitutus.*

176 *Mandatum quando morte naturali reuocatur, non requiritur mortis intimatio.*

177 *Procurator in cauſa capitali interueniens, ſi non opponatur non facit proceſſum nullum.*

De nullitate ex defectu inhabilitatis, ſeu mandati comparentium, & unde, ac quibus modis regulariter proueniat.

POSTQVAM uidimus de iudice, ac nullitatibus ex defectu ſuæ poteſtatis, reliquum eſt, ut de his etiam, quæ ex defectu perſonarum coram eo comparentium, plerunque eueniunt, pertractemus.

Dico igitur curioſo, et diligenti cauſarum patrono conuenire cognito, et præuiſo de iudice, et illius poteſtate, imprimis quærere de perſonis, in quibus iudicium fundatur, et aduertere nunquid fuerint tales, quæ habuerint

fuerint legitimam perſonam in iudicio ſtandi:quoniã detecta il lorum incapacitate,regulariter iudicium corruit:ut infra dicetur.

1 Vitium nanque,et defectu ex incapacitate,et inhabilitate agen tium inſurgens magnus, et potẽs eſt,et maior reputatur, quàm defectus iuris in agente ut ſenſit gl.in uerb.his perſonis,circa fi. in.l.i.§.i.ff.qui ſatiſd.cog.quam ad hoc reputat notabilem Deci.

2 conſil.cclxxv.in cauſa,quæ luce.col.iii.uerſic.ſed prædictis non obſtat in tertia parte,et eſt talis,quòd nõ includitur ſtatuto exce ptiones reiiciente,ut docet Bart.in.l.i.§.& parui.uerſi tamen cir ca hoc ſunt.ff.quod ui,aut clam.ſequitur Ancha.in cle.i.uerſi.x. & ultimo,de ſequ.poſſeſſ.et fruct.Roma.conſil. xlii. quem pro notabili refert apoſtilla.iii.ad Bar.in.d.§.& parui.et ponit Felin. in.c.ex parte,col.iii.uerſic.iiii.limita,de off.deleg.& propterea an te omnia quærendum eſt de perſona,uidelicet nunquid ſit habi-

3 lis adactum.de quo quæritur conficiendum,arg.l.non ignorat. C.qui accuſ.non poſſ.l.ſi quæramus.ff.de teſtamen. quia non au te iuris ratio, quàm perſona quærenda eſt.l. quidam referunt uerſic.eſſe enim debet,de iure codicil. etiamſi eſſemus in iudicio quantumcunque ſummario:nam,et tunc plene de perſonis,ac ue ritate rei(ſi agitur ad cauſæ deciſionem)liquere debet,per ea quę ponit Bart.quem cæteri ſequuntur in l.ii.in.fin.C. de edict. diui Adr.toll.et in conſt.ad reprim.in uerb.figura.in.ii.col.Bal. in.l. iii.§. ibidem.ff.ad exhib.et in.l.nequicquã.§.de plano,de off.p o conſ.et in.l.iudices,col.fi.C.de iud.et per Iaſ.in rub.C.qui admit ti cum aliis,de quibus per d.Alexa.conſil.lx.num.17. libr.ii.& conſi.cxlvii.uiſis,in.ii.col.in princ et conſi.lxxvii.uiſo,col. fin. in fi.lib. vi. Præterea talis habilitas requiritur tempore actus quia non ſufficeret quòd expoſt ſuperueniret,arg.l.ſi filius,&.l. eius qui. in princ.ff.de teſtam.l.quid ergo,in fin.ubi Angel.ff. de infect.c.i.de deſponſ.impub.lib.vi.cum aliis,de quibus per Ale- xan.conſ.clxxi.uiſo,col.iii.in fin.lib.ii.et Hip.in.l.pen.uerſi.item ultra prædicta,num.39.ff.de quæſt.Et pulchre poſuit Decius in conſi.dclxi.in caſu,col.fin.uolu.iiii.poſt Canoniſtas,in.c.Si meo tempore,per illum tex.de reſ.in.vi.

4 Is igitur qui uiderit proceſſum, diligenter aduertat, nunquid iudicium fuerit agitatum per ipſoſmet principales litigatores, uel per alios eorum nomine comparẽtes, ut puta procuratores, curatores,& ſimiles.De primis primo,de aliis dicemus poſt.

Si ipſimet principales litigatores in iudicio fuerint: attẽdatur

R 3 qualitas,

qualitas,& conditio perſonæ eorundem,et nunquid ſoli, aut cū aliquo eorum legitimo reſponſali comparuerint. Nam licet in
4 materia noſtra edictum ſit prohibitorium,uidelicet quòd quilibet in iudicio reputatur habilis,qui expreſſe prohibitus non reperitur,ut inſtit.de his per quos agere poſſumus in princip. ubi hoc notat Ang.et.c.i.de procu in.vi.et per gloſſ.in uerb. ad futuras,in.c.iniuſte,extra,eod.tit.et tenet Rot.dec. clxxv. Commisſio,circa medium,in no declarat Bald.in rub.qui accuſ. non
5 poſ.poſt principium.Varii tñ uariis,ex cauſis prohibiti,uel iudiciorū incapaces reperiuntur,aliqui ob defectū,ſeu fragilitatē conſilii,natura,uel caſu prouenientem.alii ob poteſtatis,ſeu perſonæ propriæ defectum.Alii uero ex aliis,ut infra uidebis.
6 Defectus conſilii,ac intellectus natura proueniente eſſe in iudicio prohibetur infans,id eſt minor ſeptemnio,ut.l.ſi infanti,in princ.de iure delib.Nā licet aliquādo malitia,ſeu prudētia ſuppleat in aliquibus ætatem,ut dixit tex.in.l.iii.C.ſi mini.ſe maio.
7 dix.c.de illis,el.ii.et.c.fin.de deſpon.impub.et.c.i.eod.titu. in.vi. prout ſunt illi,quos Lombardia,Normādia,et Roma generat, inquit gloſſ.in uerb.animum,in.l.ſequitur ff. de uſucap. ac propterea ſeptemni ætatis pueri mentiri,et uerum dicere , confiteri, et negare iam posſint,ut inquit Auguſt.in epiſto. ad Renatum epiſcopum,relata per gloſſ.in c.Paruuli,de conſe.diſtinct.quar-
8 ta,et in c.primo.de delict.puero.in illaque ætate ſponſalia propterea contrahant.l.in ſponſalibus.ff.de ſponſ.c.literas.c.accesſit, capit.duo.de deſponſ.impub.
9 Nihilominus quicquid ſit in aliquibus,ad ea potius, quæ, & frequenter,& facile,quàm ad ea. quæ perraro eueniunt , in adaptari debet.l.ex his,cum.l ſequ.ff.de legib . Propterea dicamus, ꝙ infans regulariter(iuris præſumptione)non habet intellectū .§.ſed quod diximus,inſtit.de inut.ſtip.ſed quicquid uidet ignorat.l.ſi.C.de fal.mone.l.ſi.ff.de iuris & fact.igno.l.fin.ff.rem pupilli ſal.for.unde factum ipſius pro impunito habetur , cum innocentia conſilij ipſum excuſet.l.quod infans.ff.de rei uend.l.infans.ff.ad.l.Cornel.de ſicar.l.ſed & ſi.§.iniuriam.ff.ad.l. Aquil.c. i.& ibi gloſſ.de delict.puer.in ſexto,unde pati nō poteſt.l.in eo, quod plus.§.pupillus.ff.de reg.iur.illius ergo conſilium,& iudicium,authoritate tutoris ſuppleri debet,quod utilitatis cauſa receptum fuit.l.quamuis.§.infans,&.l.i.§.adipiſcimur,& ibi Bart. et alii.ff.de acqu.poſſ.dum ibi cōmuniter dicitur , quòd ſi infans habet

habet iudicium aliquod,licet ſemiplenum,ſuppletur per tutores: ubi autem nullum habet,non poteſt ſuppleri, ſed in perſona tutorum concipiendi ſunt actus,ut per Bart.Iaſ.& modernos(quicquid dicatur ibi per gloſſ.in,et Cyn.in.l.donationum,eodem titul.)& facit tex.in d l.i.§.licentia: hinc eſt ꝙ in tali ætate nõ poſſunt ipſi citari,ut legitime cõpareant:prout examinat doct. in.l. i.§.ſufficit.ff.de adminiſtr.tut.& concludit deciſio Neapo.cclxii. fuit. Cum igitur in iudicio de iure diſceptetur,c.forus, extra de uerb.ſignifi.ac inter litigatores quaſi cõtrahatur.l.iii.§. idem ſcribit.ff.de pecul.&.l. quoties,cum.l.ſeq.ff.de noxal.et talia abſque animi deſtinatione,et uera,ac certa ſcientia effici non poſſint, ut dixit text.in.l.in totum.ff.de reg.iur.et probatur in.l ſi per errorem.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.et.l. ſi procur.ff.de acquir.re.do. Præſentia pupilli, ſeu ipſius infantis abſque tutore, non ſufficiet:ex quo conſenſus,et uoluntas requiritur. l.i.§ ſi ff. de excu.at.tut.cum etſi præſens ſit, pro abſente habeatur.l. ſi pupillus,ff.quibus ex cauſ.in poſſesſion.eat. uel ſaltem ſit dormienti ſimilis.l.prima.§.adipiſcimur.ff.de acquir. poſſ. et qui non intelligit,non dicitur præſens,ut in terminis dixit text.in.l. coram ff.de uerb.ſign.et tenet Bart.in.l.i.in fi.C,de error.aduo.et Deci. conſ.dcxxx.in cauſa,nu.8.lib.v.hinc eſt etiã, quòd talis ſibi ipſi ſtipulari non poteſt,excepto rem ſuam ſaluam fore, ut d.l.i.in princ.et.l.ſi mulier.ff.de uerb.obliga. et in.d.§. ſed et quod diximus,inſtitut.de inut.ſtipul.Eſt igitur infans,contractus,ac iudicij ſubiectum penitus inhabile,et incapax,ob defectum,ſeu fragilitatem conſilij natura prouenientem.

15 Et quod dicitur de infante,intelligatur,idem de furioſo,et mẽte capto,qui ob ſimilem defectum à natura, caſu tamen prouenientem infanti,quoad intellectus,et iudicij capacitatem,adæquatur,et cum eo pari paſſu ambulat,ut d.§.ſed quod diximus,inſtitu.de inut.ſtipul.et d.l.i.in princ.et.l.quòd ſi infans.ff.de rei uendic.c.i.de delict.puer.ubi gloſſ.plura ponit. Nam iſti etiã abſque illorum curatoribus pro abſentibus reputantur.l.diem.§.Coram ff.de arb.l.ii.§.ſi furioſus.ff.de iur.codic.l.ubi.§.furioſus.ff.de reg. iur.Nec in eos cadit præſumptio animi ratum habẽ.l. diuinũ.§. fin.ff.de procu.hanc etiam æquiparationem facit Bald. in.c.i.de duobus fratribus de benef.offic.inueſt.per gloſſ.in.d.l.ii.C.de curat.fur.& Bart.in.l.i.§.cui quæſitum.ff.ad Trebel.et Fab.de Mõte,in tract.empt.num.4.quæſt.principali.col.vi.uerſi.x. quæro,

quid de bonis furioſorum. Ergo ubi furor adeſt, ibi intellectus
16 abeſt, inquit Bald. in. c. clerici, de uit. & ho. cle. ut refert deci. Nea po. dec. ccclxv. per inſtrumētum, poſt principiū. Idcirco ſententia non tantum contra, quinimo in fauorē etiam talium omnino incapacium lata, abſque interuentu legitimæ perſonæ pro illis, ipſo iure non tenet, ex quo non reperitur perſona ſuper qua poſsit ſubſtātiari, et radicari iudiciū, prout tenuit gl. Bar. Alex. Iaſ. et alij in l. ſi furioſo. quicquid ibi dixerint aliqui. ff. de re iud. et in. l. nō eo minus, C. de procu. iudicium nanque fundari non pōt niſi cū perſona habili, inquit Bal. in. l. cū debitoris, in prin. C. de iureiur.
17 Signa autem, et demonſtrationes furoris erunt, ſi quis puta proiiciat lapides per uias, ut l. ii. C. de Iud. et gloſ. in. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolut. matr. ex ſermonibus etiam quis ſe inſanum oſtendit, gloſſ. in. l. is qui. §. fin. ff. de tuto. et curator. dat. ab his, et ponit Bart. in. l. ſi conſtante, in. ii. quæſt. ff. ſolu. matr. et facit. l. quidam in ſuo. ff. de cōdit. inſtit. ubi ponitur de eo qui mandauit proijci cadauer ſuum in mare, et ibi Paul. de Caſtr. et idem Paul. in. l. non oportet. C. de hís quib. ut indig. per Bald. in. l. ſi furioſi, colum. i. C. de nupt. & in. l. humanitatis, col. iii. uerſic. uenio
18 ad quartum. C. de impub. ubi inquit, quod furioſus eſt, qui eſt cū rabie furoris eductus, ſed mente captus, eſt cui mens, et cōſilium deficit, nullum tamen furorem oſtendit, et uide optimum text. in. l. ob quæ uitia. in princ. ff. de ædil. edict. de eo qui aliena, et per uiros more inſanorum, ridenda loquitur: prout faciunt dementes, et fatui. In materia autem noſtra eum intelligo furioſum, et mente captum, qui non eſt ſui iuris, neque ſuæ mentis compos, minuſque intelligit quod agit, ſed continua mentis alienatione agitatus intellectu caret, quod ex eius uita ſatis deprehendetur, ut probatur in. l. diuus Marcus. §. i. cum præd. l. ff. de offi. præſ. l. fin. et penulte. C. de curat. fur. §. furioſus, inſtitut. de inut. ſtipul. §. furioſi, &. §. ſed, et mente captis, de cur. furio. eod. lib. l. i. §. furioſum. ff. de actio. et obligat. et de quo per gloſ. et doctor. in. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. Bald. et Salic. in. l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ. per Bar. in. l. i. ff de bono. poſſeſ. furi. uel infan. delat. et multa in hac materia habes in apoſtilla ad Bal. in. l. cū furioſus, in prin. C. de curator. fur. cum aliis, de quibus per Alex. conſi. cxli. ponderatis, lib. i. et conſi. cxlvii. uiſo themate, lib. vii. et conſi. liiii. ad quæſitum, lib. i. Deci. conſi. lxxxvii. col. iiii. in fin. ubi ponit modum probandi, lib. i. et latius conſi. cccxlviii. uiſa tota, lib. iiii. et

Lapus

Lapus allegation.xxvi.diſputat primo,col.i. cum ſimilibus. Et plura in ſimili materia pulchra,& in practica utilia poſuit Boer. in deciſione.xxiii.Chriſti,col.iij.cum ſequen.

19 Solent etiam prætores,uel præſides ſi talem hominem inuenerint,qui nec tempus,nec finem expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando,& diſſipando profundit,curatorem ei dare exẽplo furioſi,& tandiu erunt ambo in curatione, quamdiu uel furioſus ſanitatem,uel ille ſanos mores receperit: prout dicit text. in.l.i.§.ſed ſolent.ff.de cura furio. quia quoad bonorum ſuorum adminiſtrationem,& iſte furioſus eſt.l.is qui,in fin.ff.de tuto.curat.dat.ab his,furioſi namque,& eius, cui bonis interdictum eſt, nulla uoluntas eſt.l.furioſi.ff.de re.iudi. Ergo in eum non cadet iudicium, neque ſententia.circa quod eſt aliqualiter aduertendũ, quoniam is cui bonis interdictum eſt, poteſt ſibi acquirere, ac ſtatum ſuum meliorem facere,deteriorem autem non poteſt.l.is cui bonis.ff.de uerborum obligatio. Eſt igitur doli capax & habilis ad contrahendum in ſui commodum: & ſic erit magis pupillo æquiparandus,qui ſibi prodeſſe poteſt, ſed non obeſſe. inſtit.de autho.tut.in princ.& de caſtrenſi peculio.l.ex caſtrenſi.§. i.prout etiam de ipſo prodigo dicit text.in.l.cui bonis.ff. de nouat.& talis æquiparatio prodigi ad pupillum fit in.l.certi condictio.§.quoniam.in fi.ff.ſi cer.pet. Nam in negotijs contrahẽdis alia cauſa habita eſt furioſorum,alia eorum,qui fari poſſunt,quã uis actum rei non intelligant: cum furioſus nullum negotium contrahere poſſit: pupillus & cæteri omnia recte gerunt,ita tamen ut adhibeatur authoritas tutoris, uel curatoris, ubi eſt neceſſaria.ita dicit tex.in.§.furioſus.et.§.ſeq.inſti.de inut.ſtipul.iuncta.l.in negotijs contrahendis.ff.de regu.iur.& ſic quoad deputãdum ſibi curatorem,& finiendam curam, & quo ad alienãdum, & conditionẽ ſuã deteriorandã,prodigus æquiparabitur furioſo, et infanti: In reliquis erit ſimilis pupillo.Ex quo ſequitur quòd

20 ſententia contra ipſum abſque interuentu ſui curatoris lata,non tenebit inſtar aliorum,qui ſub cura ſunt, toto titu. C. qui legit. perſon.l.cum & uos minores.C.ſi aduerſ.rem iudic.l.clarum.C. de author.præſtan.cum ſimil.

Lata tamen in eius fauorem,erit ualida,& ſibi proderit.per regul.l.non eo minus.C.de procur.&.l.ſi tutor.ubi gl.Bar.et alij. C.in quib.cau.in integr.reſtitu.glo.in.l.i.C.qui legit.perſon. cũ.

21 ut eſt dictum,ad ſui commodum ſit habilis & capax ad acquirẽ

dum.Et beneficium l.non eo minus extendatur ad omnes, qui tutoris uel curatoris auxilio iuuantur: prout & reliqua iuris beneficia: nam conceſſum uni ex iſtis,alteri etiam (dummodo ſit
22 talis priuilegi capax,& non militet diuerſa ratio) cenſetur conceſſum, etiam quòd in.l. expreſſum non reperiatur: ut tradunt doct.in d.l.non eo minus,et uidetur tex.in l. mulieri.§.fin. cum ſua glo.ff.de curat.fur.et l.dabimus.in fin.cum.l.ſequen.ff.de priuil.cred.l.ii.& ibi,glo.& Bal.C.de curato.furio.l.ſi curatorem habens.C.de in integr.reſtitu.minor.l.Fulcinius.§.adeo. et ibi docto.ff.ex quib.cauſ.in poſſeſ.eat.Tenet Bartol.in.l. imperatores. ff.de re iudic.& dicam infra.quæſt.fi.
23 Et nota quòd quandocunque quis foret notorie prodigus,antequam tamen interdicatur ſibi bonis, habet legitimam perſonã pro ſe,& alijs litigandi,et in iudicio ſtandi: per tex.in l.tres tutores.in fi.ff.de adminiſ.tuto.c.ueritatis.de dolo & cõtumac. Spec. in tit.de actore.uerſic.item opponitur contra actorem quòd eſt prodigus.glo.in.l.i.in princip.ff.&.C.de curato.furio.& eſt communis opinio doctorum,prout atteſtatur Pau.Alex.& Iaſ.in d. l.is cui.ff.de uerbo.obligat.& Iaſ.ibi.col.vi. aſſerunt Canoniſtas in.c.ij.de teſti.ita tenere.& ab in ea iudicando & conſulendo nõ recedendum.Si tamen fieret interdictio,et curatorum deputatio alicui qui nõ eſſet in effectu prodigus,neque furioſus, deputatio & interdictio non ualerent: ut dicit glo.in.d.l.is cui, & l.i.C.de curato.furio.argumẽ.l.Seyæ.ff.de tuto.et curato.dat.ab his.Sup quo tamen erit aduertendum: quia Bar.& multi alii tenent contrarium,uidelicet talem deputationem ualere: dummodo cauſæ cognitio interuenerit: ut per Bar.& alios in d.l.is cui.Bal. & Salyc.in.l.ſi putas.C.de peti.hæred.cum alũs, de quibus per Alex. qui hanc partem tenet in conſil.lxxxvi.uiſis. colum ij.uerſi.prae terca.lib.ij.et de quo per eundem in conſi.cxlvii.uiſo.col.iii.in fi. lib.vii.& hæc eſt communis opinio aduocatorum, inquit Deci. conſi.cclxxiiij.diuino.col.ij.uerſic.nec admitti debet. libr.ij.et in terminis.q.uide Ant.Nicelli,in tract.de concord. glo. concord. lxx.&.lxxi.ubi ad propoſitum multa dicit: utrum uero ex eo quod prodigus redit ad ſanos mores datio curatoris expiret ipſo iure,uel per ſententiam,ponit Guid.Pap.q.cclx.curator.
24 Aduerte etiam quòd illud,quod dicitur de prodigo in bonis, dicendum foret etiam ſi eſſet prodigus perſonæ & honoris proprij: ut in muliere luxurioſa,cui ex hoc dandus eſt curator, & bonis

bonis interdicendum.l.i.&.l.mulieri.ff.de curator.fur.tenet.Spe. in titu.de actore.uerſic.Item,opponitur quòd eſt prodigus,quãuis ſecus ſit in maſculis,quibus ob talem cauſam non ſolet dari curator: cum non ſit iure cautum, ſed mulieri tantum: in qua magis ardet ſtimulus carnis, et quæ maius facit ex hoc opprobrium generi & familiæ ſuæ,ac etiam ob ſexus fragilitatem: ut inquit Specul.in loco de quo ſupra.uerſic. ſed utrum in maſculo &c.& facit text.in.l.i.C.ad legem Iul.de adult.

25 Mutus ac ſurdus,id eſt qui non omnino non audit,erunt etiã ſimiles infanti & furioſo, non. quòd non habeant intellectum, & non ſint de ſe rationis capaces: quinimo regulariter intellectus acutisſimi exiſtunt, & ad nutum labiorum intelligunt, ac ſunt ualde perſpicaces: ſed quia in his militat effectualiter ratio infantium & furioſorum, uidelicet defectus rationis & intellectus: nam licet mutus & ſurdus intelligant quod agunt, tamen non intelligunt quod ex aduerſo agitur,ex quo non audiunt id, de quo diſputatur: unde neceſſe eſt quod deficiat in eis operatio intellectus,qui ſuper incognitis non operatur: idcirco tales ob defectum organi repræſentantis obiectum intellectui,inſtar furioſi,uel infantis,neſciunt,neque poſſunt ſe,& res ſuas defendere egentque auxilio & miniſterio alterius in quocunque actu ciuili ob illorum incapacitatem,quare uidemus eoſdem ſibiipſis ſtipulari,uel alteri promittere non poſſe.§. mutum.inſtitu.de inut. ſtipu.l.i.in princip.ff.de uerb.oblig.l.i.§.fin.ff.de actio.& obliga. ubi iſti uidelicet infans,furioſus,mutus,ſurdus,quoad hoc æquiparantur.& in l.prætor ait.§.non omnes, de iud. & propterea ſi

26 in tales non cadit contractus,minus iudicium, cum etiam in eo (ut dictum fuit) contrahatur, uidelicet per petitionem actoris præcedentem, & reſponſionem rei ſubſequentem: quæ dicitur litiſconteſtatio,inducens quaſi contractum.l.i.C.de litiſcont.c.i. in fin.extra eodem titu. & ad præmiſſa faciendum neceſſario requirantur uerba,& animus: ut inquit Specu. de litiſcon.§.nunc dicamus.uerſic.ex præmisſis.Animus autem id eſt conſilium,et uoluntas rationabilis non cadit in infante furioſo, uel prodigo, & uerba non cadunt in muto,neque ſurdo,qui licet loquatur,tamen uerba alterius non audit: ideo præmisſi omnes non poterunt per ſeipſos in iudicio ualide conſiſtere.

Præterea muto, & ſurdo, ualde periculoſum erat in iudicio eſſe,cum non ex audito decreto prætoris, quaſi non obtemperaſſent,

raſſent,pœna ueluti contumaces plecterentur : ut inquit text.in l.i.§.propter caſum.ff.de poſtul.

27 Cœcus autem pro ſeipſo agere poterit: quia aures ipſius ſupplebunt defectum oculorum. d.l.i.§. caſum.ff. de poſtul. argu. etiam in l.cœcus. cum ibi notatis.ff. de Iudæ. & dixi ſupra loquendo de iuriſdictione.

28 Fragilitate conſilij natura proueniente, minores uigintiquinque etiam ſoli in iudicio eſſe prohibentur : prætor nanque naturalem ęquitatem ſequutus,propter lubricum ætatis,tutelam eorundem ſuſcipiens, ob illorum infirmum & fragile conſilium, multis inſidijs & captionibus expoſitum,eis regulariter , ut per ſeipſos eorum ſtatum & conditionem meliorem facere, deteriorem autem non poſſe,indulſit : ut in.l.i.in princ.ff. de minor.& l.fi.C.de filioſa.mi.iuncto text.inſti.de autho.tut.in princ.Tales

29 igitur in iudicijs, etiam quòd ſint doli capaces , nec naturaliter, nec ciuiliter abſque interuentu tutorum, ſeu curatorum obligantur : & licet fideiuſſores darent, non conualidatur iudicium contra eos agitatum : ut concludit Guil. de Cun. in.l.i.C. qui legit. perſō.ſtand ex quo (ut eſt dictum) ipſi nullo modo obligantur : & propterea non poteſt fideiuſſor accedere l.cum lege.ff.de fideiuſſ.l.ii.§.i.ff. qui ſatiſd. cog. & ita firmat Specul. in titul. de actor.uerſic.ſed quid ſi minor.columna quarta.

30 Licet in contractibus ſecus ſit : qui cum talibus initi,mero iure tenent : quamuis ſi fuerint læſi,aduerſus illos reſtituantur : ut l.ſi curatorem habens.C.de in integr.reſtit.mi. & ſecus etiam ſit

31 coram arbitro : coram quo pupillus ſaltim naturaliter obligetur : cum arbitrium magis contractui accedat,per.l. pupillus.ff. de arbi.& l.i ff.de nouat.iudicium autem cum illis abſque inter-

32 uentu curatorum agitatum,indifferenter eſt ipſo iure nullum,cū ſi non habeant tutorem, ſit illis dandus : quia diſtinctio.l. ſi cu-

33 ratorem habens,non procedit in iudiciis : ut tenet gl. Bar.Pau. de Caſt.& alii.in l.pen.C.ſi aduerſ.rem iud.& in.l.acta.§.contra. ubi.Bart.& Paul.ff.de re iud.&.l.ii.C.qui legit.perſo.eſt deciſio. Guid.Pap.q.ccccxciiij.ſententia.& facit tex.in.§.inuito.inſti.de curat.& l.ſi præſes. uerſ. quicquid eo tempore ſtatutum eſt &c. C.quō.& quand.qui text.loquitur de interlocutoria, quæ etiam

34 contra ſimiles lata,non ualet : prout ibi : & tenet Bar. Bal.Pau. de Caſt.poſt Guiliel.Pet.& Cy.in l.i.C.qui legit. perſ. (licet ibi aliter ſentiat glo.) quòd procedit etiam in quacunque inſtantia: licet

licet Bar.aliter.dixerit.in l.alienam.C.de procur. quem ibi Bald. Paul.Alex.& Iaſ.reprehendunt per d.l.ſi præſes.ac etiam ſi iudicium eſſet criminale per l.clarum.C.de aut. præſ. uel quod cauſa eſſet eccleſiaſtica,aut beneficialis,per textum in cap.ſi annum,de iudic in.vi.ponit Lap.allegat.cxxiij.quidam expoſuit.

35 Præmiſſa tamen limitantur, dummodo non ſit interlocutoria demittendo in poſſesſionem,per l.fin.& glo.in d.l.i.C. qui legit.perſ.aut niſi minor aſſeruiſſet,maxime cum iuramẽto, ſe maiorem per l.ſi alterius,& toto illo titu.C. ſi mino.ſe maior.dixe. aut procuratorem ad litigandum cum clauſulis ſolitis ac iuramẽto conſtituiſſet,iuxta doctrinam Bar.in l.minor.ff.de procurat. per text. in authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduerſ. uenditio. qui text.etiam quòd loquatur in contractibus, procedit etiam in iudicialibus,ſecundum Bar.ibi,col.fi.uerſi.quid in iudicijs.Idẽ tenet Guid.Pap.quæſt.xxxv.Si adultus.&.ccccxciij.ſententia. in fin. Quod etiam in contingentia facti tenuit iudicando Parlamentum Regium : ut per Boer.deci.xcii. ubi uideas.licet Specul.in tit.de actore.uerſic.ſed quid ſi minor.contrarium tenuerit prout contrarium etiam tenet Bal.in l.i.col.xiii.uerſi.& per hoc reſpondetur.ubi uult quòd iuramentum iu iudiciis non ſuppleat defectum ætatis.C.de conf.ſ.uel niſi minor impetraſſet ueniam ætatis,ut.C.de his qui ueniam ætat.implet.l.ſecunda.aut niſi eſſemus in ſpiritualibus,uel ab eis dependentibus : in quibus minor uigintiquinque,maior tamen quatuordecim,pro maiore,& legítima perſona reputatur.c.ſi annum.& ibi gloſſ.& ſcriben.de iud. in.vi.uel eſſemus in iudicio críminali: dum minor ſuam,aut ſuorum iniuriam in caſibus a iure præmiſsis proſequeretur: ut in l. qui accuſare.& l.hi tamen.in princip.ff.de accuſ. Sed ſi iniuriam ſuam,aut ſuorum non proſequeretur, etiam cum curatore non poſſet in iudicio ſtare,ſed proceſſus eſſet nullus, prout declarat Bald.in rubr.C.qui accuſa.non poſſ.& eſt communis opinio doctorum,ſecundum Salic. in l.ii.col.iiij.uerſic. ad legem clarum, C.eod.tit.& intellige quòd talis accuſatio & proceſſus ſint nulli, ope exceptionis,ſecundum Bar.in l.i.§.accuſationem. per illum text.ff.ad Turpil.quamuis ſecus ſi accuſatio fuiſſet inepta, quia tunc foret ipſo iure nulla : ut declarat idem in . l . libellorum.§. quòd ſi libelli.ubi atteſtatur ita obſeruari.ff.de accuſ. & idem tenet in.l.edita,col.i.in fi.C.de edend. in ſupradictis itaque minor quaſi legitima perſona in iudicio admitteretur,ac quibuſdã aliis caſibus :

caſibus: de quibus latius per Spec.eod.tit.de acto. in prima colum.& Canoniſtæ poſt glo.in.c.ex parte.de reſtit.ſpolia. & d.c. Si annum. de iudic.in.vi.& c.certis.xv.quæſt.iii. Sed certe cum
36 edictum in materia noſtra ſit prohibitorium, neque reperiatur quòd iura inhabilitent,ſeu prohibeant, uel arceant a iudicio minores: ſed proceſſum duntaxat cum illis agitatum, (quatenus illis præiudicet) reddant nullum: prout de præſcriptione dicitur in.l.ſina.C.in quib.cau.non eſt neceſſ.in integr.reſtitu.regula uidetur eſſe potius permiſsiua,uidelicet quòd minor uigintiquinque, habilis ſit, & capax iudicii: licet quoad ſui commodum, quandoque incapax fingitur à lege: prout formaliter declarat Aegidi.concluſio.cxliij.incipien.minor circa fin.unde uidemus quòd ſi ſententia fuerit in fauorem ipſorum minus legitime in iudicio comparentium lata, efficax & ualida reputatur: ipſius prætoris prohibentis cauſa ceſſante: uidelicet ne ætas huiuſmodi læderetur,per l.non eo minus, & ibi communiter ſcriben.C. de procur.& l.i.ubi glo.in uer.aduerſ.C. qui legi.perſo. & dictū fuit ſupra: quòd eſſe non poſſet, ſi ipſi eſſent iudicii incapaces,
37 erunt igitur habiles: quia etiam pupilli & impuberes uelle & nolle,& illorum commodum & utilitatem,licet non ad præiudicium, habere cenſentur.l. Iulianus.§. ſi quis a pupillo.ff. de act. empt.ponunt glo.& doct.in.l. inuitam.ff. de ſeru.urb.præd.et l. ſi pupillus.ff.de reg.iu.

38 Et exceptio huiuſmodi minoritatis, ex parte eorundem minorum ad inualidandum proceſſum, quandocunque opponi poterit, per regu.l.licet.C.de procu.& c.in noſtra. eo.tit. Ex parte uero aduerſarij ad impediendum proceſſum,& ne ulterius in cauſa progrediatur,etiam quandocunque opponi poterit, ut docet Spec.in tit.de actore.uerſic.quid ſi minor in iudicio.& doctores in d.l.non eo minus.ac Barto.in d.l.ſi minor.ff. de procur.& deciſio.Neapol.numero.366.in pleno.numero.8.

39 Ex defectu poteſtatis ipſius agentis,filiusfam.in poteſtate patris exiſtens ſine illius aſſenſu in iudicio regulariter eſſe non poteſt,ex quo non habet integram perſonam, ſecundum glo.in l. fina.in.§.neceſsitate.per illum tex C.de bonis quæ libe.& in l.i. in fin.C.de annal.except.et.l.fina.C.ad Maced.& melius hæc regula probari uidetur in c.ſi annum.in fin. de iudic.in.vi. alias iudicium abſque conſenſu patris cum filio agitatum eſſet ipſo iure nullum,ut uoluit Specu.in tit.de actore. uer. ſed & filiusfam. & uerſ.

uerſ. quid ſi præſente. & in tit. de except. §. d. uerſ. quid de illa tu non habes &c. & ibi Ioa. And. & per Bar. in d. §. neceſsitate. in. ii. notab. quæ regula intelligi debet, quando filius egiſſet ſuper rebus ſeu bonis, quorum uſusfructus, et actionum & iurium exercitium, patri de iure quæreretur, & competeret, prout eſt in aduētitiis, nam ex quo tunc exercitium actionis patri, non filio quæ
40 ritur, filius agens ſine conſenſu patris, tanquàm is, cui non competit iuris exercitium, fruſtra ageret, & hæc eſt ratio. l. in d. §. neceſsitate. non autem (prout dicebat gloſſa) quòd filiusfamilias indifferēter cenſeatur perſona minus integra, quia in hoc eadem gloſſ. communiter reprehenditur, prout atteſtatur Ioan. And. in addi. Spec. d. tit. de actore. uerſicul. ſed et ſi filiusfamilias. in uerb. lex cum non ſolum. et Alexan. conſi. cvi. quoad præſens. colum.
41 ij. uerſi. ſimiliter. lib. j. in reliquis igitur cauſis, puta beneficilibus, uel caſtrenſibus, ſeu quaſi, & in alijs, in quibus nil patri quæritur, filiusfamilias libere, abſque conſenſu patris agere poterit, & ſuper illis in iudicio experiri, cum iſto caſu exercitium iurium a nemine ſit ſibi præoccupatum, uel impeditum. ita procedit text. in dicto capitulo ſi annum. & in authentic. ut liceat mat. & auię in princip. & l. i. §. i. de caſtren. pecu. l. filiusfam. in princip. ff. de procur. l. ſi longius. §. i. & ibi ſcrib. ff. de iud. l. noxali. ff. de noxal. & text. in l. quanto magis. ff. de iureiur. & hæc fuit opinio. Otho. antiqui gloſſatoris, poſita per glo. in. d. §. neceſsitate. quæ tanquam de iure uerior, eſt a doctoribus communiter approbata, prout atteſtatur Angel. qui articulum examinat. inſti. de actio. in. §. actiones autem. col. pen. et ſi. et addi. Spec. in loco de quo ſupra, in uerb. dixit lex. in ſi. quæ de communi opinione atteſtatur allegando eam tenuiſſe Pau. de ca. conſi. liiii. Et illam in iudicando tenuit Regio curia Neap. ut per Affli. deci. clxxx. filiusfa. &
42 præmiſſa tenet Guid. pap. q. liiii. tempore. intellige tamen quòd ſi filiusfamilias eſſet minor, ſibi deputaret curator ad illam litē, ut dicit glo. ſi. in l. ſi longius. in. §. ſin. de iudi. quam ibi ſequuntur Bar. Bal. & Pau. de ca. qui dicit illam eſſe ſingularem. & docto. in. d. §. neceſsitate. ubi etiam Alex. in additionibus ad Bar. uoluit talem minorem filiumfamil. etiam in caſu quo non agit ſine conſenſu patris, gaudere beneficio. l. non eo minus. C. de procur. uidelicet quòd ſententia pro eo, ſine conſenſu patris comparente lata, teneat priuilegio minoris ætatis, ſecus ſi contra lata fuiſſet, & reputat hoc multum ſingulare, & tenet idem conſil. o. lxx.

43 uiſo

43 miſo proceſſu.col.ii.lib.ii. quod (iudico meo) non tranſit ſine dubio,cum nullitas iſto caſu proueniat(attento iure communi) ex duplici capite,uidelicet quia minor,& ſic inhabilis.Item quia deducit rem in iudicium,cuius actionis exercitium ſibi non cõpetebat,& propterea licet per dictam.l.non eo minus. iure ſpeciali tollatur primum, tamen ſecundum per eandem.l. non ſuppletur,nec per ratione ̄ eiuſdem, quia quòd filiusfamil. non poſſit agere ſine conſenſu patris,non ipſius minoris, ſed patris (ut ius ſuum ſibi conſeruetur) fauore,extitit introductũ &c.prout conſiderat idem Alex.in dicto conſi.cvi.col.ii.lib.i.Ideo diſpoſitio.l.non eo minus.iſto caſu non inſeruiet, & etiam quia tot ſpecialia circa idem non conſueuerunt tolerari iuribus uulgaribus.

44 In caſibus autem quibus præſtandus eſt patris conſenſus, debet præſtari ante,uel ſaltim tempore quo lis conteſtatur, alias ſi expoſt præſtaretur,iudicium retrofactum non conualidaretur, per.l.quid ergo.ubi hoc notat Angel.ff.de his qui not. infam.& Bal.in addi.Specu.in titu.de reo.uerſi.ſi pater. et tenet glo.& ibi Bal.Salicet.& Pau.in.iiii.col.in dicto.§.neceſſitate. & eſt cõmunis reſolutio,ut atteſtatur ide ̄ Paul.in.l. ſi quis mihi bona.§. iuſſum.col.fi.& Iaſ.ibi,col.iii.ff.de acquir ̄e.hæredi.et tenent omnes in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolu. matrimonio.ponit Laufranc.in c.quoniam contra,in uerb.confeſſiones.num.4. extra de proba.licet Rot.deci.clxxv.incip.commiſſio. in no.uideatur ſentire quòd quandocunque ſuperueniat cõſenſus patris, conualidetur iudicium per prius a filio agitatũ,& ſequitur Mill. in uerb.filiusfam.poteſt.Et uide in d.deci.Neapol.clxxx. in fin. quæ ita ſenſit. quod tu intellige procedere in præparatoriis & præcedentibus litiſconteſtationem,utputa in impetrando reſcriptum,et aliis præambulis ad cauſam, prout loquitur ibi Rota, & de quibus ponit Specul.in prin.ſecundæ partis,col.i.Nam in

45 his filiusfamilias abſque conſenſu patris procedere poteſt,ſecundum Bald.in.l.i.col.ii.in.iij.oppoſitione.C.qui admitti.quem ſequitur Iaſon.in d.§.iuſſum.et Alexã.ad Bar.in d.§.neceſſitate.et ſic Rota non contradicit, ſed communem ſententiam declarat, & ſi pater ſimul cum filio ageret, uideretur etiam conſentire eidem filio,ut agere poſſet,prout declarat Bar.in l.cum pater.§.liber.deleg.ij.et Bald.in.l fin.uerſicu.quæro,dicit ſtatutum &c.C. ad Maced.cum aliis de quibus per Decium,qui hoc tenet conſi. dcxiiij.in cauſa feudali.in fin. libro quinto.

46 Ratione

46 Ratione etiam defectus perſonæ,& poteſtatis, agere & in iudicio eſſe prohibetur ſeruus,qui quoad ciuilia(prout ſunt actiones,quæ originem à iure ciuili ſumpſerunt, ut.l.ii.§. poſt origině.ff.de orig.iur.)pro mortuo(legis fictione) reputatur.l. quod attinet.l.ſeruitutem.ff.de reg.iur.& propterea in eum non cadit ciuilis obligatio,quæ ex.ſententia oritur.l. in perſonam ſeruilě. ff.eo.tit.& inſti.de inut.ſtip.§.ſed ſeruus.Idcirco talis nec conueniri,nec conuenire regulariter poteſt.l.quoties.ff.ſi quis cautio,l. ſeruus.& ibi ponunt ſcrib ff.de iud. etiam quod pro libero ſe gereret,Nam ſeruili conditione detecta, geſta per eũ, nec ſibi, nec domino præiudicant.l.non idcirco.§. ſed & poſtea. & ibi Bald. ff.eod.tit.l.iii.§.ſi ſeruus.ff.de pecul.l. non diſtinguemus.§. ſi ſeruus.ff.de arb.& hoc dicimus regulariter,quia iure ſpeciali in aliquibus admittitur,prout eſt.text.& ibi gl.in.l.uis certis.ff.de iudic.& plenior glo.in.d.l.quoties.&.l.ſerui.ff.de actio.& oblig.

47 Et quod diximus de ſeruo,idem dicendum uidetur de monacho,et religioſo tria uota uidelicet caſtitatis,paupertatis, et obedientiæ profitentibus,qui ſerui illius religionis , quam profesſi ſunt,et cui ſe addixerunt,habentur,idcirco nec uelle,nec nolle inſtar ſeruorum,habent,ſed quoad ſeculi leges pro mortuis reputantur.c.placuit,el.ii.c.nonnulli.xvi.quæſt.i.et uox illorum uocatur funeſta.c.placuit,et.c.nullus.ii. quæſt.vii. prout etiam appellatur uox ſerui in.l.penult.qui accuſa. non poſſ. Canonizata in.§.ſi quis.iii.quæſt.ult.Tales igitur ſeruis æquiparantur,ut per gl.in authen.cauſa.de ſacroſan.eccle.&.l. Pedius.§.i.ubi. Bart.ff. de arbit.et ponit idem Bart.in.l.i. ac pluribus aliis legibus illius tituli.ff.de ſtipu.ſeruo.poſt Innoc.in.c.cum olim,col.iii. de priuil.relat.ad hoc per Bald.in.l.ſi ſeruus.C.communia de ſucceſſ.et in.l.cum acutisſimi.col.fin.C.de fideicommiſ.cum aliis, de qui-

48 bus per Deci.conſi.cccclxxiiii.quod ſupra colum.fin.libro.iiii. Concurrente tamen utilitate religionis et monaſterij ſubiecto monachalis potius repulatur filialis,quã ſeruilis , qui æquiparatio huiuſmodi ſolet fieri ſecundum quod magis expedit monaſterio,ut docet Bal.in.l.i.col.ii.uerſ.quoad decimum. C. qui admit.Bart.et alij in.l.i.in princ.in.iii.q.quæſt.principalis, de uulg. et pup.et facit gl.in.l.ex pœnalibus.ff.de reg.iur.et gl.ſi. in.ſi. in

49 d.l.ſi longius.ff.de iud.Pro utilitate igitur monaſterij. uel de licẽtia ſui ſuperioris expreſſa,uel tacita , prout quando ſibi aliqua officia ſeu adminiſtrationes commiſſæ forẽt,et in compluribus

S aliјs

aliis caſibus,huiuſmodi religioſi agere poſſent, et capaces iudicij reputarentur,prout notatur in cle.ſi religioſus.de proc. per glo. et alios in ca. unic.extra de ſind.et ponit Spe.in tit.de acto.uerſ. item excipitur contra actorem quod eſt monachus,et per Bald. in addi.eiuſdem Specu.in tit.de reo.uerſ. an monachus posſit cõ
50 ueniri ciuiliter,et in.l.ſi ſeruus ignorante.C.de noxal.ubi uoluit generaliter huiuſmodi perſonas(regulariter) incapaces, à ſe tamen defendendum habiles et idoneas reputari debere, ex quo hoc natura conuenit.quæ omnibus communis eſt, ut in.l.quos accuſare.§.in omnibus.ff de accuſ.et.l.quod attinet.ff.de reg.iur. hinc uidemus quòd ad defenſionem etiam alterius abſentis admittuntur(ſaltem quoad proceſſum,ac excuſationes, et ordinatoria.)Fœminæ, ſerui,et quicunque etiam pupilli,ut in.l.ſeruum §.publicæ.ff de proc.l.ſolum.ff.de ſolut.l.exigendi.C.de proc.l. non tantum.ff.de app. cum aliis poſitis per Tancred. ſeu Bald. in ſumma.de procu.q.v. etiam quòd nullum exhiberetur mandatum,quia Reipublicæ intereſt quàmplurimos ad defendendam cauſam admittere.l.iiii.de oper.no.nun.cum ſimil.

51 Ratione defectus perſonæ etiam in iudicio eſſe prohibentur banniti ſeu relegati,ideſt extra bona & beneficia reipublicæ ſuæ eiecti.Nam ſi tales ab imperiali culmine cum bonorum proſcriptione,aut belli indictione,relegati fuerint, quaſi hoſtes publici reputantur,ac omnia.quæ ſunt communis iuris amittunt, ut ponit Bart.in.l.amisſione.§. qui deficiunt.ff.de capit.dimi. & in.l. certa forma.C.de iu.fiſ.li.x.& latius per eum in.q.incipiente,Lucanæ ciuitatis &c.& Ange.in.q.incip.duo inuicem &c.

Si uero tales non Imperialis culminis, ſed (puta) ſuæ ciuitatis banno ſubijciantur, omnia quæ ſunt iuris municipalis illius ciuitatis,à qua eiecti ſunt.perdunt retenta poteſtate ſibi à communi lege competẽte ut per Bart.in dictis locis, & in.l. eius qui §.i.ff.de teſta.ac per Cyn.Bald.& alios in.l.j.C.de hæred. inſtit. Nam iſta eſt cõis ſententia doctorũ,ut atteſtatur Alex. in cõſil. xxvi.incip.circa primum.col.ii.in fin.lib.i.ſi ergo affecti ſunt inhabiles & incapaces eorũ quæ iuris ciuilis ſunt,utique etiã iudicij incapaces,quoad illorũ cõmodum & fauorẽ habebuntur.

52 Et nedum banniti in iudicio eſſe non poterunt, quinimo nec is,cui prætor,ob aliquã contumaciam,audientiã ſuam , puta ex forma ſtatuti,denegauerit,iuxta tex.in.c.qui iubẽte. iuncta glo. xi.qõ.iii.& in.l.ſed etſi per prætorẽ.§.acti.ff.ex quib.cauſ.maio.

talis

talis nanque ex hoc adeo efficitur inhabilis & incapax,ut ſenten tia in foro repellentis ſeu bannientis in eius fauorem lata,ſit ipſo iure nulla etiam abſque ope alicuius exceptionis,etiam quòd ſta tutũ ſeu prætor ſimpliciter prohibuerit ipſum audiri,et non addiderit, ſi ſecus factum fuerit,inutile fore, quia nihilominus geſta in eius fauorẽ erunt nullius momenti per text in.l.nõ dubiũ C.de le.& c.ea quæ cõtra ius.extra de reg.iur. nã qui uetãte prætore aliquid facit, aduerſus edictum is proprie feciſſe dicitur.l.
53 qui uetante.ff.de regu.iur.cum ergo lex reſiſtat actui & potentiæ,ex tali iudicio nulla orietur obligatio ciuilis nec naturalis, ſecundum doctrinam Barto.in.l.cum lex.ff.de fideiuſſ. quam ſequitur Abb. cum capitulo contingat. colum.i. de iureiurand.& quam doctrinam communem appellat Caſſad.deciſio.v. nume. de iurepatr.& deciſio ſecunda.de præben.

Et quòd proceſſus agitatus per eum,cui à lege mortua, uel uiua denegabatur audientia(quatenus fauorem illius concernet) ſit ipſo iure nullus, tenuit originaliter Iac. de Are. quẽ retulit & ſequitur etiã Bald.in.l.iubemus.§.ſane.col.ii.in prin.uerſi.quædã eſt pœna iuriſd.C.de ſacroſ.eccle.& per eundem in.l.edicta. col. pe,uerſi.item quando libellus.C.de edendo.& d.l.i.col.fi. uerſic. quæritur.C.de hæred.inſtit.& in.l.ſcire oportet.§.conſequẽs.per illum text.ff.de exc.tuto.& per.l.i.§.quod autẽ.ff.de aleat.& per eundem in.l.quos prohibet.ff.de poſtul.& in.l.cum l.ff.de teſtamen.quam deciſionem ſequitur Ioan.And. in Specu.in.§. iuſta. uerſi.eſt excommunicatus.de ſentent.et eſt magis commu. opinio doctorũ quam tenet Imol.in.l.j.§.ſublata.& ibi.d.Alex.qui multa adduxit.et atteſtatur eſſe magis cõem.ff.ad Trebel.& eandẽ ſequitur idẽ Alex.conſi.xxxvii.uiſo.& opportunę &c.col.j. & cõſil.lxxxj.ponderatis.lib.ij.& Bald.in.l.ita demũ.uer.ſed ponamus ꝙ iudex.dum uult quòd exceptio banni reddat iudiciũ retro nullũ.C.de proc.& tanquã communẽ ſequutus eſt Dec.cõſil.cclxxv.in cauſa quæ Lucæ.col.iij.uerſic. ſed prædict.li.ij ubi de cõi atteſtatur.& Fel.in.c.i.col.j.uerſic.Amplia.ij.de re iud.
54 Et intellige præmiſſa de iudicio agitato in territorio bannientis,quia pœna huiuſmodi inhabilitatis non extenditur ultra territorium,ut dicit Bal.in.l.i.col.ij.C.de hæred.inſtit.& in,l.executor.col.vij.C.de exec.rei iud.et.l.ij.col.ij.in pri.C.de ſeruis fugit. dũ ponit ꝙ bannitus captus per familiam bannientis extra territorium debet relaxari,per reg.tex.in.l.fi.ff.de iuriſd. om. iud. &

in.l.ex e a cauſa,circa fi.ff de poſtu.& nota quòd ſtatuto ſeu prætore denegante alicui audientiam,uel prohibente loquelam , aut participationẽ nõ ſolum talis cenſetur prohibitus audiri , & loqui per ſeipſum,ac de facie ad faciẽ , quinimo etiam per organũ nuncij procuratoris & literarũ prohibitus cẽſetur,et per tex.in.l.j.in.fi.ff.ad.l.Iul.maie.& .c.ubi periculũ in uerb. nulli fas &.c. de elec.et gl.in uer.participatione.de ſent.ex.li.vj.& late p Rom.in l.j.in prin.ff.de uerb.oblig.& Peru.in trac.de arb.c.x.in fi.lib.ij.

56 Intellige inſuper dummodo lex , ſeu ſtatutum aliquid prohibens,ſi contrafactum fuerit,nõ adijciat pœnam , uel quid aliud ſuper eo ſtatuat,prout in.l.i.cum ſeq.ff.de in ius uoc.dum prohibet ne filius patrẽ,libertus patronum,manumiſſus manumiſſorem,et reliqui de quibus ibi,uenia non petita in ius uocent, & ſi ſecus fecerint pœnam.50.aureorum ſoluant,prout in.l.pe. & fi. eo.ti.nam ſi talex contra hmõi prohibitionem uocauerint,& cũ perſonis ibidẽ narratis cõparentibus, & de hoc non excipientibus egerint,proceſſus tenet , ex quo agentes naturaliter iudicij erant capaces, & lex non inhabilitat, ſed ſolum contrafacientibus pœnam imponit, geſta ergo ualebunt, ſed pœnam ſoluent, ut atteſtatur Guil.de Cun.in.l.quamuis.ff.eo.ti.& Bar.per illum text.ubi etiã Bald.Alex.& Fulgoſ.in.l.fi.C.eodẽ & tenet Alex. conſi.clxvi.uiſo puncto.in princ.lib.ij.& uide per Capi.in deciſ. Neap.lvi.in cauſa principali.qui poſt Alex.atteſtatur hoc communiter teneri.quamuis Bart.in.d.l.quamuis. & Ang. de Aret. teneat proceſſum ipſo iure non ualere,ut inſtit.de excep.§.præterea.uerſi. aduertas tamen quòd in omnibus caſibus , ſed tene primam,pro qua etiam facit glo.in. c.i. per illum text. in uerbo cauſam.de ſentẽ.excõ.in.vi.dum.ponit quod ſentẽtia lata cõtra formã illius canonis ualet,licet iudex pœnã incurrit,cum ſimil.

57 Dummodo eadem lex ultra pœnam nõ irritaret proceſſum, quia tunc eſſemus in claris,prout facit.l.pe.C.de procu.prohibẽs illuſtres perſonas in iudicijs ciuilibus,per ſeipſas interuenire , & ſi aliter fiat,ultra pœnã iudici impoſitã,pars litis ſorte,ideſt ſen-

58 tẽtia pro eo lata mulctetur,ut ibi.Quod intellige ipſo iure,quia uerbum careat ibi poſitum importat ipſo iure,ſecundum glo.in uerb.careat,in.l.prouidendum,C.de poſtul.&.l. ſi quis maior.in uer.priuatus.C.de tranſac.ac de talibus uiris potentioribus in iudicio non admittendis, ne ob illorum præſentiam timorem iudici & parti incutiant , impediantque quominus iudicium tute per-

pertranſeat,facit tex.in.l.i.uerſic. quicquid uel potentia uniuſcu-
iuſque &c.C.de fundo limit.per quē tex. Ant.Corſet.in ſingula
ribus,in uerb.reſcripta &c.tenuit reſcriptum præiudiciale à tali-
bus impetratum eſſe ipſo iure nullum, & præmiſſa ponit Spe-
cula.in tit.de act.uerſic.illuſtris perſona.tangunt doctores in.l.
ij.C.ne liceat potentio.&.l ij.ff.de in ius uoc.cum ſimil.

Adſunt & alij non habentes perſonam legitimam in iudicio
ſtandi,puta excommunicatus, & alij,de quibus late per Spec. d.
ti.de acto.per tot.& Ang.in.§.præterea.uerſic. & primo poteſt
opponi.inſti.de excep.ſed quia tales ſi contra eos non fuerit ex-
ceptum,non faciunt proceſſum nullum , ut de excommunicato
docet tex.in.c.pia.uerſi.ſi uero.de except.lib.vi.& plane per Fe-
li.poſt alios in cap.intelleximus,de iudi. idcirco tanquam extra
propoſitam materiam ulterius non proſequamur.

TRANSEAMVS ad ſecundum caput, uidelicet quū
iudicium non per ipſoſmet litigatores, ſed per alios eorum no-
mine agitatum reperitur, circa quod ſummopere aduertendum
erit,nunquid appareat de legitima poteſtate comparentis, quia
ſi de hoc non conſtiterit, talis exceptio reddens iudicium retro
nullum,ad inualidādum proceſſum,quācunque poterit opponi.l.
59 licet.C.de procu.in noſtra.in fi.eo.ti.c.licet.de appel.in.vj.l.licet
ff.de iud.& opponetur uſque ad mille annos,ut dixit Bal. in.l.ij.
C.ſi ex falſ.inſtr.quē ſequitur Alex.conſi.cxci.perſpecto inſtru.
col.ij.uol.vi.& conſi.i.col.v.in.fi.lib.iiii.& cōſi.xxxv.conſidera
tis.col.i.lib.vij.& Deci.cōſi.ccxv.in cauſa uertente.col.i.& cōſi.
xxxvi.col.iij.&.iiij.lib.i.& dictum Bal. eſt communiter appro-
batum,ut dicunt mo.in tracta.præſcrip. in tertia parte principa
li,in prin.in quæſt,x.col.viij.uerſi.ii.generaliter. quicquid dixe-
rit idē Decius poſt alios ibidē relatos,in cōſi.cccclxxxvi. uiſis,
col.pen.in fi.li.iiii.& conſi.dcxxxviij.communitas. col.ii. nu.3.
lib.v.ubi dictum illum reprobat & dicit Bal.ſine lege.& ex ſuo
capite loquutum.Prout etiā per eadem uerba dixit Curt.iunior
in conſi.lxxvij.col.ij.uerſi.ſed nō obſtātibus. quē retulit etiam
Nicolaus Boer.qui hoc examinat deciſi.ccxxviij. col.xij.in fin.
60 Et nempe tam ex parte actoris,quàm rei iſte eſt magnus de-
fectus,cum per eum deficiat uoluntas & conſenſus principalium,
qui de iure naturali exiſtit,ut docet Bal.in.l.falſi.col.ii.uerſic.fa-
ctum uero falſi.C.de furt.& facit Bonus text.in.l.ex.cauſa.§.i.ff.
de procu.& c.i.de ſponſalib.in. vi.ubi defectus conſenſus tanquam

inſanabilis ab alijs defectib.ibi narratis excipitur, qui etiam per ipſum principē ſuppleri non poteſt,quaſi à iure proueniens naturali,per clem.paſtoralis.§.cæterum.ubi Cardinal.Petr. de Anchar.& alij extra de re iud.& tenuit Ioann.An.loquendo in terminis noſtris,in c.p̱ uenerabilē,qui filij ſint legit.ſequuntur.Moderni in trac. de lite.grat.fol.cxlvi.prima facie.Nullus enim alieno facto,& abſque eius uoluntate onerādus eſt.d.l. in cauſa.§.i.&.l.iiij.ff.ſol.ma.l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.cū alijs ad propoſitum relatis p̱ Deciū conſ.ccccxxxvii.quærit.in prin.lib.iii.

61 Talis inſuper defectus poteſtatis includit,& continet in ſe defectum citationis quoad ipſos principales dominos,quia proceſſus cū falſo procuratore factus(principaliter non uocato)etiam ex defectu citationis impugnari pōt,Ideo nullitatē hanc Moderni uocant inſanabilē,ut Staphil. in d. tract.de lite.gra.fol.145.& ſaruien.in cōmen. regularū in compendio utriuſque ſignaturæ. fol.185.prima facie. idcirco in hoc erit ſummopere aduertendū.

Et regulariter ex iſto capite contra proceſſus et ſententias opponit quòd qui in iudicio alieno nomine (puta quaſi procurator)comparuit non fuit talis,qualem ſe geſſit,& quòd non fuerit talis,altero ex.v.modis contingere,& oſtendi ſolitum eſt.

62 IMPRIMIS quòd non fuerit talis oſtendi conſueuit ex eo quòd contrarium ex proceſſu nō conſtat, uidelicet ipſum comparentem fuiſſe talem,nam tunc ex eiſdem actis eo ipſo cenſetur probata negatiua,uidelicet talem non fuiſſe, quia quod ibi non apparet,dicitur nō eſſe.l.fi.C.de rebus credit. ubi per illum text.hoc ponunt docto.& I.in lege.ff.de contrahē.em.c.cum ad ſedem.de reſt.ſpol.c.ſolēnitates,in fi.de cōſecr.diſtin.i.talia enim probātur per inſpectionē actorum,ut dicit Bar.in.l.ii.C.de erronib.aduo.& in.l.hi qui ad ciuilia.C.de appell.&.l.i.ff.ſi tu uel cur. appel.ponit Bal.in.l.ſi contra.C. de appellat.& in cap. quoniam contra per illum tex.in fi.ubi ſcribentes,extra de probat.

63 Et licet ubi ante litiſconteſtationem contra procuratorē non fuerit exceptum,ſed cum eo tanq̄ tali fundati iudicium ad ipſum repellendum,uel extorquendum ab eo cautionē de rato, ſeu ut ipſe probet ſe procuratorem,ulterius opponi non poſſit,ex quo cum pro tali aduerſarius ſemel acceptauit, & illi modo aſſerenti contrarium incumbat onus probandi, prout notat glo. & doc. in.l.Pompon.§.rati.ff.de procur.& Canoniſtæ in c.cum in iure de offi.deleg.cū aliis,de quibus per Alex.cōſi. cij. uiſo proceſſu.

poſt princ.lib.v.Nihilominus ad inualidandum acta & proceſſum, iſtud poterit indiſtincte opponi, & ſaltem per modum ab negationis ex proceſſu probari, quia hoc caſu etiam quòd quis tanquam procurator in iudicio de facto admiſſus fuerit,ad detegendam tamen nullitatem geſtorum quòd non fuerit procuratoris, qui iudicio interfuit ualide & recte quomodocunque,excipi poterit,ut declarat Bal.in.d.l.licet.in princ.C de procur. et Abb.in.d.c.in noſtra eo.tit.cum aliis, de quibus per Alexand. conſil.cxlvii.uiſis dubitationibus.lib.vi.& conſil.lxxii.circa lib. iiii. quinimo iudex etiã ex officio ſuo in cauſa appellationis ad nullitatẽ. proceſſus cauſæ principalis ad perſonam procuratoris nunquid ſit legitima,aduertere poterit,& Paul.de Caſt.in.d.l.ita demum.quem retulit et ſequuta eſt deciſ.Neap.ut per Cap. deci. i.colum.ix.uerſic.an autem iudex,etiã ꝙ talis procurator aſſertus ſub cautione de rato admiſſus foret,qm̃ rati cautio legitimat
64 perſonam procuratoris,quamdiu dubiũ eſt de mãdato.Sed cum de hoc opponitur et probatur ſaltem per modum abnegationis,uel ex actis talis cautio nihil operatur,quia non dicitur am-
65 plius dubium,ut declarat Cyn.et Bart.et Bal. qui dicit hoc eſſe ualde notandum,in d.l.licet.colum.ii.uerſi.ulterius dicitur.quod maxime procederet,quando talis exceptio opponeretur ex parte eiuſdem domini,pro quo litigatum fuit,ex quo acta et proceſſus inter falſo comparentes,facti ſibi non præiudicant,ut per ſcrib.in.d.l.licet,et ponit Alexan.conſil.clxxxvi.uiſis ſubtiliſſimis.colum.iii.uerſic.Tertia eſt dubitatio.lib.ii.

67 Conuenit itaque eum qui ſub tali poteſtate ac prætextu aliquem in iudicio uexauerit,oſtendere ſe cum effectu fuiſſe talem, alias obligatus erit ad refectionem expenſarum,ac damnorum, et intereſſe ipſius uexati.l.eum quem temere.ff.de iudic.l.i. et ibi ponit Iacob.Butr.et Bartol.C.credit.euic.pign.non deb.& idem Bart.in.l.i.§.iudicialis.ff.de præto.ſtipul.et in.l. procurator qui pro euictione.et.d.§.rati.ff de procuratori,et.l. ciuitas.ff. ſi certum peta.ponit Ioann.Mill.in uerbo. procurator ſi non docet. cum aliis latius adductis per Alexan.conſi.cxxxvi. uiſo inſtrumento.i.colum.et conſil.xxxii.uiſo proceſſu.colum. ii.lib.vi.

68 Quinimo, ultra præmiſſa etiam tanquàm falſarius ex quo non tantum ſe nominauit,quinimo actus procuratori cõgruentes,in alterius præiudicium fallaciter geſſit,puniendus eſt, ut eſt deciſ.dominorum de Rot.deciſione.xii.incip. non procurator,

in antiq.de Bisſignet.ſub titulo de procurator.et facit Bartol. in l.ſi autem.§.item.de nego. geſt. prout dici conſueuit de eo qui cum non eſſet pro doctore ſe nominauit,et geſſit:ut ponit idem Bartol.in.l.quiſquis.C.de aquæduct.lib.xi.et.l.reddatur,de pro ſeſſo.et Med.Bald.in.l.data opera.C.qui acc.non poſſ.et per eun dem Bar.in.l.eos qui.§.qui ſe pro milite, per illum tex.ff. de fal. et idem Bal.in.l præſcriptione.colum.iiii.et.l. ſi ex legibus. C. ſi contra ius.uel util.public.cum ſimil.

70 Ex quo tamen agimus de actu præterito,uidelicet nunquid talis fuerit procurator, ad ſe excuſandum et ſuſtinendum proceſſum poterit idem comparens mandatum ac poteſtatem ſuam probare per teſtes: ut ſentit Ioan.And. in addi. Specula.in.§. ratione quoque conſtituentis: in uerb.teſtes. in fin. de procuratorib.et Bald.in.l.geſta.colum.ii.uer.quæro nunquid acta.C.de re iud.de quo latius per eundem ac Bart.Imolam, Alex.et alios in l.i.C.de procuratoribus et per eundem Bart. in.l. non ſolum.§. qui alieno.ff eod.per gl.Panor.et alios in.c.i.eod.tit.

Vel ſufficeret ſi appareret procuratorium etiam ſiue ſub ſcriptione notarii,et abſque teſtibus,dummodo ſigillo alicuius iudicis ordinarii ſignatum foret, per deciſionem dominorum de Rot.clxxxviii.nota quod procuratorum, in antiq. et deciſion. clxii.ualet procuratorium.in nouis,de quo per Bart.in.l. ſi procuratorem.ff.de procurator.Bald.et Salic.in.d.l.i.cum aliis congeſtis per Felin.in.c.poſt ceſsionem.colum.quarta. uer. fallit ſexto de probatio.et Alex.conſ.cxlix.nume.15.lib 5.

71 Non tamen (ut puto) ſufficeret quòd enunciaretur in aliqua ſcriptura etiam publica uti talis:quia ad ſuſtinēdum proceſſum, ac euitandam expenſarum condemnationem,ſi aliter de procuratorio non appareret,talis enunciatio inter alias perſonas emanata non ſufficeret:ut ff.de reb.eor.l.qui neque.quam ad hoc allegat Spec.in tit.de procuratore.§. ratione quoque conſtituentium,col.penul.uerſicu. illud quoque notandum.et in tit.de ſindic.§.i.uerſic.quid ſi iudex.Bal.in rubr.C.de fid.inſtrum. col.vi. et in.l.falſus.col.xi.C.de furt.de quo per Innoc.Panorm. Feli.et alios in.c.cum in iure.extrà de offic.deleg.ubi Feli.in uerb.ſententia enuncians etc.cum aliis,de quibus in terminis ponit Alex. conſil.cxlvii.uiſis.ii.col.et conſil.cxci perſpecto.col.i.lib. vi. et cōſi.lxxxi.nu.10 lib iii.et Rot.cclxxii.nota qualiter in antiq.et facit quod ponit Aeg.cxxv.ſi appellatur.Dūmodo tenor totius inſtru-

inſtrumenti de uerbo ad uerbum non inſeretur,ſeu enunciaretur quoniam tunc probaretur mandatum ſecundum communem opinionem doctorum in authentica,ſi quis in aliquo.C. de edē. per Bal.et Ang.in.l. ſi donatio.C. de donationibus. Et quòd ſit communis,atteſtatur Boe.qui articulũ examinat. deciſ.cclxxxi.

Licet forſan talis enunciatio à pœna falſi excuſaret,ac iuſtam cauſam credulitatis eidem comparenti præberet: cum quælibet cauſa excuſat à dolo.l.dolum.C. de dolo. cum aliis, de quibus per Decium conſil.ccccxviii.uiſa.in fine.et Alexand. conſil. ccxij.uiſis.columna.iii.lib.ii.

72 Et nota,quia proceſſus huiuſmodi ac ſententiæ per tales aſſertos procuratores obtentæ, in eorum pͥudicium erunt ualidę, et poterunt contra eos ſaltem reſpectu expenſarum executioni mandari,per textum in.l.ſi ſe non obtulit.in princi. ubi Roma. Alexander,et Iaſ.ff.de re iud.et in l.Plautius.ff.de procur.quia reſpectu eorundem falſo comparentium ſententia non eſt nulla: ut eſt gloſſ.in.l.ſi expresſim.ff.de appellat. quam ſequitur.Aegi. conclu.xxix.ſententia lata.neque ſcientia ipſius aduerſarij,uidelicet

73 quòd cognouerit talem non eſſe procuratorem, et tacuerit: (cum talis defectus ab eo non pendeat, nec posſit eum qui non eſt alterius procuratorem facere) aliquid in præiudicium domini operabitur,ſeu geſta conualidabit: ut concludunt Bart. Bald. Alexand.et Iaſ.in.d.l.licet,et Alexand.conſil.lxxii.circa.lib.iiij. Neceſſe eſt ergo quòd appareat formiter de poteſtate legitima alieno nomine comparentis: aliàs proceſſus erit ipſo iure nullus: quod procedit tam in actis iudicialibus quàm extraiudicialibus per ſupradicta,et per illud quod dixit Bar.in.l. ſi quis inficiatur.ff.dep.et in.l.quod alterius.ff.de reg. iur. cũ aliis adductis per Alex.conclu.lxxiiij.uiſo.col.ii.lib.v.

74 SECVNDO principaliter quòd is, qui alieno nomine comparuit,non fuerit talis oſtendetur,ſi conſtiterit de mandato cõparentis,ſed non ſufficienti,neque ad id ſe extendẽte, quod in iudicio deductum fuit,nam tunc perinde erit quoad nullitatem geſtorum ac ſi nullum haberet, cum in effectu ad id nullũ mandatum habuiſſe dici posſit,ut docet Bal. quem cæteri ſequuntur in.d.l.licet,in princ.et in l.falſus.in princ.C. de fal. et Canoniſtæ in.c.ex parte decan.de reſ.et in.c.conſtitutis. ubi hoc notat Ab. de proc.et in cle.i.ubi gl.in uer.debito modo.eod.ti.c.cum olim de off.del.et ponit Spe.in prin.de proc.§.ratione formæ. in fi.in

quib.loc.communiter concluditur, & iſtum falſum procuratorem dici poſſe.

Propterea diligenter conueniet ſimilia mandata, ac huiuſmodi poteſtatem ſubtiliter conſiderare, ex quo talia ſæpenumero re
75 periuntur ad cauſam deductam impertinentia, unde uerba illorum ponderanda erunt.l.diligenter.ff.mandati. docet Ang.in.§. præterea.colum.xxiiii.uer.quid autem ſi procurator.inſt.de excep.& Math.de Aff.deciſio.xci.iterum.ij.col. et tetigit Alc.con ſil.vi.nu.3.lib.4.& deci.conſi.ccccxciii.nume.8.lib.4. Pro quo
76 rum maiori declaratione, ponamus quòd Titius rector alicuius Eccleſiæ conſtituerit Caium & Mæuium procuratores ſuos ad agendum.&c.Contra Semproniũ in cauſa (puta) domus ſuæ, quam idem, conſtituens habiturus eſt cum præfato Sempronio, necnon ad omnes alias eius cauſas ad Romanam curiam legitime deuolutas, ac ſuper illis coram quocunque iudice comparendum.ij.libellandum &c.litem conteſtandũ &c. & ad omnia alia & ſingula faciendum, quæ eiſdem procuratoribus utilia & opportuna fore uidebuntur. Dans illis in præmiſsis generalem & liberam adminiſtrationem &c.ac cum poteſtate ſubſtituẽdi &c. Promittens ratum habiturum quicquid per dictos procuratores legitime factum fuerit, Releuando eoſdem &c.ac ſe obligando in forma &c.etiam cum ſolito iuramento.

Imprimis erit aduertendum, quia iſtius mandati uigores procuratores conſtituti non poterunt pro dicto conſtituente agere (dempta cauſa in qua ſpecialiter conſtituuntur) neque comparere niſi duntaxat in cauſis, quarum exercitium competierit ipſi Titio conſtituenti uti illius Eccleſiæ rectori, non autem in cauſis patrimonialibus, & ſibi tanquam Titio uel prætextu alterius officij aut dignitatis competentibus, quia tale procuratorium licet uideatur generale, tamen comprehendit ſolum cauſas illas, quarum exercitium competit conſtituenti eo iure quo conſtituit, non autem iure diuerſo. Idcirco uerbum illud in principio
77 mandati appoſitum, uidelicet rector talis Eccleſię &c.limitat et reſtringit totam poteſtatem (ut prima facie uidebatur) indiſtincte conceſſam prout prob.in l.tutorem.ff.de his quib. ut indig. & facit.l.ij.ff quod cuiuſque uniuerſitatis.& cap.frequens.in fin. cum ibi no.per Ioan.And.in ultima glo.de reſtitutio.ſpo.lib.vi. et ita in indiuiduo determinat Aeg.conclu.v.inci. generale circa medium.&.dxlviii.concluſi.quòd ſi &c. quamuis ſi conſtituens eſſet,

eſſet,puta monarchus,uel aliàs talis qui non poſſent niſi uno iure conſtituere ſimpliciter conſtituendo uideretur eo nomine cõſtituere quo poſſet uidelicet nomine officii ſeu adminiſtrationis quam haberet: ut de Monacho ponit idem Aegid. in loco ſupraſcripto,et alia conclu.ccccxxiij.ſi monachus.et in ſimili ſentit deci.conſi.lxxvii.colum.ij.uerſic.ſed tamen his &c. lib.i.

78 SECVNDO, Aduertendum erit,quia procuratores huiuſmodi non poterunt etiam unus ſine alio cauſas in eodẽ mandato comprehenſas in iudicio deducere: ex quo exercitium poteſtatis non competit illis niſi pro rata, non autem inſolidum: cum illud in mandato non fuerit ſpecificatum: ut eſt text. in. c. ſi duo. in princ.de procuratorib.lib.vi.& not.gl.in l.ſi pluribus. ff.eod.tit.glo.et ſcrib.in c.non iniuſte.extra eod. cum aliis adductis per Alex.conſ.xcii.lib.vii. prout dicitur de pluribus iudicibus abſque clauſula (quòd ſi non omnes &c.) datis. quia unus non poteſt quicquam ſine alio.c.cauſam.de off. deleg.l.ſi duo.ff. de re iud.cum ſimi.

79 Pręmiſſa tamen in cauſis ſpiritualibus non procedunt,in quibus (ut celerius expediantur) quilibet procurator cenſetur inſolidum conſtitutus et potior eſt conditio occupantis,ideſt conteſtantis litem: quia ille ſolum cenſetur in cauſa conſtitutus: ut probatur in.d.c.ſi duo.in fin. et ponit Rot.cvii. in cauſa beneficiali.in no.Spec in titu.de procu.§.ratione autem formæ.uerſic. quid ſi duo uel plures.colum.penul.et ibi Ioan.And.qui atteſtantur quòd curia ita ſeruat.et ſequitur Ioan. Mill.in uerſi. procuratores ſi ſint plures.et idem Ioan.And.Panor.Fel. & alii.in capi. in nomine domini.de teſtib.

80 Præmiſſa etiam limitantur non procedere in pluribus tutoribus: quia quoad exercitium,etiam quòd non ſit expreſſum,quilibet inſolidum cenſetur conſtitutus.l.fin.C.de aut. præſt.l.i.C.ſi ex pluribus tutorib.l.decreto.§.fin.l Lucius.§.i.l. Tutores.§.curatores.ff.de adminiſtra.tuto.et ponit Bartol.in.l.i.§. ſi plures.in prima oppoſitione.ff.de exerci.glo.et ſcrib. in d.l. ſi pluribus.in fin.ff.de proc.et d.c.ſi duo.ſuper uer.admitti.et Alexan.in conſi. xxxi.uiſo titu.in fin.lib.i.Et quod dicitur de tutoribus,idem dicendum eſt in pluribus ſindicis,quibus uidetur data poteſtas in ſolidum: ut uoluit Bal.in c.i.§.hoc quod nos, colum.ii.uerſic.et ſi plures tutores.de pac.Conſt. Eſt communis opinio ut aſſerit deci.conſi.ccxcvii.non patitur. columna prima, libro ſecundo,

iſti namque prout tutores habent liberam adminiſtrationem, et poſſunt facere ea quæ mandatum ſpeciale requirunt, prout dicũt ſcribentes in l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. defenſor. ff. de iureiur. ponit Capic. deciſio. v. in. i. colum.

81 TERTIO, erit aduertendum quoniam per uerbum illud ad agendum contra Sempronium &c. uidetur quòd procuratores huiuſmodi non ſunt idonei ad eundem conſtituentem (puta in cauſa reconuentionis) defendendum: prout uidetur tex. in c. Conſtitutis. extrà eod. et l. defunctis. §. fin. ff. eod. tit. Quod intellige ex parte rei: qui ſi conſtituit procuratorem ad agendum ſimpliciter, talis non uidetur idoneus procurator, nec rectè conſtitutus: cum reus conſtituens non agat, ſed contra ipſum agatur: et ipſe defendat ſe ſolum contra agentem: idcirco ſi talis procurator in cauſa huiuſmodi ubi dictus ſuus principalis conuenitur aliquid faceret. illud quoad domini præiudicium non ualeret: cum ad hoc non fuerit conſtitutus. ita procedit tex. in d. c. conſtitutis. et uidetur ſenſiſſe Ioan. And. in add. Spec. in. §. ratione formæ. ſuper uerb. § poena. de procurator. et in terminis ponit Roman. ſing. cxv. incip. ſecundo. per. d. c. conſtitutis.

82 Licet ſi taliter conſtitutus uellet defendere abſentem, hoc poſſet præſtita cautione de ſoluendo iudicatum: cum quilibet (iſto caſu) ad defenſionem abſentis etiam ſine mandato authoritate legis admittatur. l. ſolutionis. ff. de ſolu. l. Plautius. ff. de procura. ponit Ioan. And. in add. Specul. in. §. 1. colũ. ix. ſuper uerb. in fine. de procurat. cum aliis adductis per Alexand. conſil. cxlvii. uiſis. col. ſi. lib. vi. erit tamen aduertendum, quo nomine, & qua autho

83 ritate idem comparens in iudicio uſus fuerit: quoniam ſi tanquam procurator, et quaſi uigore poteſtatis ſibi ab homine attributæ comparuerit, non poterit poſtea tanquam defenſor, ſeu coniuncta perſona, & quaſi authoritate legis qua uſus non fuit, ſuſtinere proceſſum. l. maritus. l. exigendi. ubi poſt alios hoc ponit Iaſ. col. iii. uer. ſexto fallit. et per Bal. et Salic. in. l. i. C. de procura. facit glo. in. l. filius. in fin. ff. qui ſatiſ. cogan. Nam hic procedit regulà. Quod potuit noluit, quod uoluit adimplere nequiuit. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri uel ſibi. l. ſi genero. C. de Iur. dot. l. ſi miles. ff. de milit. teſtamen. capit. cum ſuper. & ibi gloſſ. fin. & ſcrib. de offic. delegat.

84 Ex parte uerò actoris procurator ad agendum tenetur etiam in conſequentiam in eodem iudicio defendere conſtituentem: quia

quia ad hoc mandatum authoritate legis extenditur: dummodo talis poteſtas non fuerit ab homine limitata: puta quod eſſet dictum ad agendum duntaxat, uel per ſimilia uerba taxatiua: ut declarat Bar. in. l. ſeruus. §. ait prætor. et per gl. in. d. l. defunctis. §. fin. et l. mutus. §. pœna. ff. de procu. declarat Abb. et alij. in c. accedens. et d. c. conſtitutus. eod. titu. et Ang. in d. § præterea. col. 23. uerſi. item ſi habet mandatum ad agendum. inſti. de excep.

85 QVARTO, Aduertetur quia per illud uerbum contra Sempronium &c. tales procuratores excluſi uidentur, et agere prohibiti contra alias perſonas: quoniam talia mandata ſunt ſtricti iuris, nec extenduntur ad cauſas, ſeu perſonas in eiſdem principaliter uel ſaltem in conſequentiam non expreſſas: ut probatur in clem. non poteſt. de procu. &c. ad agendum. eo. ti. in. vi. nā mutata perſona uidetur mutata cauſa. l. cum à te. l. quæritur. cum

86 ſe. ff. de excep. rei iud. c. ueniens. c. cum in tua. de teſtib. c. cum ſuper & c. fi. de re iud. ponit Guid. Pap. q. xxi. de iure. idcirco procurator conſtitutus ad certam cauſam contra unum non poterit eandem proſequi contra alium: ut concludit Aegid. concluſio. cccxiiij. procurator. ccccIxviij. cōmiſſa. et clarius ponit Rot. deciſione. clxxi. incipiente ſi conſtituat. et deciſion. ccccIvi. ſi cauſa committatur. in no.

QVINTO, Aduertetur quoniam per illud uerbum in cauſa quam habiturus eſt &c. etiam quòd ſequatur clauſula, dās illis in præmiſſis liberam poteſtatem et adminiſtrationem: cuius clauſulæ uigore dici ſolet quòd procurator etiam de negotio principali tranſigere poteſt, et alia facere, de quibus in. l. procurator cum libera. et. l. procurator tutorū. et l. mandato. ff. de procu.

87 Nam mandatum generale cum libera ſufficit etiam in caſibus ſpeciale mandatum requirentibus: ut uoluit Bald. in. l. illud §. ſi talis. ff de minorib. quem ſequitur Ang. in. d. §. præterea. colum. xxiii. uer. ad unum tamē. inſt. de excep. et ponit dec. conſ. ccccciiij num. 6. lib. iii. et conſi. ccccxcii. in princ. lib. 4. poſt Alexan. conſil. xxvii. uiſo. col. penul. lib. i. etiam late per Iaſon. in. l. ſi procurator. col. ij. uerſic. iij. nota. C. de procu.

Nihilominus quia illud uerbum cauſam quam habiturus eſt. &c, refertur ſolum ad inſtantiam, non autem ad ius principale,

88 quia cauſa et ius ſunt de præſenti, inſtātia uero eſt de futuro, propterea talis procurator circa principale negotium non ſe intromittet: prout notanter declarat Bartol. quem cæteri ſequuntur in. l. qui

in.l.qui Romæ.§.Callimachus. in fin.ff. de uerb.obl. et Ang.in d.§.præterea.colũ.xxiii.uer.ex quo nota. ſecus ſi fuiſſet dictum in cauſa quam de præſenti habet &c.ut ibi per eos.

89 SEXTO, Aduertendum erit propter illud uerbum, necnon ad omnes alias eius cauſas &c. quoniam etſi clauſula generalis hiuſmodi ex ſe ſit apta comprehendere omnes cauſas, ut.l. Iulian.de leg.iii.l.omnium bonorum,et l.i.ff.de uſur.c. ſolitæ.de maiorita.& obedien.nihilominus in generalitate huiuſmodi nõ ueniunt ea,in quibus ſpecialitate opus erat.l.illud.§.fin.ff. de minori.l.non ſolum §.ult.et l.Pomponius.in princi.ff.de procur.c. ad agendum.et ibi Ioan.And.et doct.eod.titu.in.vi. ita declarat Aegid.deci.v.inci.generale.Ideo ſi daretur generalis commisſio procuratori intelligeretur de ſolitis fieri ordinarie per ipſum cõſtituentem,non autem de inſolitis,aut extraordinarijs,quia talia indigent ſpecificatione,ut declarat Bar.in l.ſcio.§.medico.in fi.ff. de an.leg.et in l.ſed et ſi quis.§.quæſitum.ff. ſi quis cautio.arg.l. uel uniuerſorum.ff.de pigno.act.et ſeq.dec.conſ.ccccxxx. quod ſupra.col.ii.nu.8.lib.3.et latius conſil.ccccxli.præſens.col.fi.eo. li.et conſi.dcxxxii.quod ſupra.col.iii.num.11.lib.v.

90 In quibus autem requiratur mandatum expreſſum et ſpeciale,ponit glo.in.d.c.ad agendum,et Spec.eo.tit.§.ratione ſui uerſ. item opponitur.et Ang.inſtitut.de his per quos age.poſſ.colũ.i. et Bar.in l.filiusfam.in fine.de dona. cum ſimil,

91 Idcirco dicebat Bal.in.c.nonnulli.in.i.colum. et in c.ex parte De cani.de reſcr.quòd habens mandatum generale, et agens in cauſa ſpeciale mandatum requirente, dicetur falſus procurator:

91 quem ſequitur Iaſ.in d.l.licet.colũ.i.C.de procur. Vnde in præmiſſa generalitate cauſæ criminales non comprehenduntur, ſed ſolum ciuiles ſpeciale mandatum non requirentes, per d.l. non ſolum.§.fin.pro quo facit.l.cum clericis.C. de epiſc.et cler.et tenet Spec.in titu.de procur.§.ratione igitur ſui. colum.vii.uerſic. ſed nunquid media ubi atteſtatur quod Ro.cu.ita ſeruat, et Boniſ.de Vitall.Rotæ auditor,in tract.ſuo de maleſic.ſub rubri.de procurat.col.pen.uerſi.ſed quod ſi procurator. per Bar.in.l.procurator cui libera.ff.de procu.tenet Bal.ſeu Tancre.in ſumma ſeu praxi ſua ſub rubrica.de procu.quæſt.ii.facit tex. in.d clem.non poteſt.in fin.de procu.et per Abb. et alios.in c.ſedes.de reſcript. Guid.Pap.quæſtio.cccxxxviii.aliquis prope finem.

Cauſæ uero beneficiales in huiuſmodi generalibus mandatis includuntur,

includuntur,quia aliqua ſpecialitate non egent : ut per Aegid.d. deciſio.v.et Rot.ccclxxv.fuit dubitatum.in no. ſequitur Ioann. Mill.in uerb.procurator poteſt eſſe laicus.licet.Rot.dcclxxxix inci.ſciendum eſt quòd in cauſa, in anti.contrarium tenuerit. et ad præmiſſa uide Lap.allega.lxix.an clementina. cum allega.ſequenti.ubi de his tractat,et ſubtiliter loquitur.

94 Et generaliter ubicunque principalis conſtituens illaquearet ſe aliqua ſpirituali,ſeu temporali pœna: generalis procurator nũquam cenſetur ſufficiens : ex quo in conceſſione huiuſmodi nõ uenit id,quod quis in ſpecie non eſſet uériſimiliter conceſſurus. c.in generali.cũ ibi not,extra de reg.iur.c.fi.de off. uicarij.in.vi. ideo nullus cenſetur in dubio conſtitutus ad fraudem committendam : ut conſuluit Bald.conſil.xciiij.lib.ij. neque ad id facien

95 dum,propter quod conſtituens incidat in pœnam: ut dixit Alexand.conſi.lxxxiii.in cauſa et lite.col.ii.uerſic.iii. poteſt reſponderi.lib.i.et conſi.lxxiii.in cauſa.col.iii.uerſi. quinimo.libr.vi.et gloſ.in.ca.dilecto.in uer.generalis.de præb.et alibi ſæpe.et ob id procurator habens poteſtatem appellandi,intelligi debet in caſu à lege non prohibito : ſicque talis procurator non poſſet appellare in cauſa executiua,uel alias tali, quod appellans pœnam incurreret : ut in l.ab executione in fin.C.quorum appella. non recipi.et l.ab executore ubi Bar.Ang.et alii.ff.de appel.et Bar.in l. ſi procurator.ii.col.ff.de condict.indebit.Felin. in c.qnoad conſultationem.uer.nota perpetuo.extra de re iud. et Angel.in.d.§. præterea.colum.xxii.uerſi.iii.et principaliter.inſtit.de exceptio. ubi adducit ſuper hoc notabile conſil.Angel. de quo ibi.et tenet Alexand.conſi.xxxi.opportune.colum.penul.uerſicu.in dubio autem.et conſi.xxxiii.uiſo circa fin.lib.ii. et conſi.xvii.in cauſa. colum.ii.et conſi.cviii.uiſo,col.iii.lib.vj.

96 Eſt tamen notandum,quia mandatum diceretur ſpeciale,quãdo dictum fuiſſet(puta) ad compromittendum,ad permutandũ, ad alienandum &c.licet non dicatur in indiuiduo iſtam , uel illã rem,aut cum tali ſeu tali perſona : quoniam tunc potius mandatum ſingulare diceretur , ut declarat Alexandr.qui atteſtatur ita communiter teneri in conſil.clxxxix.uiſo ſtatuto , columna ſecunda,uerſicu.quarto probatur.libro.vii.et conſil.clv.uideretur, uerſicu.fortificatur,lib.vi.poſt Barto.in l.filiusfami.ff.de donat. & Mil.in uerb.procuratoris mandatum,et deciſio.conſi.xx. columna.iii.uerſicu.nam ſpeciale,&c.lib.i.

Eſt

Eſt inſuper notandum, quòd ſi cõſtituens plures haberet cauſas tempore conſtitutionis contra aliquem puta Titium pendentem, et conſtituendo ſimpliciter diceret, conſtituo te ad cauſam,
97 quam habeo cum Titio, aliter non expreſſa cauſa, in qua conſtituebat, cenſeretur in magis ardua, et graui, et ipſi conſtituenti periculoſa conſtitutus, argumen. l. quarta. ff. de ſolut. et hæc fuit deciſi. antiq. relata per Ioan. And. ubi dicit Guilielmum naſo. ita tenuiſſe in Spec. de procur. §. Ratione autem formæ, uerſic. quid ſi ſit conſtitutus, in uerb. ſecundum P. quem uoluit allegare Ro. (licet corrupte) qui idẽ tenet in ſing. dccxciiij. habẽs duas cauſas.

SEPTIMO Aduertendum erit, quia per clauſulam illã ad omnes alias eius cauſas, &c. non comprehenduntur cauſæ futuræ, et oriundæ ex iure orto poſt datam mandati, ſed ſolummodo ueniunt præſentes, ut tenet Rota deciſion. dlxiii. utrum procurator cum generale, in antiquis, gloſſ. Bartol. et doctores, in. l. damni. §. ſi is qui ædis. ff. de damno infect. gloſſ. Bart. et alij, in. l. omnem. ff. de procur. l. qui habet, in fin. per illum text. (a ſpecia li). ff. de tutor. ubi hoc tenuit Dygn. uidelicet tale mandatum nõ extendi ad cauſas futuras nõ connexas, per illum tex. et l. de his rebus. ff. de auro, et argen. leg. quod etiam placuit Ioann. And. in Spec. de proc. §. ratione formæ, in uerb. obtinuit, et firmat Ang. referendo doctores ita tenere in. §. præterea, colum. xxiiij. uerſi. quid autem ſi procurator, &c. de except.

Multi tamen contrarium tenent, uidelicet ad cauſas futuras mandatum huiuſmodi ſe extendere per. l. ſecunda. §. quod ait prętor. in fin. ff. quod quiſque iur. l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. urb. præd. l. uxorem. §. codicillis. ff. de leg. iii. hanc partem ſeq. Specul. eodem titu. de procurat. §. i. uerſi. item oppono. et. §. ratione autem formæ, uerſicu. quid ſi procurator, et Bonif. de Vital. in loco. de quo ſupra, uerſic. ſed quid ſi conſtitutus: hanc etiam tenet Rota deciſio. ccccxiii. fuit dubitatum, utrum procurator, in no. quæ inter alia aſſerit talia mandata in fauorem conſtituentium late interpretari debere, in hocque mandatum procuratoris diſtare a mandato iuriſdictionali, quod de ſua natura ad cauſas nondum exortas non extenditur: idem concludit deciſio. cxlviii. commiſſio, prope fin. eod. lib. et ſequitur Feli. in c. Relatum, in uerb. ſexta differentia, de offic. deleg.

Guilielmus autem de Cuneo in. l. item ad litem. ff. de procur. diſtinguendo opiniones uidetur concordare, uidelicet quod

ſi tempore

ſi tempore conſtitutionis conſtituens non habebat aliquas lites, ut conſtitutio aliquid operetur, extenditur ad futuras: & hoc modo procedat ſecunda opinio. Si autem tunc habebat, comprehēdit ſolum præſentes: & in hoc procedat prima opinio. hanc diſtinctionem refert Rot. deciſio. xix. fuit dubitatum utrum cum procurator in addi, in no.

99 OCTAVO erit aduertendum, quia per illud uerbum in mandato poſitum, uidelicet cauſas ad Ro. cur. legitime de uolutas, limitatur tota poteſtas ipſorum procuratorum, adeo quòd ſi cauſa non fuerit ad Ro. cu. legitime, puta ex natura cauſæ, ut quia eſſet ſpiritualis, uel eccleſiaſtica, aut per legitimam appellationem, uel ſpeciale ſummi Pontificis reſcriptum, ſeu alias deuoluta, huiuſmodi procuratores in non deuolutis procedere non poſſent, cum uoluntas conſtituentis ſit ſeruanda. c. ueniens. de acuſat. c. quærelam. c. conſtitutus, cum ibi no. per Ioann. And. de procura. &. c. ſi quem, eo, ti. li. vi. & in terminis tenet Rot. d. conclu. xix. circa medium, & Aegid. concluſi. dlvi. concluſi. ſecundū Dominicum, & Rot. dclxxx. dic ꝙ ſi aliqua cauſa in antiq. Et intellige de cauſis tempore conſtitutionis deuolutis, etiam quòd eſſet dictum ad cauſas motas, & mouendas ad Rom. cu. deuolutas, propter illud uerbum deuolutas, quod eſt præteriti temporis ſecundū Aeg. deciſ. ccccclxx. procuratoriū, & dlxxv. procurator deputatus. ꝗuis cōtrarium teneat Rot. deciſ. xix. in fi. in no.

100 Et ratio primi dicti eſt, quia procurator poteſt limitate, uidelicet ad certam cauſam, & ſub certa conditione, & ex die, & uſqꝫ in diem conſtitui. quæ diligenter ſeruanda ſunt, ut probatur in l. i. & l. item, ff. de procu. et per ea quæ ponit Ioan. And. in Specu. de procur. §. ratione formæ, col. iij. in uerſi. conſtitutus, iuncta. l. diligenter ff. mandat. cum ſimil.

101 NONO erit aduertendum, quia generalitas ſupraſcriptæ clauſulæ motas, et mouendas reſtringitur reſpectu ipſius Sempronii, contra quem fuit facta conſtitutio (ſi ex facie ipſius mandati aliud nō colligatur.) Et propterea uirtute talis mandati procuratores conſtituti nō poſſent interuenire iu cauſa contra aliā perſonam mota, ſeu mouenda, ut declarat Bart. in. l. quod dicitur. ff. de tute. per illum tex. quia noua perſona nunquam ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatur. §. Criſog. ff. de uerb. oblig. dummodo nō foret aliquod præambulum neceſſarium ad cauſam, in qua quis expreſſe conſtitutus eſſet, ut declarat idē Bart. in. l. legatum. ff. de

procu.et ſequitur Io.Mil. in uerb. procurator ſi eſt conſtitutus contra certã perſonã,et Ludo.Rom.in.l.damni.§.is qui,de dãn. infect.et in ſing.clv.conſtituo.ubi afferit Romæ ita fuiſſe iudicatum,idem ſequitur Feli.in.c.ſedes col.iiii.uer.et ſequitur ad literam ,de reſcript.ubi clare loquitur, et Deci. conſil. ccccccii. ex duobus conſiliis,colum.fin.uerſi.ſed ſolum dubito,lib.iiii.

102 DECIMO erit aduertendum ad illud uerbum , & ſuper illis corã quocunque iudice comparendum,quia ſi procuratores hmõi coram aliquo iudice(in cauſa tamẽ incompetenti)ſimpliciter comparuiſſent dubitari poſſet, nunquid uirtute dictæ clauſulæ iuriſdictio iudicis incompetentis foret prorogata, ex quo ad prorogandam iuriſdictionem requiritur ſpeciale mandatum, ut notat Inno.in.c.cum olim el.i.ubi Fel.col.penu.uerſi.in ea gl. qui dicit ꝙ oẽs ibi hoc tenent,de offic.deleg.& ſequitur Mil. in uerb.procurator non poteſt,et ponit Roma.con.c.& Gui.Pap. qu.cclxxxv.ſtatuto.Clauſula tamen prædicta quandoque prodeſſe poterit,ut aduertit Spec.de proc.§.ratione formæ, circa fi.

103 VNDECIMO erit etiam aduertendum ad clauſulam illam,cũ poteſtate ſubſtituendi,&c ſimpliciter in mandato poſitã: quia uigore illius procurator conſtitutus antequam recipiat mãdatum,& illud tacite,uel expreſſe acceptet,ſubſtituere non poterit,ut dicit Rot.de.cxlv.ſi procurator.inno.Nam ante receptionẽ,& acceptationẽ mandati non dicitur procurator,quia ſecundum leges requiritur expreſſa acceptatio.l.filiusfam.§.inuitus.ff. de proc.ſecũdum autem canones ſatis eſt tacita , & præſumpta, puta recipiendo mandatum,et, non contradicendo,ut in cle.i.de procu.& ponit Rot. ccii. ſcđm Ioa.Mil.qui hoc ponit in uerb. proc.non dicitur.uer.i.& Aegi.dlxxvi. ſi impetrabit in fin. ubi quòd ſi non aſſumpſit onus,non poteſt tanquam talis haberi.

104 Poſtquam uero onus procurationis in ſe aſſumpſerit, & aliũ loco ſui ſubſtituerit (cum ſuo ſit functus officio) non remanet amplius procurator;& propterea cũ illo quicquã ulterius fieri nõ poterit,ſi modo ex mãdato aliud non apparuerit , ac habilẽ, et acceptantẽ ſubſti tuerit,ut declarat Bart.in.l.uero procuratori. §.quid ergo,in fi.ff.de ſolutioni.& Bal.in.l.quod quis,col.ii.ĩ fi. C.de procur.et Felin.in.c.in literis,col.iii.uerſi.ii.uide.Bal.&c.de

105 off.deleg.Et taliter ſubſtitutus ab ipſo domino principali cenſebitur ſubſtitutus,& procurator datus , ut inquit gloſſ. ordinaria,in.c.i.uerſi.ſubſtituendi,de procu.in.vi.per tex.in.l.itẽ eorum §.

§.decuriones.ff.quod cuiuſque uniuerſit. et tenet Rota, deciſio.
106 cxlvi.in no.unde poſtquã mandatum ſemel ſubſtitutus ſucceperit,etiam ꝙ eo non fuerit uſus, ab ipſo procuratore ſimpliciter ſubſtituente,ſine alio ſpeciali mandato reuocari nõ poterit,ut dicit tex.in.c.is qui.eo.tit.et lib.et Rot.deciſ.xi.ſub. tit. de procu.in antiq.de Biſſignet.Secus ſi in mãdato eſſet appoſita clauſula illa ſolita uti cum poteſtate ſubſtituẽdi,ac reuocandi , et toties quoties uidebitur expedire onus ĩ ſe raſſumẽdi, quia tũc poterit quocũque expreſſe,uel tacite,ut puta reaſſumẽdo onus in ſe ſub
107 ſtitutos reuocare,ut declarat Rota deciſ.clxxxiiii.ſi procurator,in no.hinc eſt etiã,ꝙ ſi idem ſubſtituens,antequã ſubſtitutus onus acceptaſſet,decederet: nihilominus taliter ſubſtitutus cauſam prædictam proſequi poſſet,ex quo(ut dixi) cenſetur ab ipſo domino ſubſtitutus,ut tenuit Rot.deciſi. ccccxiiii. ſi aliquis, in no.et de quo deciſi.ix.de procur.per eundem Biſſig.
108 Si autem fuiſſet data poteſtas procuratoribus ſubſtitutos reuocandi, poſſent non modo expreſſe,quinimo, et tacite (puta) procedendo ipſi ſimpliciter in cauſa,ut dixi, ſubſtitutos reuocare,ut docet Rot.ccclxxxvi.Si procurator.in no . Vel ſimpliciter alium ſubſtituendo in eadem cauſa:nam tunc primus cenſeretur reuocatus,ſecundum gl. Bart.et docto.in.l.ante litis.ff. de procur.etiam ꝙ procurator à principio proteſtatus fuiſſet per aliquam ſuam comparitionem, ſubſtitutum ab eo,nolle reuocare, quia aliud eſt comparere,et aliud alterum ſubſtituere, ut inquit ad propoſitũ Rot.deci.cxxi.in no. et facit deciſ.ccccl xxix. nota ſi dominus,in antiq.et magis in terminis ponit Aegid.cõcl.dlxv.concluſio ſi procurator,et concl. cccccix. ſi procurator, cum ſeq.ubi ſatis declarat materiam iſtam.
109 Et eſt notandum,quòd huiuſmodi ſubſtitutos poſt litiſconteſtationem à ſe factam(cum dominus litis, & inſtantiæ effectus fuerit,poterit alterum(quaſi dominus inſtantiæ factus)ſubſtituere, ſeu conſtituere , ut uult Ro.cxxii.procurator ſubſtitutus,et cxlvi.ſubſtitutus,in no.et. dxlvi. utrum procurator. in antiqu. Biſſign.deciſio.ix.de procur.
110 Et ſi cauſa foret talis, in qua litiſconteſtatio non fieret , puta ſummaria,uel executiua,aut per alterum lis foret cõteſtata:poſtquam idem ſubſtitutus merita eiuſdem cauſæ tractare cœperit, efficietur inſtãtiæ dñs :et propterea(ut præmittitur)ſuſtinere potent,ut Pe.Cy.Bal.et communiter alij(quicquid ibi Bart.dicat)

prout ibi de communi atteſtatur Iaſ.in.l.nihil,et in.l.nulla.C. de proc.et p Bar.in.l.poſt.litē.ff.eo.ti.et uera eſt opi.ut dicit Ro.d. dcc.cxxii.in add.in no.et tenet Alex.cōſi.cxlvii.uiſis col fi.li.vi.

111 Erit etiam notandum, quoniam ſi principalis conſtituendo promittat releuare conſtitutos,et ab eis ſubſtituen.nec detur aliter ſpecialis poteſtas ſubſtituendi ex hoc conſtitui aliquem ſubſtituere non poterunt,ſecundum Rot. deciſ.ccclvi.no. ſi procu. in antiq.et deci.i.in ti.de proc.in illis de Biſſig.

112 DVODECIMO, & ultimo aduertendum erit ad illa uerba,uidelicet, et ad omnia alia faciendum, quæ utilia uidebuntur,et opportuna,&c.et ad illa promittens ratum, et gratum habere quicquid per eoſdem procuratores legitime factum fuerit,etc quoniam clauſulæ huiuſmodi ualde captioſæ,et deceptoriæ ſunt:nam conſtituens debet ſimpliciter ſtare facto ſui procuratoris,ſiue fiat legitime,et utiliter, ſiue non: alias ſemper poſſet opponere non fore ſibi utile,uel non eſſe legitime factum, et iudicium redderetur illuſorium: ideo ſimilia mandata recipi non debent ueluti captatoria arg.l. captatorias,cum ibi no.C. de milit.teſt.et tenet gl.ii.in c.relatio.xxi.q.i.& Specul.in titu. de procur.§.ratione forme col.ii.uer.item excipitur,et gl in uer.debito modo.in cle.i.de procu.per Io.And.Bal.Ant.et Abb in cap.fin. de dilat.et Bar.in.l.quæ omnia.§.plane.ff.de procura. et ponunt Bal.et Iaſ.in.l.ſi procurator,col.fi.C.de procu. Debet igitur procurator taliter conſtitui,ut per eius aduentum conditio aduerſarij deterior non fiat.l.ij.§.penul.ff.quibus ex cauſ.in poſſ. Et aduerſus huiuſmodi mandata captatoria debet opponi : nam tunc ope exceptionis erunt nullius momenti, alias ſi non opponeretur,in pleriſque caſibus negligentiæ ipſius partis imputari poſſet,ut per Feli.in.c.cum olim,el.i.col.pen.uerſ.iii.intellige,etc.extra de offi.dele.arg.l.cum mandato.§.fi.ff. de minorib. et.l. iam tamen.§.nūc.ff.iudicatum ſolui. cum ſimili. de quibus meminit Hyppolitus de Marſ.in.l.ſi quis,uer.quæro ulterius.ff.de quæſt.

113 Aduertas etiam, quòd clauſula rati in mandato ſimpliciter appoſita,non ampliat illud,ut per gloſ.in.l.ſi procurator abſentem.ff.de procu.neque aliquid ſpeciale inducit,ut per Bar. in.l.i. col.fi.ff de offi.proc.Cæſ.Et eſt cōmunis opinio, ſecundū Alex. conſi.xli.uiſo,col.iii.lib.iii.et eam tenet Deci.conſi.ccccc.in cauſa quæ.col.pen.num.1 1.lib.quarto.

Poſſet tamen talis rati clauſula importare mandatum:ſi quis diceret

diceret,pro mitto habere ratum illud quod feceris: nam perinde eſt,ac ſi dixiſſet,te procuratorem conſtituo, ſecundum Bald. in add.Spec.de procur.in uerb.clauſula rati,et facit text.in capitulo,cum dilecti in princ.iuncta glo.1.in.fi.de dol.et contum.

114 Et quod dicitur de huiuſmodi clauſula,intelligas etiam quòd conſtitués iuraſſet ſe ratum habiturū quicquid geſtam foret,&c. quia per hoc non ampliatur mandatum: ſed iuramentum huiuſmodi reſtringitur ad comprehenſa, et ſpecificata : ex quo de natura iuſiurandi eſt ſe non extendere ultra id, de quo fuit actum,et conſenſum, ſed duntaxat geſta,et actum factum roborare, ut prob.in.l.fi.C. de non nu. pecu. cum alijs de quibus per Bar.in.l.ſi quis pro eo.col.fin.ff.de fideiuſſ.et Ang.conſi. cccxv. ſtatuto,col.1.et Deci.conſi cxciii.uiſo tenore. col.iii. uerſi.ii. reſpondetur,et eſt communis opinio doctorum, ut inquit Alex. in cōſil.xxviii.uiſis,col.pe.lib.1.et tenet idem Deci.conſi.ccch.in caſu,col fi.lib.iii.et latius conſi.cccexciiii.uiſo,col.pen.uerſi.ii. reſpondetur,et conſi.dxxxvi.in cauſa,col.iii.uerſi.ii.principaliter, lib.iiii. Et ne decipiens,aduerte quòd iuramentum appoſitum in contractu à iure reprobato non ualidat talem contractum: quamuis iurans dictum ſuum iuramentum ſeruare teneatur, ut inquit Rot.deciſ,dcliii.tenet in antiq.et Gemi.in cap.ii.columna ſecunda,uerſicul.quæro an mulier aſtringatur,de iureiuran.in ſexto. Et ex præmiſſis (ut iuuenis) colligere potes, quare in mandatis quæ quotidie in cauſis producuntur, adſunt tot clauſulæ etiam geminatæ,ac uerba duplicata,et pregnantia:quia non ſine miniſterio alia ponuntur.

Idcirco diligenter ad illa, et nunquid cauſam, de qua actum fuerit,comprehendant, ac debite forma ipſorum fuerit obſeruata:aduertendum erit:nam in eo quod exceſſum fuerit, proceſſus regulariter non ualebit: ſuper quo tamen uide Iaſ.in.l. ſi procuratores C.de procurat.ponentem qualiter, et quando forma ipſius mandati excedi poſſit cum ſimil.de quibus alias.De illis autem mandatis,in quibus nomina procuratorum non exprimuntur,ſed in albis remanent,nunquid ualeant,uide Bartol. late ponentem,et decidentem,quòd ſic,deciſ.cclxxiiii. Quod pronunc non examino,dicam alias.

TERTIO principaliter, quòd alieno nomine comparens non fuerit talis, oſtendi conſueuit: ſi conſtare poterit, ꝙ ipſe comparens,tempore comparitionis, ſe fuiſſe procuratorem

conſtitutum,ac poteſtatem ſuam ignoraſſet : puta quòd nõdum recepiſſet inſtrumentum procuræ, nec de ipſo habuiſſet certam notitiam : nam tali caſu mandatum (quod oritur ex conſenſu utriuſque.l.conſenſu:& ibi per gl.& doctores.ff.de uerb.oblig.) non contrahitur,quia in ignorantem non cadit conſenſus.l.mater,de inoff.teſtam.ff.l.qui cum tutoribus,in princ.ff. de tranſac. cum aliis,de quibus per Alexan.ad propoſitum in conſil.cxlvi. in cauſa,column.tertia.uer.nec prædictis,lib.v.unde quoties ab ſens conſtituitur procurator : de conſtitutione huiuſmodi per mandatum publicum,ſeu nuncium,uel epiſtolam,quibus uериſimiliter credere poſſit certificandus eſt, non autem per extraneam perſonam, ſeu aliis minus legitime, quia tunc ex parte cõſtituti,neque obligatio, neque mandatum aliquod oriretur, ex quo non poſſet dici certus de poteſtate ſua.Igitur ante ueram notitiam mandati geſta à procuratore non ualebunt:quoniam poteſtas,& exercitium uere non tranſit,neque acquiritur conſtituto,niſi à die receptionis mandati,ut eſt glo.ordinaria in cle.i.in uerb.receptis,de procu.& text.in.c.is qui.ubi ſcrib. ſuper uerbo ſuſceptum,&.c.licet,ubi gloſſ.in uerb.ſuſcipere,eo. tit.in.vi.&.l. quæro.ff. de eo qui pro tut. tenet Lap. alleg. lxxxi. non ualuit, uerſic.non fuerunt delatæ literæ.&c.& Caſſ.deciſ.viii. nu.12.de reſt.ſpol.& deciſ.iii.nu.4.de app.& ita concl.Bar.in conſ. lxxiii. incip.Quæritur utrum procurator,reprobando Dy.aliter tenentẽ prout ibi,& tenet Spec.in ti.de procu.§.ratione igitur ſui.uer. ſed quis ſi procuratorium,et ibi Io.And.in uer.in fi.& Bal. in ad di.ibidẽ,uer.procurator nõ habet poteſtatẽ,niſi ex quo receperit mandatũ,&c.et idem in ſumma ſua,quæ dicitur practica Tancr. in.q.v.de procu.& per eundẽ in.l.licet,colum.i.uerſi.iii.nota.C. de procur.&.l.falſus, colum.vj. uerſi. ſed pone quòd cauſa, ubi tamen hoc uidetur limitare, uidelicet habere locum quando procuratorium certam formam contineret:alias ſentit quòd proceſſus non eſſet nullus. C. de furt. ſed primum dictum ſimpliciter prout ſupra tenet Ang.inſtit.de his,per quos age.poſſ.colum.ii. uerſi.Octauo quando quis eſt, & Boniſ. de Vital.in lib. maleſi. ſub titu.de procur.colum.penul. ſed quid ſi quidam comparet, & Io.Mil.in uerſi.procurator,ſi non eſt certificatus,quam partem etiam ſequitur Rot.deciſ.cxlv. ſi procurator, in no. et illam dicit eſſe magis communem Alex.in.d.l.licet,columna prima, illam etiam tenuit Hip.in.l.ſi quis in quo. uer. conſtat etiam, numero.

mero.64.ubi plura congerit.ff. de quæſt. & Nicolaus Boeri.qui doctores,qui pro, & contra tenuerunt, enumerat: & de ſtylo etiam aliter ſeruari atteſtatur in deciſion.cclxxiiii.in princ.

16 Vnde uidemus,quòd antequam procurator acceptet, non eſt neceſſe,ad ualiditatē proceſſus,eum citare, ſed procedi poteſt cōtra principalem per edictum, ſeu in Roman.cu.per audientiam contradictarum,ut inquit Aegid. concluſi. dclxxxi. ſciſcitatus, & concluſ.dlxxv.ſi impetrauit,in fin.& quotidie practicamus. Et licet præmiſſa de iure procedant,nihilominus ex ſtylo palatij,actus geſti per procuratorem,antequam recipiat mandatū, ualent:& ſatis eſt,ꝙ illud ante ſententiam recipiat,& producatur: prout ſeruat Rot.quæ de huiuſmodi ſtylo , & obſeruantia atteſtatur:ut deciſio.cxlv.in fin.addi.in no.ſuper quo ſtylo forſan fundata eſt alia deciſi.quæ hoc tenet.ccxlviii. nota quòd ubi ad requeſtam.in antiq.ſecundum Feli.qui de hoc meminit in.c.ſciſcitatus.col.viii.uerſi:adde etiā in materia.de reſcrip.ue[l] intellige dictā deciſi.ccxlviii.prout loquitur , uidelicet quando ex actis

17 nō apparet de mādato comparētis,licet in ueritate ſit procurator:puta ꝙ conſtitutus poſt receptionē mandati, illud aut penes ſe retinuiſſet,uel in alia cauſa,cum illud eſſet generale, produxiſſet:nam iſto caſu acta ualebunt.& idē tenet Spec.in.d.§. Ratione igitur ſui.uerſic.ſed quid ſi recep.ubi aſſerit ꝙ Papa cum fratribus ita determinauit:& ꝙ ipſe de illorum mandato ita pronuntiauit. ſuper qua doctrina ſpecialiter uide Alex. eam ponentem in conſi.lxxviii.uiſo.col.ii.uerſ.non obſtat.lib.v. & Lap.dicta alleg.lxxxi.col.i.ubi uidetur indiſtincte tenere actum non ualere,quando opponitur de mandato: & procurator non curat illud exhibere, & penes acta producere : ſecus forſan ſi pars in tempore non opponeret:ut ibi,propter dictas deciſiones.

18 Mandatum nanque, parte non opponente, uel iudice illud non requirente,poteſt quandocunque produci:licet Alex.conſi. cj.uiſis omnibus.col fin.lib.v.uideatur uelle poſt concluſionem in cauſa,produci non poſſe:de quo per docto.in.c.is qui.de procur.in.vi.& contrarium ſenſit idem Alex.conſil.cxlvi.in.fi. eo. lib.&.d.conſi.lxxviii.col.iii.eod.lib.& dicam infra.

19 Scias tamen ꝙ ſi eſſet in Romana curia procurator,qui nō produceret apud acta mandatum ſuum , ſi interim contra principalem tanquam cōtumacem per audientiam proceſſum foret: licet expoſt idem procurator exhiberet mandatum proceſſus,

nihilominus antea per audictiã factus,ualeret,& teneret:ex quo idẽ eſt non eſſe,uel non apparere,& imputatur procuratori non producenti:ut ponit deciſ.Rot.clxxix.Si uigore.in no.& Aegi. dclxxxi.ſi citatus,& facit allegatio Lap.xxii.an ſufficiat,in pri.

Communis tamen reſolutio de qua ſupra, uidelicet ꝙ geſta per eum, qui non receperat mandatum, non teneant, limitatur 120 dummodo mandatum ſuperueniens,nõ habeat in ſe clauſulam rati,quæ cõiter hodie ſolet apponi,quia tunc uirtute talis clauſulæ, geſta per ſimilem procuratorẽ ante mandati receptionem in uim ratihabitionis,quæ a uoluntate ſolius conſtituentis pendet & retrotrahitur,ualerent & ſuſtinerentur, prout uidetur ſentire Rot.deciſio.dlxxxvi. quidam qui non erat procurator. in antiq.& tenet hoc Dominic.de ſancto Gemi. in. d.c. is qui quem refert.& ſeq.Io.Mill.in uerb. procutator ſi non eſt certificatus, & Bal.in.l.ij.ff.de procu.Bonif.de Vital. in cle.i.col.iiii.in. iij.q. eo.tit.& ponit Alexan.d.conſi.cxlvi.in cauſa & lite.col.ſi.uerſi. præterea quando mandatum.lib.v.ubi etiam litimando dictam communem opinionem intelligit eam procedere parte requirente mandatum,et alias opponente:parte autem non opponente dicit quòd actus ualerent:prout etiam tenet Bald.in.l.i.C.de procur.& Lap.dicta alleg.lxxxi.Sed per hoc non recedas à communi(ſupraſcripto dominorum ſtylo circunſcripto) ex quo organa procuratoris ante receptionem mandati dicuntur ſuſpenſa: et exercitium poteſtatis impeditum: prout alias diximus de iudice,ante reſcripti præſentationem procedente.

121 QVARTO principaliter oſtendi poterit quòd is qui comparuit,non erat effectualiter talis ſi demonſtrabitur mandatum eiuſdem,aliqua ratione inualidum. Nam tunc erit perinde ac ſi nullum habuiſſet:cum paria ſint aliquid non eſſe,uel eſſe ſed nulliter et minus canonice.l.ii.ff.de autho.tut.l.de ætate.§.quod ait prætor.ff.de interro.actio.l.quoties.ff. qui ſatiſd.cog.l.j.§.& quidem.ff.quod cuiuſque uniuerſ. quem text. ad propoſitum adducit And.de Yſer.in.c.1.§.præterea, quæ ſit prima cauſa beneſ. amit.in uſibus feud.

122 Quantumcunque igitur fuerit proceſſum cum tali alieno nomine comparente, cuius poteſtas & conſtitutio fuerat inualida, nunquam propterea cenſetur eiuſdem perſona legitimata quo minus ex defectu poteſtatis comparentis proceſſus & ſententia impugnari poſſint:ut probatur in.l.ij.C. de eo qui pro tut.&

l.qui

l.qui neque.C.qui dare tut.poſſ.l.non dubium.C.de tut.qui non ſatiſd.tenet Archi.in c.ad agendum.de procur.in.vi.quem ſequitur Bald.in d.l.licet.col.i.uerſic.tertio modo dicitur.C.eod.tit.& in.l.falſus.in.i.col.C.de furt.et Canoni.in.c.ex parte decani.dum ponunt quis dicatur falſus procurator,de reſcript.

Quòd autem mandatum fuerit uel ſit nullum,et inefficax, cõtingi poterit ratione conſtituentis, aut conſtituti, uel formæ ipſius conſtitutionis.

123 RATIONE conſtituentis hoc eueniet: ſi ipſe fuerit talis,cui nulla,uel ſaltem illius rei,in qua conſtituit competat legitima adminiſtratio: prout ſunt hi quos diximus ratione incapacitatis et imbecillitatis intellectus,uel ratione ſubiectionis, a iu-

124 dicio prohiberi: Nam ſicuti tales per ſeipſos ſimilia gerere nõ poſſunt, minus quoad illorum præiudicium poterunt alteri ut gerant, ex ſeipſis committere: unde ſi aliquis ex prænominatis abſque interuentu iudicis competentis, ac authoritate illorum, quorum auxilio reguntur,puta tutorum ſeu curatorum, conſtitueret procuratorem: conſtitutio (quatenus præiudicium conſtituentis reſpiceret) non ualeret: ut probatur in.l. neque.§.pupillus.& in l.non eo minus.C.de procur.et l.ſi procuratorem habens.ubi ponunt ſcri.C.de in integ. reſti.l.cum et nos minores. in fin.C.ſi aduerſ.rem iudic.capit. ſi annum. de iudic.in.vi.ponit Specul.in titu.de procur.§.ratione quoque conſtituentis. uerſic. item quòd conſtituens erat minor.

125 Alias ſi tanquam legitima perſona aliquo caſu per ſe in iudicio ſtare poſſet,etiam procuratorem poſſet conſtituere: cũ uſus procuratorum ad hoc ſit inuentus.l.i.§.uſus.ff.de procur.l.plane ff.famil.erciſ.l.iiii.§.i.ff.rem rat.hab. tenet Bart. et alii: prout ibi atteſtatur Iaſ.in uerſi.ex hoc ſequitur.d.l. neque, et in l.mutus.§. is qui.ff.eod.ponit Innocen.in.c.intelleximus.de iud. et c.cum ſi. et a.de re iudi.cum aliis,de quibus per Fely.in c.poſt ceſſionem, colum.penul.uerſi.et aduerte.extra de proba.

Siue igitur is qui conſtituit pupillus, minor, furioſus, mente captus,prodigus,mutus,ſurdus,filiusfamil.uel.religioſus, fuerit: ſiue alias,talis quòd aliqua ratione, uel cauſa, adminiſtrationem illius rei,cuius ratione conſtituit reſpectu dominii,uel quaſi,aut ſaltem adminiſtrationis,ſibi inſolidum a lege, uel ab homine data,non habuerit: conſtitutio non ualebit: ex quo nemo dare poteſt alteri poteſtatem quàm ipſe non habet.l.quod traditur.ff.

de acqui.re.do.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de off.proconſ. Et facit quod ponit Rot.deci.xviii.nota quòd monachus.in antiquis.

126 Et hinc uides quòd eccleſiarum prælati, quibus ad illorum utilitatem, rerum ac bonorum ſuarum eccleſiarum competit ad miniſtratio, ratione huiuſmodi adminiſtrationis ſiue bona cum capitulis ſeu canonicis earundem eccleſiarum, ſint communia, ſiue non, dummodo non ſint diuiſa & diſcreta, poſſunt ipſi ſoli, abſque conſenſu capituli agere, & defendere ac procuratores conſtituere: ut concludunt communiter ſcribentes in.ca.edoceri.de reſcrip.et.c.cum deputati, de iud.plene examinat Lap.alleg.xlix. licet materia.per tot.tenent legiſtæ in.l.neque.C.de procur.Spec. eod.tit.§.ratione eius.uerſi.nunquid canonicus.& eſt gl. in uerb. pro eccleſia.in cle.fin.de procur. tenet Rot. ut per Aegid.concl. dxcij, ſi procurator.et Rot.deci.cccclxvi.in no.ſeq. Alex.conſil.

127 clxxxvi.uiſis ſubtiliſſimis.col.iii.uerſ.nec obſtat.lib.ij.ubi etiã ponit ſecus fore in iſtis prioribus, ſeu antianis, et conſiliarijs ciuitatum, et caſtrorum: quia ipſi ſoli, et ex eorum officio pro rebus uniuerſitatis ad iudicia procuratores ſeu ſindicos conſtituere nõ poſſunt, ex quo ipſi de iure liberam adminiſtrationem non habent: ut per Cy.Bal.et Saly.in.l.i.C.etiam per procur. in integ. reſti.poſſ.per Bald.in.l.illud.§.i.ff.de mino.et in.l.item magiſtri. ff.de pact.per gl.& doct.in.l.nec ciuitatis actor.ff. de procur.& in.l.item eorum.§.decuriones.ff.quod cuiuſque uniuerſ.

Iſti ergo priores ſeu magiſtratus ſoli, non poſſunt communitatem, ſeu eiuſdem bona obligare: ut uoluit glo.in.d.l.item magiſtri. quæ eſt communiter approbata ſecundum Alexander.in conſil.cxxxv. Viſo proceſſu.num.1.lib.vii. de quo ponit etiam conſi.xvii.in cauſa.in princ.libr.vi.dummodo aliud ex municipalis iuris poſitione non diſponatur.

128 Hinc eſt etiam quòd ſi tutor uel curator non cauerint rem pupilli ſaluam fore, quando non eſt teſtamentarius, uel ex inquiſitione datus, ex quo adminiſtratio rerum pupilli adhuc illis nõ competit, non poſſunt per ſe, neque per procuratorem, aut actorem in cauſis pupilli comparere & ſi ſecus fieret, proceſſus eſſet inualidus: ut probatur in.l.ſi tutor.C.in quib.cau.in integ.reſtitu.et.l.iii.in fin.C.de tut.& curat.qui non ſatiſde.et.l.muto.§.muto, et.§.hanc autem.ff.de tutel.& dicemus infra.

129 Defectu itaque & impotentia conſtituentis mandatum nullius momenti reputabitur: et perinde erit ac ſi talis illud non haberet,

beret,idcirco coniuncta perſona,quæ comparuit, ſi antequã per litiſconteſtationem fieret dominus inſtantiæ, uellet alterum in cauſa huiuſmodi facere procuratorem,cum non ſit dominus,uel quaſi: neque competat ipſi aliqua adminiſtratio, ſed quodam ſpeciali iure pro abſente comparere a lege ſibi permittatur, hoc facere nõ poterit, ut tenent doctores in.l.quod quis.ubi per Iaſ. col.ii.uerſic.ſeptimo fallit.C.de procura.per text.in.l.iii.§.i.ff. rẽ rat.habe. et tenet Rot.dclxxvij. nota quòd coniuncta perſona, in antiq.& facit alia deci. ccccxx.§.ſed utrum. in no. quæ etiam

130 docet qualiter huiuſmodi perſonæ coniunctæ non admittuntur in cauſis ſpiritualibus,& aliis æſtimationem non recipientibus,ex quo in his cautio rati recipi non poteſt ſub qua admittitur coniuncta perſona,ut per tex.et glo.in.l.Pomponius.§.fi.ff. de procura.et ſequuntur docto.in.l.exigendi. ubi Iaſ. colum.iii. uerſ.quinto fallit.C.de proc.ponit Aeg.cõcl. dclxxxii.in cauſis,

131 Poſſet etiam idem dici de procuratore ſimpliciter, et abſque ſubſtituendi poteſtate dato, qui ſi antequam per litiſconteſtationem dominus litis efficiatur, alterum in cauſa ſubſtituat, nihil agit: ut probatur in.l.quod quis.C. de procurat.l. ſi procuratorem.§.i.ff. manda.l.ab executore.§.fi.et ibi ſcrib.ff.de appell.facit glo.ordinaria in.l.cum eſſent.ff.de ſeruit.ruſt.præd.et tex.in.c.i. de procur. in.vi. Idemque erit generaliter in quibuſcunque aliis talia faciendi poteſtatem a iure, uel ab homine non habentibus, ſuper quo diligenter conſiderandum fuerit.

132 RATIONE conſtituti mandatum ſiue poteſtas data poterit eſſe nullius momenti,ſi taliter conſtitutus fuerit perſona,cũ qua iudicium ualide fundari non poſſit,prout ſunt hi,qui regulariter nec per ſe,nec pro aliis poſſunt iudicio intereſſe,ut puta ſeruus,uel monachus,et religioſus, qui abſque authoritate ſuperiorum,regulariter inhabiles reputantur.clemen.ſi religioſus. et ibi glo.fi.& ſcriben.de procur.c.ii.de poſtul. tenet. Ioã.And.in.c.in noſtra,ſuper glo.ultima.ubi Abbas col.fi.eod.titu.et idem Ioan. And.in Spec.§.rõne formæ.col.fi.uerſi.ultimo.eo.tit.(licet Bar. contrarium ſenſerit in.l.ita demum.C.de procur. dum uult tales in iudicio pro aliis intereſſe poſſe,ſi non excipiatur.C.de procurat.) et Ioan.And.ſequitur idem Abb.in.c.non iniuſte.ſuper gl. i.eod.tit.et deci.conſil.ccccxcix.in cauſa.colum.iii.lib.iiii.

133 Idem dicimus de pupillo,et minore.xxv. annis: qui regulariter abſque authoritate tutoris uel curatoris non habent legitimã

perſonam

perſonam in iudicio ſtandi,idcirco ab aliis procuratores conſtitui non poterunt,alias ſi cum talibus procederetur, proceſſus eſſet ipſo iure nullus : et poſſet de huiuſmodi exceptione proceſſum retro nullum redente,quandocũque opponi : ut uoluit Bar. in l.minor.ff.de procur. per tex.in.c.qui generaliter.§.fi. de procur.in.vi.et tenet Rot.decifi.dccci.ſciendum eſt quòd aliquis. in antiq.quæ uult etiam, quòd habilitatio iudicis, uel partis conſenſus,nihil operetur : et ponit Aegid. pro concluſione dominorũ, licet ipſe in contrarium multa alleget,conclu.cxliii.minor uiginti quinque.ubi eſt uidendum.Et hoc idem tenent Anto.et Abb. in c.iniuſte,ſuper prima glo.extra de procura. Et eſt communis ſententia et opinio doctorum ſecundum Iaſ.in.l. exigendi. colũ. vi.uerſic.in eadem glo.C.de procurat.Nam inhabilitas et incapa
134 citas iſtorum quaſi a iure naturæ prouenit ; uel ciuili funditus inhabilitante,et reſiſtente potentię,ut dicebamus de ſeruis,prout declarat Bald.in rub.C.qui accuſ.non poſſ.columna.iiii.in uerſic. ſed an poſt litiſconteſtationem. et Fely. poſt alios.in cap.ſciſcitatus,columna.iii.de reſcript.

Secus ſi inhabiles (per exceptionem) haberentur ; puta ob aliquam qualitatem extrinſecam alicui adhærentem : ut miles, clericus,fœmina,criminis reus,aut ſimiles : quia cum tales ex ſe regulariter ſint capaces : ſi de huiuſmodi qualitate,ſingulari iure inhabilitante,non excipiatur,iudicium tenebit : cum ſaltem pro ſe in iudicio ſtare poſſint.l.filiusfamilias.§. ueterani : et ibi Bart. de procur.l.fœminæ.ff.eod.l. alienam.C. eod. tit. et hanc diſtinctionem poſuerunt doctores uidelicet Bar. Bald.et cæteri in d.l. licet.ubi Bald.colum.ij.uerſic.tertia eſt exceptio.et Bar.colum.ij. in fin.et idem Bar.in l.Pomponius.§.ratio.ff.eodem.tit.Et in.l.ita demum.§.reum criminis.C.eod.et idem in l. ſi pupilli.§.penult. ff.de nego.geſt.Tancred.ſiue Bald.in pract.in.q.iii.de procur.& idem Bald.in.l.quod quis colum.ij.uerſic. quinto quæritur.C.de procurat.et per Ang.inſti.de excep.§.ea quę.in fi.et.§.præterea. col.xxi.uerſic.Item excipitur,et ſentit glo.fin. ubi declarant Do
135 cto.in.d.clem.ſi religioſus.Nam in ſupraſcriptis locis communiter concluditur, quod exceptio iſta tu non es procurator, quã docunque admittitur,cum reddat iudicium retro nullũ. Et quòd non fuerit procurator,intelligitur quòd nunquam fuerit conſtitutus : uel quòd conſtitutio non ualuerit ratione conſtituentis, ac conſtituti,qui omnino erant incapaces.

Exceptio

Exceptio autem, tu non potes eſſe procurator, eſt dilatoria, ad impediendum duntaxat proceſſum: propterea talis ante litẽ conteſtatam opponi debet: quia per litiſconteſtationem defectus huiuſmodi, et exceptio (cum quis efficiatur dominus litis) extinguitur, Ideo non poteſt amplius ſibi dici, tu non potes agere, uel non potes eſſe procurator, cum iam ſit dominus litis effectus, ſi modo ſaltem pro ſe in iudicio ſtare posſit: ut etiam declarat Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condit. indebi. & in d. l. ita demum. & Ang colum. fin. inſti. de his per quos age. poſ. & Canoni. in d. c. non ininſte. ubi Abb. columna. ij. uerſicu. in prima glo. cum aliis, de quibus ſupra.

136 In exceptione autem excommunicationis communiter dici conſueuit quòd ſi tempore conſtitutionis procurator erat publice, uel occulte excommunicatus, conſtitutio de ipſo facta, eo ipſo non ualet: quia actus huiuſmodi in perſona excommunicati radicari non potuit: Idcirco factum cum tali procuratore ipſo iure non ſubſiſtit, cum nunquam fuerit procurator: ut uoluit Specu. in titu. de procur. §. i. in princip. tenent Ioann. Andr. Calde. Ant. Abb. in. ca. poſt ceſsionem. ubi hoc idem ponit Fel. pro concluſione, & latius declarat colum. antepenul. uerſicu. prima concluſio. de probat. minus etiam talis excommunicatus poſſet uigore ſui mandati alterum ſubſtituere: ut uoluit glo. fin. in d. cle. ſi religioſus. et Bar. et alij in d. l. quod quis. C. de procur. & ponit idem Fel. in. d. c. poſt ceſsionem. col. pen. uerſ. iii. conclu.

Secus ſi excommunicatio poſt mãdatum ſuperueniſſet: quia geſta cum tali procuratore etiam excommunicato, ſi non foret exceptum, tenent. ex quo a principio adfuit fundamentum ſuæ poteſtatis, licet per exceptionem expoſt impediri potuerit, ut declarant docto. in. d. c. poſt ceſsionem, & in c. pia. de excep. in. vi.

137 Quoniamque exceptio excommunicationis per conteſtationem litis non purgatur, cum quis remaneat eo modo excommunicatus poſt, prout erat ante, propterea licet ad inualidãdum ea, quæ iam facta ſunt ab excommunicato, opponi non posſit, poterit tamen opponi contra ea quæ agenda ſunt ad proceſſum impediendum, ex quo hoc periculum communionis talis exceptio habet in ſe cauſam ſucceſsiuam, ut declarat Bar. in. d. l. elegãter. §. ſi quis poſt. de condi. indebi. & Ant. in. d. c. poſſesſionem, colum. penulti. & Mill. in uerb. exceptio excommunicationis. Idemque dici poſſe uidetur de exceptione banni, & audientiæ

denegatæ

denegatæ per ſtatutum, quæ ſemper (ſaltim quoad impediendum proceſſum) opponi poterit, ut per Bar. in loco ubi ſupra. et in. l. de pupillo. §. penulti. ff. de noui ope. nunciat. & in l. ſeruos. ff. de accuſ. et. l. non ſolum. §. quenquam. ff. de iniur. et Bald. in d. l. ita demum. uerſic. ſed ponamus. ubi æquiparat bannitum ſeruo, et per eundem in rub. qui accuſ. non poſſ. col. iii. uerſicu. quidam ratione pœnalitatis, ut bannitus & Ang. in d. §. ea quæ. col. vii. uerſicu. xxii. Impeditur. inſtit. de excep.

RATIONE formæ ipſius mandati. quandocunque ipſi conſtituto nulla tribuitur poteſtas, puta ſi illud in forma proba-
138 ti non appareret: Eſſe enim debet per publicam perſonam, id eſt tabellionem, ac ſub præſentia teſtium confectum, cum appoſitione diei, loci, et aliorum, quæ de iure, uel conſuetudine in publicis inſtrumentis apponi conſueuerunt: prout in. c. i. in fin. extra de procura. et in. c. i. et. ii. extra de fide inſtru. cum aliis, de quibus per Alexan. conſi. xli. uiſo tenore. lib. i. et conſi. clxvi. in cauſa. columna penul. uerſic. præterea. lib. vi. uide in terminis Guid. Pap. q. xix. Valentinus. et declarat. q. cccclxxi. inſtrumentum.

Vel ſaltem eſſe debet ſigillo alicuius iudicis ordinarii roboratum: ut tenet Rot. deciſio. clxii. ualet procuratorium, in no. et clxxx. quòd. in antiq. de quo ponit idem Guid. q. clxxv. literæ. &. cccclxxxi. literis. Aut de uoluntate conſtituentis, ſaltem per epiſtolam, ſeu literas eiuſdem conſtituentis aduerſario, uel iudici, directas, & in iudicio legitime recognitas, conſtare debet, ut. l. ſi procuratorem. qui tex. magiſtraliter loquitur. et. l. i. in princ. ff. de procur. l. ne ſatiſdatio. ff. rem rat. ha. l. unica. ubi glo. in uerb. præſentes. C. de ſatiſdat. et text. et ibi glo. i. in cle. i. de procur. Quando autem pars non opponit, Iudex probationem notariatus, et literæ, ac ſigni recognitionem requirere non cogitur, ut alias concluſit Rot. ſecundum Aegid. concluſi. dxl. Si pars. maxime ſi eſſemus
139 in antiquis, quia tunc oritur præſumptio de notariatu ac officio, uel leuis probatio (puta de auditu, et fama) ſufficiet, ut declarat Inno. in cap. ueniens. de uerb. ſign. et Bald. in authent. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſan. eccle. Guid. Pap. q. cccciiii. licet, cum aliis, de quibus per deciſio. qui hoc tenet. conſil. dcxxxviii. Communitas. colum. ij. nume. 5. lib. v. mandatum tamen huiuſmodi, abſque omni uitio uiſibili eſſe conuenit, & falſitatis ſuſpitione carere, alias quandocunque illius falſitate detecta etiam ſi iudex pronunciaſſet perſonam procuratoris legitimam, nihilominus

minus omnia tanquam cum falſo procuratore facta, corruerint, ut uoluit Inno. in cap. ſuper literis. de reſcript. quem ſequitur Bal. in. l. falſus, columna penult. uerſic. uenio modo. C. de furt. et Rot. ſecundum Aegid. concluſio. xxviii. Iudex datus. et ſi producitur tranſumptum ex alterius prothocollo, uidebis nunquid debitæ ſolennitates fuerint ſeruatæ, de quibus in cap. cum p. tabellio. de fide inſtru. et ponit Guid. Pap. q. ii. cxviii. cxxii.

140 Et continere debet quis, quem, in qua cauſa, et contra quem conſtituat procuratorem, & ſi conſtituens uoluerit eum releuare à ſatiſdatione, promittere ſe ratum habiturum, quod cum eo actum erit, ut docet tex. in d. l. ſi procurator. et gl. ordinaria in c. mandato. in prin. extra. eod. titu. Spec. in. §. ratione formæ. col. fi. de procur. et in titu. de ſind. col. fi. uerſi. item in creatione.

Inſuper ſi conſtituens ratione ætatis, aut alias ſub alterius poteſtate, aut gubernio fuerit, et fari poſſit, prout ſunt pupilli, ſeu minores, ac filiifamilias monachi, ſeu religioſi, et ſimiles, conſtituere debent cum conſenſu ſuperiorum, ſeu adminiſtratorum, ſi quem habuerint. l. neque. §. pupillus et. l. non eo minus. C. de pro

141 cur. l. cum & uos minores. C. ſi aduerſ. rem iud. clem. ſi religioſus. eo. ti. & ſi non habuerint, cum decreto & authoritate competentis iudicis conſtituere debebunt. c. ſi annum. de iud. in. vi. l. decreto. ff. de admi. tut. l. fi. C. eo. et ibi Bar. & l. i. ff. de tut. dat. ab his. Si uero fari & loqui non poterunt à natura, ſeu accidenti impediti, ut infans, mutus, furioſus, uel à loco illo abeſſent, ſi tutores uel curatores adfuerint, ipſi cum decreto iudicis, uel iudex de cõſenſu, ac periculo illorũ actorẽ, ſeu procuratorem conſtituent. ut d. l. neq;. & ibi doctores. et. l. ſolent. ubi Bar. ff. de tut. l. unic. C. de acto. à tut. uel curat. dan. l. actor. ubi gl. & Bar. ff. rẽ rat. hab. gl. & doctores in. §. fi. inſti. de curato. & in d. c. ſi annum. de iud.

143 Et (prout dixi) iudex talia faciens eſſe debet iudex competens illi, cui actorem ſeu procuratorem conſtituit, per iura ſupra ſcripta, & per tex. & ibi glo. & doct. in. l. i. & l. pupillo, cum pluribus ſequentibus. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. neque. C. qui dare tuto. l. magis. §. illud. ff. de reb. eo. l. i. §. fi. C. de emancip. l. i. & ibi Bal. C. de iure aureo annul. ponit deci. in conſilio. cl. columna ſecunda, uerſi. ſed tamen prædictis. lib. i.

Idcirco conſueuit adhiberi cautela, ut pupillus, uel adultus, antequam ſibi de curatore prouideatur, ſibi domicilium conſtituat in loco, ubi dandus eſt curator, ad hoc ut iudex dicatur com-

petens,

petens,ut per Bar.& doctores.in.l.i.C.ubi.pet.tut. & dicta l.i.de tut.dat.ab his.et.l.fi.§.i.ubi Bartol.C.de admi.tuto.ponit Ange. in.§.præterea,colum.xxxi.inſtitu.de exceptio. An autem tutor ſeu curator ſimpliciter à iudice datus habeat poteſtatem ſuper rebus extra territorium iudicis deputãtis,uide text.in.l.propter.§. licet.ff.de excuſa. tuto.&.l.magis.§.illud.ff.de reb.co, & Alexã. conſi.cxxviii.conſideratis.colum.iiii.lib.i.

144. Et nota,quòd ſi huiuſmodi incapaces fuerint rei conueniendi & tutores ſeu curatores non habeant,ſemel citati ad legitime cõparendum poterit iudex ad partis alterius inſtantiam illis abſentibus,uel etiam inuitis actorem ſeu curatorem ad litem illam deputare,ut.§.item inuit.inſti.de cura.l.i.ubi glo.Gy.Iaco.de Aret. Bald.et Salic.C.qui pet.tuto.l.ait prætor.uerſic. et ideo. ubi glo. in uerb.ex conſtitutione. ubi etiam Bald.ff. de mino. tenet Lap. alleg.cxxiii.quidam col.pen.deci.Neapolit.cclvi.mater uidua,et dicam in.q.fi.habenti uero tutorem curator ſine cauſa non eſſet dandus,alias datio eſſet inualida.l. tutor.ff. de tut.et cura. dat ab his.l.antep.et ibi gl.et.l.pe.C.in quib.caſibus tutores hab.&c.& l.cum in iure.C.qui pet.tut.l.ſi ſororis.C. qui dare tuto.uel cura. poſſ.cum ibi not.ponit.d.deciſ.Neapo.cclvi.poſt princ.

Si uero tales incapaces fuerint actores, & uelint alium conuenire,actor ad lites dari non conſueuit niſi præſens et acceptans. ac præſenti et petenti.l.qui habet.§.pupillus.ubi gl. et doct.ff.de Tute.l.mutus.§.is qui.ff.de procu.ubi gl in uerb.conſentiente.& l.diuus.§.ſi quidẽ. cum ſeq.ff.qui pet.tut.ponit Bar.in.d.l.actor. &.l.ſolent.& Ang.in.d.§.fi. inſtit. de cur. & Bar.ac doct.in.l.ſi. actor.C. de appell.alias inhabiles & incapaces non legitime in iudicio comparentes, parte opponente, non audirentur, ut per doctores in dictis locis,et in.l.non eo minus.C.de procur.

145. Et aduerte,quia actores huiuſmodi ad lites deputati, ex quo potius perſonæ,ſeu liti,quàm bonis deputantur,non tenentur inuentarium conficere.l.ad protegendum.C. de in litem dando tutore.tenet Speculator in titulo de actore ab uniuerſ.dat.§.i. uerſic.puberes. et ſequitur Rot.deci.xlv.procurator.in no. & Bar. in.l.tutor qui repertorium.ff.de adminiſtr.tuto.quia ſufficit inuẽtarium tutorum ſeu curatorum, quorum periculo actores huiuſmodi creantur dicto.§.fina.inſtitu.de curato.debent tamen iu

146 rare utilia facere,& inutilia prætermittere, quod de iure codicis introductum fuit, ut.l.de creationibus.C. de epiſco. aud. qui text.

tex.loquitur de curatore furioſi,ſed poſtea id,ad quoſcũq; alios tutores et curatores extenſum fuit,ut in authentic. ut hi qui pe-rhi.obli.habe.res mi.§.fin.et declarat Bart.in.l.legitimos,colum na ſecunda,uer. Tertio quòd requiritur.ff.de legi.tut.quem ſequi tur Angel.in dicto.§. præterea,columna.xxxiii.in fin.inſtit. de excep.tenet Specula.in dicto uerſicu.puberes,et ita intellige Ro tam deciſ.ccccxcvii.Nota quòd procura.quamuis uideatur dice re contrarium,ex quo corrupte legitur.in antiq.

De curatore bonis abſentis dando, qualiter dandus ſit arbi-trio iudicantis,et quòd ſatisdare teneatur,uide Deciſ.cõſ.dlxxv. in caſu.cól.iiii.lib.iiii.& late ponit Odofred.in lib.de cur. bonis dand.et Alexand.conſil.ccxxj. columna fin. lib.vi. de curatore dando hæreditati iacenti,et quid facere poſſit,uide Bart.in.l.ſi bo na,in fin.C.de bonis autho.iud.poſſid.Bald.in.l. cum debitoris. C.de iud.Alex.in.l.ſi conſtante.§.ſi exhæredato.in prin.ff. ſolu. ma.quos refert.Deci.conſi.cccci.licet.columna ſecunda,in princ. libro.iii.& latius ponit conſ.dix.exhibentur.in princ. ube uide, lib.iiii.uide omnino Capi.deciſ.lxxxvii.in cauſa magiſtrali, ubi ponit quinque requiſita,ad hoc ut datio huiuſmodi curatoris ua leat:et facit quòd etiam ponit deci.cj.in cauſa Andreæ.

147 Et in conſtitutione huiuſmodi actorum ſeu curatorum, de ſubſtantia eſſe conſueuit,quòd ad effectum obtinendi iudicis de-cretum,exprimatur aliqua cauſa neceſſaria, uel ſaltim probabi-lis,aut uolontaria,puta ob infirmitatem,honeſtatem,quando eſ ſet mulier,uel ob pluralitatem negotiorum, uel aliquam aliam ſaltim apparentem cauſam, alias actoris huiuſmodi deputatio non ualeret, ſecundũ Bart.in d.l.actor.uerſi. Tertio quæro.ff. rẽ rat.habe.per tex.in.d.l.decreto.ff.de admi. tutorũ. et.l. ſolent.in fi.ff.de tute.et §..fin.inſtit.de cur. ſequitur Ang. in d.§. præterea col.xxxiii.uerſi.quia.uidimus.Idem tamen Barto.in d.l. decreto aſſerit cõmuniter teneri,quòd ex uoluntate poſſit actor conſti-tui,ut.l.neque.C.de procur.conſultius tamen foret,quòd ſemper aliqua cauſa quantumcunque generalis exprimatur, ut quia ne-gotia pupilli ſunt diffuſa,uel ob impedimentum rei familiaris,ab ſentiam futuram,aut ſimilia,ut dictum eſt ſupra, per text. in.l. Thais.§.i.ff.de fideicommiſſ.liberta.et.l.ſi longius.in princ.ff. de iud.cum ſimil.et uide Deci.conſil:dclxxiiii.in teſtamento,prope finem,libro.v.dum ponit quòd tutor ex abrupto ad requiſitio-nem matris tranſeuntis ad ſecunda uota datus,non ualet.

148 Inſuper ſi actor à tutore uel curatore conſtitutus fuerit, erit uidendum qualiter de poteſtate conſtituentium conſtet, & nunquid adimplenda pro illorũ parte, fuerint adimpleta, adeo quòd illis competat adminiſtratio et poteſtas talia faciendi, puta uidẽdum erit ſi fuerit tutor aut curator uniuerſalis et bonis datus, nunquid ſolenniter ſatiſdederint rẽ pupilli ſaluam fore, ſi modo non fuerit teſtamentarius, uel ex inquiſitione datus, per tex. in l.dubium.C.de tut.qui non ſatiſdederint, et nunquid promiſerint defenſionẽ rerũ et ipſius pupilli ſuſcipere, ac iurauerint, et ſe ac bona ſua obligauerint pro eo utilia facere, et inutilia prætermittere, per tex.in.l.ſi C.de eo qui pro tut. & late per Alex. qui hoc firmat in conſi.cxxix.ponderatis, col.ii.lib.i.& conſi.lxxx. uiſis col.iii.in fi.lib.v.ubi hoc declarat, repertoriumq; ſolenniter fecerint, et adminiſtratio per iudicẽ fuerit decreta, ut.l.tutor qui repertorium.ff.de admini.tutor. et.l.et ſi pluribus, in princ.ff.de authori.tuto.quoniam præmiſsis non adimpletis, talis non poſſet aliquo modo authorare, ut probatur in dictis iuribus, et.d.l. de creationibus, et.l.fi.C.de cu.fu.l.conſil.§.i.ff.eo.et.l.fina.C.arbi.tuto.et præmiſſa omnia ponit et comprobat per ordinẽ Bar. in.d.l.legitimas.ubi in pluribus locis atteſtatur ex defectu præmiſſorum uidiſſe multas tutelas corruere.et idem aſſerit Ange. in d.§.præterea.col.xxx.uerſic.vi. obiicitur. de except.et Guid. Pap.q.cccxxx.quinque.ubi ad hoc ponit quinque requiſita, quẽ uide, et Capi.deciſ.l.in cauſa Iacobi, ubi recenſet nouem, et plura ponit Roma.conſi.cccccxxv.ubi ponit.xv.adimplenda per tutores, antequam ſuſcipiant tutelã.et ſparſim per Spe. in titul. de tutor.per totum. et de tutore qui non fecit inuentarium, uide Alex.conſi lxxxvi.uiſis.col.ii.uerſi.non obſtat quòd non fecerit etc. lib.ii.et melius in conſi.clxiii.alias li.v.cum ſimil.

Et præmiſſa procedunt quoad fauorẽ pupillorum et aliorũ; qui alieno auxilio reguntur, ſecus uero quoad eorum præiudicium per.l.non eo minus, de qua ſatis dictum fuit ſupra. idcirco

149 co caute agendo à principio copia ſimilium tutelæ uel curatoriæ peti debebit, ad effectum uidendi nunquid ſint ualidæ, et repellendi eos qui ſucceſſu temporis geſta cum illis impugnare uellent, et copia huiuſmodi etiam expenſis pupilli danda eſt argument.l.ii.§.recte defendi, et ibi Bart.ff.ex quib. cauſ. in poſ. eat.et.l.i.in fi.C.de cur.bonis dand.docet Ange.in.d.§. præterea columna.xxxii.in fin.inſti.de except.

150 Eſt ni-

150. Eſt nihilominus aduertendum, quòd licet ordo ſit (ut dixi) ꝙ anteꝗ adminiſtratio per iudicem decernatur, confici debeat inuentariũ, et fieri obligationes, ac præſtari ſatiſdationes, de quibus ſupra, ut in d.l.fi.§.tali de cur furio.et.l.fi.arbitriũ tutor. Si tamen ordo huiuſmodi præuerteretur, non uitiaret, prout etiam non uitiaret ſi fideiuſſor fide et facultatibus parum idoneus præſtaretur, dummodo tutori aut curatori de dolo opponi non poſſet, prout eſt tex.et hoc ibi notat Bal.C.de magiſtr. conuen.l.fi.

Et ſi conſtituens foret collegiũ, ſeu uniuerſitas, uel capitulũ, aduerti debebit nunquid conſtituẽtes fuerint tempore conſtitutionis more ſolito et collegialiter congregati, prout requiritur. l.ii.et ibi glo.C.de decuri.lib x.l.actuarios, et ibi Bar.C. de mune.et actu.eo.lib. Bal.& alii poſt glo.in.l.nulli, ff quod cuiuſque uniuerſita. Specul.in tit.de ſind.col.3.et ibi Bal.in addictionibus, in prin.et dic non referre qualitercunque ſint congregati, dummodo in loco ſolito congregati ſint, ut eſt celebre dictum Innocent.in c.ii.de noui ape.nunciatio.idem ſequitur Abb. illud extollendo in.c.unic.col.iii. in prin.extra de ſindica.et tenuit Bart. in.l.obſeruare.C.de decurio.lib.x.ſecundum Deci.conſil. cxcix. uiſis.circa fin.lib,i.ſi modo loci conſuetudo, aut ſuperiorum decreta non obſtent, iuxta ea quæ ponit Guid.Pap.quæſt.cvi.oẽs uillæ, et eſſe debent duæ partes ex tribus ipſius collegij ſeu uniuerſitatis, & ꝙ maior pars ex præſentibus conſtituat, alias non ualeret.l.nulli.et.l.plane.ff.quod cuiuſque uniuerſita. c.cum oẽs. et ibi not.docto de conſti.et quòd fuerit maior pars in ipſa conſtitutione exprimi debet, per.l.nominationum.C.de decurio.lib. x.ut inquit Bar.in.l.fin.C.de præd.cur.et.l.ii.et.l.procura. de decurion.eo.lib.debẽt etiam ſingulariter exprimi nomina conſtituẽtium, qui præſentes ſunt, et hoc ſi fieri poteſt, alias ſi fieri non poſſet puta ꝙ eſſet multitudo innumeroſa, ſi ageretur de actu alicuius ponderis, deberẽt aliqua maxime maiorum nomina exprimi, et addi poſtmodum clauſula, uidelicet (et plures alij duas partes uniuerſitatis huiuſmodi faciẽtes, ac totam illam repræſentantes etc.) alias conſtitutio non ualeret, cũ diſcerni non poſſet, an talis conſtitutio à duabus partibus ex tribus facta foret, ut tenuit Bart.in.l.i.ff.de albo ſcrip. per.l. tertiam.C. de alienatio. rei ad ciuita.pertinen.lib.xii et in auten.hoc ius porrectum.C. de ſacroſ.eccle. et tenet Bal.in. l.neque.in fin.C. de procurator. &.l.i. ff.de magiſtrat.conue.&.l.prima, in princip. ff. de reb. eor. &.l.

ciuitas.in fin.ff. ſi cert.pe.Ant.de Butr.& quamplures alij in d c. unic.extra de ſind.ita etiam concludit faciendum Io.An.in addi. Spec.eo.ti.in uerb.porro.in fin.& ibi Specu.& Ang.in.d.§.præterea.uerſ.tranſitum faciamus.col.xxviii.inſtitut. de exception. & hoc magis communiter tenetur,ut aſſerit Alex.conſi.i.col.ij. uerſi.ſed præmiſsis,lib.iiii.& tenet Rot,deciſi. dlv. utrũ ſi notarius,& cxxxii.nota quòd non ualet in antiq.& Anton. Capici. in deciſio.Neapoli.deciſio.iiii.colum.ii.quem omnino uide.

Si tamen ipſi conſtitutioni ſeu inſtrumento ſigillum eiuſdem uniuerſitatis apponeretur, etiam quod nomina conſtituentium non eſſent expreſſa ualeret,& ab omnibus ſeu maiori parte uniuerſitatis facta præſumeretur,ſecundum Rot.in loco de qua ſupra,quæ aſſerit ita ſeruari in Rot.pro quo eſt notabile dictũ Io. Andr.in Specul.d.tit.de ſenten.colum.v.in uerbo.uerſicu.porro quem pro notabi.ſequitur Panormi.in.d.cap.unico,columm.iii. uerſic.& nota bene hoc dictum &c.extra eodem titu.

Et eſt notandum quòd etiam ſi minor pars in conſtituendo promitteret,quòd uniuerſitas tota haberet illud ratum & gratũ, p hoc conſtitutio nõ conualeſceret,licet minor pars,quæ ſe obligauit, ex huiuſmodi clauſula ratihabitionis conueniri poſſet.l. prima de magiſtra.conue.l.Teſtatrix.§. plures.ff. ſi ſerui. uendicet.hoc ponit Bald.ad Specul.in dicto titu.de ſindi. ubi nót. loquitur in uerb.minor pars, &c.

Eſt inſuper ſciendum in conſtitutione huiuſmodi ſindici, ſeu actoris non eſſe neceſſarium aliquod iudicis decretum,prout diximus in conſtitutione aliorum actorũ, ſeu curatorũ requiri,ut per gl.& Bar.in.l.actor.ff.rem ratã habe,per tex.in.l.ii.ubi Bar. C.de decur.lib.10.&c.in cauſis.extra de procur. ꝙ tenet Innoc. & Abb.in c.fin.colum.penult.uerſic.ii.no.eodem titulo, licet rector ſeu magiſtratus in congregando uniuerſitatem ſi aliter congregari non poteſt, intercedere debeat, ut dicta.l.ſecunda, ubi autem congregata fuerit, ipſa pro ſuis iuribus abſque interuentu aliorum conſtituit,ut.l.i.ff.quod cuiuſque.licet Bald.in dicta additione de ſind. uoluerit (cum uniuerſitas ſit loco minoris) decretum requiri,& ad præmiſſa uide etiam glo. quam ibi Bart.multum commendat in.l.omnibus.ff.ad ſenatuſconſ. Trebel.& Alexand.conſil.xvii.in cauſa.in princ.lib.vi.

Eſt etiam notandum quòd in conſtitutione huiuſmodi poſſet dici ſic,uniuerſitas talis, ſeu capitulum tale, in quo intererant

talis

talis talis,& talis &c.conſtituerunt &c.uel dici poſſet,quod talis prior,ſeu Abbas talis monaſterij de conſenſu ſuorum monachorum, ſeu capituli ibidem præſentis &c.uel pro ſe,& talibus,ac talibus,ibidem præſentibus & capitulariter congregatis, ac pro uniuerſo capitulo, ſeu collegio cõſtituit &c. et uidetur quòd ſimilis conſtitutio ualeret, quoniam quiſque procuratorem pro ſe,et alijs præſentibus,& non contradicentibus dare poteſt,ut tenuit Rot.ſecundum Biſignet.in tit. de procuratoribus. deciſio. xiii.de quo per Specul in d.tit.de ſind.col.iii.uerſicu. porro &c. Secus eſſet, ſi diceretur,Canonici talis Eccleſiæ conſtituerunt talem procuratorem.quia ex quo talia uerba poſſunt uerificari in duobus canonicis,non concluditur,neque probatur illum talem fuiſſe legitime conſtitutum,ut dixit Anchara. & Imol. in capit. iiii.de his quæ fiunt à prælat.ſine conſenſu cap.cum alijs,quos refert & ſequitur Alexan.conſilio ſeptimo.ſuper.in fin. libro primo.Tunc etiam poſſet dubitari,an ipſi canonici uoluiſſent conſtituere collegialiter,uel ſingulariter, maxime ſi ageretur de re ſeu materia ad capitulum non pertinente,quia eo caſu magis iure ſingulari conſtituiſſe cenſendum eſſet,ut uoluit Specula.in d. tit.de ſindica.§.finali & tenuit Oldradus conſilio. cccxv. de quo uide Corſettum in Dictionario domini Abbat. in uerſiculo. indefinita diſpoſitio.ubi ſatis bene loquitur.& Franch. in capit. fina.in princ.de reſtitutione ſpoliato.in ſexto.

Et nota quòd ſi inſtrumentum publicum ſindicatus reperiretur,dicenti illud non fuiſſe per maiorem partem, aut minus ſolenniter factum, ſi ex eius facie non apparet defectus, incumberet onus probandi,ex quo pro publico inſtrumento præſumitur,ita uidetur ſentire Speculat.eodem tit.uerſic.quid ſi in aliquo.& ibi Bald.in uerb. exceptio quòd ſindicus.et Abb.in d.c. unico.in fin.extra eodem tit.

153 Sed ſi ex illius facie, aut alias appareret defectus eiuſdem etiã quòd iudex pronunciaſſet ſindicum habere legitimam perſonã, uniuerſitati nihilominus non præiudicaſſet,ut tenet Speculat.& ibi Ioan.And.col.ii.uerſic.quid ſi iudex pronunciat &c.uidelicet quando conſtitutio fuiſſet ipſo iure nulla, ſecus ſi ope exceptionis,ut declarat ibi Bal.in uerb.ſententia lata,eod.tit. de ſindicatu.

154 Scias etiam ꝙ ſindicus uniuerſitatis nõ dicitur procurator ſingulorũ, neq; pro illis tanq; ſingulis quicquã facere põt, ut uult Rot.cccc xxvi.Decanus in nouis et Faſtol.in cauſ.vi dub.xxiii.

& Dec.conſil.lxi.col.ij.in fin.lib.i.& Alex. conſil.xliiii. uiſo libro.i.prout nec procurator ſingulorum eſt procurator uniuerſitatis,ut tradit idem Dec.conſi.dclxxii.col.ii.cum ſimil.

155 QVINTO,principaliter (& ultimo) quod is qui comparuerit non fuerit talis,neque aliqua comparendi poteſtas ſibi cõpetierit, oſtendi conſueuit, ſi poterit aliquo modo deprehendi quod mandatum ſeu poteſtas primo loco data fuerit reſoluta, & expirauerit,quia qui fuit,et non perſeuerat eſſe talis, non dicitur talis.l.ſi pro parte.§.uerſum.ubi gloſſ.poſt text. ponens non dici factum illud quod nõ durat factũ,cum ſuis concordantibus ibi adductus.ff.de in rem uerſo. & gloſſ. in c.1..§. confirmatos. in uerb.domum.de relig.domib.in.vi.

Qui ergo à principio fuit,& poſtea ante actus, de quo quæritur confectionem eſſe deſiit, perinde eſt ac ſi nunquam fuiſſet procurator & geſta cum eo,ex mandati et poteſtatis defectu nõ ualebunt.l.cum quis.in princip.§.i.et.l.ſi cum Cornel.ff. de ſolutionib.c.ex inſinuatione.c.in noſtra.extra de procuratorib.& in terminis ponit Bal.in.l.falſus.col.i.uerſic.ſecundo modo dicitur falſus.C.de furt.et in.l.licet.col.i.poſt princip.C. de procurat. eſt gloſ. ordinaria in.c. ex parte Decani in uerbo procurator. et in glo.fin.in princip.ubi ſcribentes,de reſc. Et Ioann. de Anani. in conſi.xcvi.& conſil.ciiii.& Barb.conſi.xv.nu.2.lib.ii.prout eos refert & ſequitur Boer.deciſion.cclxxiiii.colum.pen.num.6.

156 Mandatum tamen procurationis durat,donec uoluntas mandantis durare præſumitur.l. ſi uero non remunerandi.§. ſi mandauero.ff.mandati l.ſi pater.ff.de manumiſſis uindicta.l.unica §. i.C.de ſatiſdationib.l. ſi procu.§. fin.ff. de procuratoribus: quia mutatio ſeu extinctio uoluntatis cũ ſit quid facti, non præſumitur, quinimo potius præſumitur perſeuerantia.l. cum hic ſtatus

157 .§.1.in fin.ff.de donatio.inter uirum et uxorẽ.l. cum tacitum. ff.de probation.c.maiores.in fi. ubi glo.et ſcribent. extrà de baptiſm.tenet Rot.in notab.caſu.deciſ.iii.in prin.de dol. et cõtum. et deciſi..de renunciat.ut per domi.Caſſad.et Aeg.cõcl. cxxxv. ſi Epiſcopus.in fin.ponit Ioan.And.in.c. licet. de procuratorib. in.vi.dum uult non præſumi conſtituentẽ mutaſſe uoluntatem: et propterea quòd cõſtitutus qui à principio onus cauſæ acceptare noluit expoſt facto pœnitere.et illud acceptare poſſit,iuxtà illum textũ.Nã qui ſemel conſenſit,quotidie cõſentire uideť,quouſque de contrario conſtet.arg.d.l.ſi cũ Corn.in fin.ff.de ſolutionibus

nibus.et.l.pen.in fin.ff.de uſuffr.accreſcẽdo.per quẽ tex, ita cõclu dit Bal.in add.adSpec.in tit.de reo,in uerb.ſi pater ſatisdat.& po nit Alex.qui præmiſſa ſequitur conſi. clxxxix. uiſo ſtat. in fi.lu vii.et cõſi.lxxxi.reuocatur.col.ii.in prin.lib.v.Deci. cõſ.clxxxii: in cauſa uenerabilis.uide Caſſad.deciſ.v.de iurepatro.cum ſimili.

Idcirco ſemel conſtito de mandato et poteſtate comparen tis,illi ſtandum erit,donec de contrario oſtenſum fuerit.

Oſtendetur autẽ contrariũ,ſi legitime apparebit de expreſſa, uel tacita,aut iure præſumpta ipſius mãdantis cõtraria uolũtate.

158 De expreſſa, puta quod per aliud publicum inſtrumentũ, ſeu literas ſicuti quis à principio aliquẽ conſtituerit,ita eundem po ſtea deſtituerit ac reuocauerit eidem, ne ſe ulterius in cauſa intro mittat,inhibendo quòd etiam ſi conſtituens iuraſſet ipſum non reuocare,facere poterit,licet periurus fiat,ut dicit gloſſa notabi lis in.c.fin.in uerbo reuocatus,de procu.in.vi.Nam in his quæ à libera uoluntate unius pendẽt,fieri nõ poteſt etiã per pactũ,quo minus reuocare liceat.l.ſi quis.in princ.de legat.iii. et docet Bar. per illum text.in l. cum precario.ff.de precariis, idem igitur erit in procuratoris conſtitutione ſecundum gl.præfatam, quam ſe quitur Alex.conſi.xviii.uiſis.col.fina,lib.ii.et conſ.xxix.perſpe ctis.col.vi.uerſi.circa quartum.lib.v.et Fel.in.c. ex parte.in uer bo.ampli v.de reſc.ubi latius cumulat,et Decius cõſi.ccccl xxv. in cauſa quæ Mantuæ.col.iii.uerſic.quod autem.lib.iiii.cum plu ribus aliis ad hoc congeſtis per Boerium, qui hoc tenuit, deciſ. ccvii.colum.ii.nam actus factus contra iuramentum præcedẽs, ualet regulariter.c.ſicut ex literis, de ſponſalibus. et ponit idem Alexand.conſil.xvi.Ponderatis.columna.i.lib.iii.

159 Huiuſmodi tamen mandatis contraria uoluntas et expreſſa reuocatio quoad inualidandum acta facienda in præiudicio il lius,qui de prima uoluntate fuerat certificatus formiter et legiti me in notitiã eiuſdẽ partis,uel iudicis deduci debet,ſicuti de con ſtitutione factum fuerat,quia nil tam naturale eſt quã eodẽ gene re quicquã diſſolui,quo colligatũ eſt.l. nihil tam naturale.l. fere quibuſcunq;.ff.de reg.iur.l.ab empti.ff. de pactis cum ſimilib.et quoniam contrariorum eadẽ eſſe debet diſciplina, ſcilicet quãdo militat eadẽ ratio in utroque,ut docet Bart.in.l. inter ſtipulantẽ .§.ſacram.ff.de uerb.oblig.et Bald.in.l.fin.col.fin.C.de fideicom miſſ.cum aliis,de quibus per Deciũ conſil.del.in cauſa num.14. lib.v.et popterea ſicuti pars diuerſa ſeu iudex à principio de pro

curatoris conſtitutione per pub.inſtrumentum certificati fuerũt, etiam(ut eſt dictum) de reuocatione per ſimile inſtrumentum, uel alias modo conſimili,cui credere teneantur,certificari debẽt, ut ſenſit gloſſ.in clem.i.de renunciationib.et in clem.cauſam , in fine de electionibus,et glo.in uerb.reuocato in cap.mandato.de procuratoribus,et regulare eſt(ut dixi) ꝙ modus obſeruatus in
160 concedendo,obſeruari,etiam debeat in tollendo et derogãdo, ut tenuit Ang.in.l.omnium.C.de teſtament.doct.in authen.ecõ tra ſi filij.C de repudiat.per illũ tex.et.l.prout quiſque.ff.de ſolu. ponit Bart.in.l.ii.§.i.ad finẽ.ff.de option.legat.cum alijs, de qui- bus per Alex.conſil.xlvii.in cauſa inter aſſertas.in princ.lib.vii. & conſi.ccix.ſtatutis.col.pen.uerſi.ult.ratione. lib.ii.Modus er- go et ſolẽnitas ſeruata ad inducendũ,cadẽ ſeruabitur ad reſoluen dũ mandatũ,et facit text.in.l.ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſti- tutionibus ac tenet Rota,quæ magiſtraliter loquitur deciſ.xxi. ſi dominus: in prima additione, in nouis. Super quo uideas ea quæ ponit Boer.qui uidetur contrariũ ſenſiſſe,deciſ.cccxlvii.col. pen.cum ſequenti.niſi dicas quòd loquitur de extraiudicialibus.

Et ſi aliter fieret.i. quòd reuocatio ſormiter et legitime non intimaretur,ſi modo per ipſos partẽ aut iudicẽ nõ ſtetiſſet, quo minus intimari potuiſſet, cum illorũ probabilis ignorantia eos excuſare debeat,geſta cum tali taliter reuocato ualerent et tene- rent,dict.clem.prim.de renunciatione.c.mandato.et ibi gl.ordi- naria in uerbo reuocato.ubi ponũt ſcribentes,et.c.auditis. extra de procuratoribus.ponit gloſſ.in.c.ii.in uerbo reuocari . eodem tit.in ſexto.et.l.ſi mandaſſem.ff.mandati.l.unica.ubi gloſſa,Bal. et ſcribẽtes.C.de ſatiſdation.per Bart.et alios,in.l.more col. ter- tia.ff.de iuriſdictione omnium iudicum , et in.l. ſi procurator.§. fin.de procuratoribus,ponunt Canoniſtæ poſt gloſſam in uer- bo propter ſuſpicionem.in.c.ex parte Decani:per illum textum ubi latisſime cumulat Felinus de reſcriptis cum alíis , de quibus per Alexandrum conſil.lxxxii.in cauſa et lite. columna tertia uerſiculo minus obſtat.libro ſeptimo.

161 Licet quoad ipſum reuocantem , et eius præiudicium in- continenti,et abſque alia intimatione reuocatio effectum ſuum ſortiretur: ex quo quoad ipſum non cadit ignorantia : unde ge- ſta per talem procuratorem reuocatum(quatenus utilitatem re- uocantis concernerent) indifferenter non eſſent ualida:per nota. in d.c.ex parte Decani.et d.c.auditis, ubi hoc tenuit Hoſtienſis,

& idem

& idem Hoſtienſ.in ſum.titulo de procuratoribus.uerſicul.qualiter mandatum finiatur, in principio. & tenet gloſſa in capitulo ſecundo,de procuratoribus in ſexto. Sicuti enim ſi facta eſſet reuocationis notificatio,non deberet cogi reuocans recipere acta contra ſe facta per huiuſmodi procuratorem reuocatum : pari modo ipſe contra alium admitti non debet, ne iudicium claudicet.l. fina.C. de fructibus & litium expenſis. ita uidetur ſentire poſt gloſſam Abbas,in dicto capitulo mandatum. in principio & Felinus in d.c.ex parte,col.x. in tertia fallentia. & uidetur ſequi Rotam.clxxi.nota quòd ubi aliquis.in antiqu.& latius per Caſſadoreum deciſ.ij.circa fin.de appel.

Et quòd reuocatio formiter intimãda ſit, intellige ſiue fiat ante litem conteſtatam,quando libere permittitur ipſi conſtituenti reuocare : ut.l.ante litem conteſtatam,cum ſequenti.ff.de procuratoribus.&c.quamuis in principio,eodem titulo in ſexto. ſiue fiat poſt conteſtatam litem, & quando procurator iam erat dominus litis effectus : nec poterat inuitus,ſine cauſæ cognitio-
162 ne reuocari : ut in dictis iuribus : nam ſi in caſu iſto fuerit reuocatus,etiam quòd procurator ſuper hoc (honoris ſui cauſa) audiri peteret : iuxta.l.quæ omnia.ff.eodem titulo. Si reuocatio ad notitiam partis & iudicis deuenerint : quicquid cum eo poſt reuocationem fieret,ipſo iure non ualeret, ſecundum gloſſam in cap.mandato.in uerbo reuocato, circa finem , extra eodem. & glo.in c.quamuis.in uerbo ipſo nolente, eodem titulo,in ſexto. & Cardinalis in clementina finali,in quarta oppoſitione de procuratoribus.Caſſadoreus deci.ii.nu.5.de appel.Et nota quòd talis reuocatio poteſt etiam notificari & intimari per procuratorem,ad hoc ſpeciale mandatũ habentem , iuxta not.per gloſſam & Bar.in.l.i.§.i.ff.de lib.agnoſcend.cum ibi adduct.

163 Tacite de contraria uoluntate mandantis, uel ſaltem quòd ipſa ceſſet,apparebit : ſi ipſe mandans alterum ad cauſam huiuſmodi procuratorem ſimpliciter expoſt conſtituerit : nam poſteriorem dando priorem agere prohibuiſſe uidetur : ut dicit text. in.l.ſi quis.§.fin.ff.de procuratoribus.l.procuratoribus.C.eo.tit. & c.non iniuſte.extra eodem. Vnius enim incluſio eſt excluſio alterius.l.cum prætor.in principio.ff.de iudicijs. lege maritus.C. de procuratoribus. per ſecundam itaque conſtitutionem & uoluntatem conſtituentium uidetur recedere a prima : ut in propoſito inquit Rota,deciſione.clxxv.nota quòd ubi diuerſis, in an-

tiquis.& Decius conſi.ccccxxx.quod ſupra,in fine.lib.iij.ſiue hoc faciat in eadem inſtantia,in qua primus procurator erat effectus dominus litis,ſiue in diuerſa, puta in cauſa appellationis, in qua procurator primæ inſtantiæ poteſt libere reuocari: quia in ea dici non poteſt, quòd ſit effectus dominus inſtantiæ: ut tenet Aegid.conclu.dxxxi.licet & Rota.cccclxxix. nota ſi dominus principalis.in antiquis.& deciſio.xxi.ſi dominus.in nouis.& deciſione.cxxi.eodem in libro.quę loquitur & ponit idem de procuratore poſt primum alium ſubſtituente.

164 Præmiſſa intellige,quando ſecundus ad cauſam illam ſingulariter & in ſpecie conſtituitur,ad quam fuerat primus conſtitutus,alias ſi primus fuiſſet ad certam cauſam datus, & poſtmodū conſtitueretur alius in genere ad omnes cauſas, ex hoc non cenſeretur primus reuocatus,cum per ſpeciem generi derogetur,nō econtra,ut concludit Rota deciſione.ccxcviij.ſi quis conſtituat in nouis & deci.cclvi.ſi quis conſtituat,eodem libro.dum ponit quod ſi conſtituens aliquem ad negotia & iudicia ſimul poſtmodum conſtituat alium ad iudicia duntaxat, etiam cum expreſſa aliorum procuratorum reuocatione non cenſetur reuocaſſe primum ad negotia conſtitutum: ex quo reuocatio non trahitur niſi ad ſpeciem ſimilem expreſſis.

165 Præmiſſa itidem intellige,etiam quòd ſecundus Procurator onus cauſæ non acceptaſſet, quia nihilominus primum mandatum expiraret, ac cenſeretur tacite reuocatum. argumentum.§. poſteriore.inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmentur. tenet glo.in uerbo ſimul.in.c.ſi duo,de procuratoribus.in vi. ſequitur Rota deciſione.clxxxi.contra procuratorem,circa finem,in nouis.& Aegid.dxxx.dominus.Et Bal.Ang.& Pau.de caſtr.in.d. l.ſi quis.§.final.ff.de procuratoribus. quorum dicta reaſſumpſit Boerius deciſion.cccxlvij.col.ij.in fine.ubi etiam ponit ſecus fore in creatione ſecundi uicarij ſeu officialis quia per hoc(niſi exprimatur) primus non cenſetur reuocatus: & quòd ita eſt communis opinio,ut ibi per eum.columna.iiii.in princip.

166 Erit etiam notandum, quòd ſi duo mandata ſub eadem data apparerent, ſtaretur illi, quod maiorem poteſtatem tribueret ſecundum Bal.in Spec.in titu,de procur. uerſic. quando apparent duo mandata,per.l.ſi ita ſcriptum.ff. de hæred. inſtituen. uel dic quòd ſtaretur potius habenti minorem,cum in hoc ambo concordent: ut tenet idem Bal. in.l. falſus.colum.ix. uerſiculo ſi tamen.

tamen.ubi apoſtillator.C.de furtis. & hanc ſequitur Alexander conſil.xlviii.in cauſa uertente.in.i.colũ.libr.vij.Et deciſio.parlamenti ut per Boer.deciſi.cccxi.per totum.

197 Inſuper apparebit tacite de contraria mente conſtituentis: ſi ipſe conſtituens,poſt conſtitutionem,per ſeipſum ſimpliciter, & abſque proteſtatione cauſam huiuſmodi pertractaſſet, non animo aſſiſtendi procuratori: quinimò actus iudiciales in propria perſona concipiendo, dummodo non fuerit articulus talis, in quo præſentia principalis foret neceſſaria: uel idem principalis eſſet melius,quàm procurator informatus: alias & ante & poſt litem conteſtatam in qualibet inſtantia per ſeipſum comparendo procuratorem tacite reuocare cenſetur: ut de omnibus eſt textus magiſtralis,in c.ſi quem.de procuratoribus.in.vi. & ponit Bar.in.l.mutari.ff.de procurator. & Rota deciſio.cclxxxi.ſi contra.&.ccclxxxvi.ſi procurator in nouis, iuncta alia deciſio. cccxli.nota ſecundum aliquos,in antiquis, per actus itaque uoluntarie & abſq; proteſtatione non ex neceſſitate ab ipſo principali factos cenſetur procurator reuocatus ut declarat Rota dicta deci.cccxli.nota ſi aliquos.&.dcxlii.ſi dominus, in antiquis.

168 Voluntas etiam conſtituentis mutata tacite præſumeretur: ſi conſtituens cauſæ & liti, in qua procuratorem conſtituerat poſtmodum cederet,ſeu rei aut (puta) Eccleſiaſtico beneficio, cuius occaſione fuerat procurator conſtitutus renunciaret: uel illud quouiſmodo naturaliter (puta) per obitum ſeu ciuiliter, ut per depoſitionem,translationem, religionis ingreſſum uel quamuis aliam amiſſionem,ſeu dimiſſionem perderet. Nam cum principalis conſtituens deſinat eſſe dominus,uel quaſi: illius rei, cuius contemplatione conſtituerat ceſſante cauſa præſumitur etiã ceſſare uoluntas,& diſſolui mandatum: ex quo uidetur a principio adiecta uel ſaltem tacita ineſſe conditio quòd res in eodem ſtatu maneat: ut dicit tex.in.l.cum quis.in principio.ff.de ſolutionib. l.item legato.§.penul.de legatis tertio.l.ij. cum ſeq. de aur. & argento.legat.ubi oratio reſpectiua deficit deficiente perſona, uel qualitate cuius reſpectu profertur: Quinimo deficiente perſona non ſolum deficit,imo tollitur (iuris præſumptione) prima uoluntas,& omnino expirat.l.iiij.ff.locat.c.ſi.gratioſæ.de reſcrip.c. ſi delegatus.et ibi gl.in uerb.morte. de off.delega.in.vi. declarat Bar.in.l.more.col.fin.uerſi.quæro ulterius.ff.de iuriſdictio.omn. iud.& in.l.centeſimus.§.ſi.ubi late per Alexã.ff.de uerb. obligã.

poſt

poſt Innocen.in c.licet undiq;.de off.deleg. & ponit Decius.con ſil.cvni.col.i.uerſi.ſed tamen prædictis.&c.lib.i.

170 Hinc regulariter uidemus quòd mandatum morte mandantis diſſoluitur: licet ius & obligatio aliquando duret utilitatis cauſa: ut ponit textus in.l.inter cauſas, in prin.&.l.ſi præcedente.in prin.&.l.ſi quis.§.cui.ff. mandati.l. eius qui in prouincia.ff. ſi certum peta.& intellige de moriente re integra, uidelicet in iudicialibus ante litem conteſtatam.l.mandatum.C. mandati.inſtituta eo.ti.§. recte.l. ſi defunctus. ubi eſt caſus quotidianus.ff. de procuratoribus.c. Relatum. ubi late Canoniſtæ de officio delegati.ponit Cardin.magiſtraliter tam de expreſſa, quàm tacita reuocatione loquens in.c.quoniam Abbas.in quinta & ſexta quęſtion.eod tit.Guid.Papæ quæſtione.cxix.iure, &.ccccxci.prælat.cum alijs,de quibus per Alexand.conſil.cxxviii. Sentio.lib. ſexto.ubi etiam ponit, nunquid mandatum datum à tutoribus expiret finito officio illorum, concludens negatiue re integra non exiſtente,&c.

171 In beneficialibus autem & aliis,in quibus poſt mortem mandatoris non eſt aliquis futurus legitimus hæres illius perſonam repræſentans, mandata huiuſmodi per mortem naturalem, ſeu ciuilem indiſtincte re integra,uel non integra expirant,per textum in clementina finali.extrà de procuratoribus,qui text. licet loquatur de naturaliter morientibus,Zenze.tamen, & alij ibidē extendunt illum etiam ad tranſlatum ad aliam Eccleſiam,uel depoſitum,ſeu reſignātem,& ad alios,quoad id ciuiliter mortuos, cum eadem ſit ratio, quam extenſionem ſequitur Rota deciſio. ccclxxvi.fuit dubitum utrum clemētine finalis in nouis.& Caſſadoreus deciſi.ii.in prin.de appellationibus. ubi late & pulchre loquitur de eo qui ceſſit liti & cauſæ.& quod per illam ceſſionē uideatur procurator reuocatus,ut ibi per eum. eandem extenſionem ſequitur Millis in uerbo,procurator conſtitutus à prælato & in uerbo, lis finitur, ubi uoluit quòd lis eo modo finitur per mortem naturalem,prout per ciuilem, quem ſequutus eſt idem Caſſad.deciſion.tertia,nu.6.ut lit.penden. et facit conclu.Aegid. clvi.mortuo.& id quod ponit Innocē. & alij poſt eum in dicto capitulo licet undique.de offic.delegat.& Bartol. ac doctores in dicta.l.more.columna fina.quamuis contrarium tenuerit Guid. Pap.quæſtione.dxlvii.An clem.fin.ubi uide.

172 Hinc quotidie in Roman.curia in praxi tractari uidet,quòd altero

altero ex collitigantibus ſuper titulo beneficii moriente, decernitur proceſſus per audientiam publicam contradictarum, abſque eo quod citetur procurator mortui, per quem cauſa huiuſmodi illucuſque fuerat agitata, per dict. cle. fin. de quo atteſtatur Caſſa. d. deciſio. ii. nu. 30. de appel. & latius deciſio. vi. ut lit. pen. & deci. i. de re iud. ponit Aegid. conclu. lxxv. in cauſa.

173 Et pro præmiſsis facit tex. in. l. i. C. de actionib. & obligatio. ubi ſecundum Angelum probatur, quod mandatum etiam poſt mortem collatum expirat, quando non reperitur hæres conſtituentis, in cuius perſona poſsit ſuſtineri & repræſentari procurator, ut ſi adeſſent bona uacantia, quæ non repræſentant hæredē. l. i. §. qui bona. ff. de iure fiſci, uel quando monaſterium, ſeu eccleſia ſucceſsiſſet: quæ dicitur ſucceſſor anomalus, aut pater occupaſſet bona filii iure peculii, uel fiſcus iure caduci. l. nouatio. ff. de nouat. l ſi conſtante. §. ſi. ff. ſoluto matrim. quas ad propoſitum adducit Bal. in addi. Spec. in tit. de reo. uerſic. an monachus.

174 Idcirco cum perſona procuratoris reputetur perſona domini. l. oſſa. in fi. ff. de religio. & ſumptu. eſt glo. fi. in. l. ſi procurator. ff. de dol. mal. except. propterea non poterit eſſe procurator ſine aliquo domino uero, uel ſaltem repreſentato, quia tunc uideretur procurator nullius, indiſtincte igitur his caſibus neceſſario mandatum expirat, ſiue re integra, ſiue non, ut tenuit Angel. in ſua diſputatione, quæ incip. Aſtenſis miles, in prima col. quem referendo ſequitur Felin. in. c. relatum, in ſecunda colum. uerſic. Quinto fallit, de off. deleg. & in c. quoniam frequens, columna tertia, in fin. ut lit. non conteſt.

175 Vnde ſi conſtituens expoſt efficeretur criminis læſæ maieſtatis reus, uel monachus, aut conuerſus, ſeu perpetuo cum bonorum proſcriptione relegaretur, mandatum procuratorium cenſeretur tacite reuocatum, & extinctum, ut uolu. Angel. inſtit. de excep. §. præterea, col. xxi. uerſicu. item poſtquam te conſtituit. Idem foret ſi conſtituens arrogaretur, uel in ſeruitutem redigeretur, aut ab hoſtibus caperetur, ſed quòd ad certum tempus, aut ſub certa conditione, quæ eueniſſet, aut cauſa propter quam fuerat conſtitutus ceſſaret, conſtitueretur his nanque caſibus mandatum, & uoluntas euaneſceret, ut probatur in. l. ſi arrogati. ff. de tutel. et inſtitu. quib. mod. tute. fini. §. i. uſque in fin. de quo ponit Decius conſi. cccclx. uiſo puncto, col. iiii. uerſi. in. iii. dubio, lib. 4. & Bar. in. l. i. §. dari autem. ff. de procuratorib. ubi loquitur de cōſtituto

ſtituto ad diem certam,& Ioan.And.in Speculator. de procuratorib.§.Ratione autem formæ,col.iii.in uerb.conſtitutus, dum uult quòd procurator ad certam diem cõſtitutus, ſi per iudicem dies illa prorogetur, non poſſit aliquid in die prorogata facere per textum,in c.cum olim,el primo,de officio delega.& cap.ſignificauit,de appell.& in c.ſi quem,de procur.in ſexto, &.l. qui mutuã §.non ideo.ff.mandat.ubi etiam ponitur de procuratore dato,abſentiæ cauſa,cuius (ceſſante illa) ceſſat mandatum,prout de uicario dato,donec alius conualuerit,ponit Aegid. concluſione.cxxxv.ſi Epiſcopus, & de dato ſub conditione clarum eſt: Nam quæ fiunt uigore diſpoſitionis conditionalis conditione pendente non ualent.l.ſi quis ita.ff.de conditione inſtitut.clem.c. cum hæc.§.i.de conceſſion.præbend.ita arguit Aegid. cõcluſio devi.cõcl.circa fin. In caſu tamen,quo mandatum naturali morte mandantis expirat,proceſſus cum huiuſmodi procuratore agitatus indiſtinctè nullus eſt,etiam quòd mors ad notitiã partis, uel iudicis non deuenerit, ex quo parti quòd non certiorauerit de morte,ac tacita huiuſmodi reuocatione imputari non poteſt, cum per mortem non potuerit: ita firmat Bart.in.l. ſi procurator,in fin.ff.de procur.quem ſequitur Abbas in capit.mandato, colum.ij.uerſicu.ſed circa hoc,eod.titu.Feli.in c. ex parte decani. uer.fallit ſecundò,de reſcrip.& Caſſad.deciſ.ij.nume.10.de appel.& facit concluſio Aegid.cccccxcv.licet mors, dum uoluit mortem procuratoris lite pendente contingentem, ipſi principali abſenti intimari debere,quamuis ſecus ſit de abſentia,quia ſine intimatione tunc proceditur per audientiam.Nam iſto caſu eſt quid imputandum,prout per eundem Aegid.concluſi.dcxv.curia. et Rot.deciſ.cxxix.in abſentia,in no.cum ſimil.

177 Quo uero ad illam exceptionem,non potuiſti tanquam procurator in cauſa criminali interuenire,licet legitima ſit,& quandocunque oppoſita procuratorem quoad plenam defenſionem, ac merita cauſæ tractanda pro actore, ſeu reo abſentibus repellat,ne condemnatio ex parte rei illudatur,et ex parte actoris euitetur inſcriptio,ut per tex.in.l.penult.§.ad crimen.ff.de pub.iud. l.ii.C.qui accu.non poſſ.c.tuæ. de proc.c.ueniens.c.ſuper his, in fin.&.c.meminimus, extra de accuſat. Nihilominus ſi exceptio huiuſmodi non fuerit oppoſita,proceſſus cum procuratore huiuſmodi factus inſtar proceſſus,qui fit cum excommunicato tenet,prout determinat Bal.in.l.ſi ſeruum.§.publice.ff.de procu.& glo.in.l.

glo.in.l.quamuis.C.de adult.& glo.in.c.i. in uerb.criminalis, de iud.in.vi.Spec.de proc.§.1.col.vi.uer. item quòd cauſa criminalis in fi.& eſt communis doct.ſententia, prout atteſtatur idem Bal.in.l.ita demum,uerſi.ſed quid dicemus.C.de procu. & illam eſſe communem,& uetiorem atteſtatur Felin.in.c.meminimus, col.iiii.uerſi.ult.concluſ.de accuſ.& Bonif.de Vital.in lib.maleficiorum,in ti.de proc.nu.17.uerſi.pone,quòd conſtitutus,ubi inquit quòd opinio iſta comprobata eſt,& quòd ſit communis,et uerior atteſtatur,etiam Deci.conſil.ccccl xix.uiſa inquiſitione in fi.lib.iiii.& illam ſequitur Rot.deci.cli.ſciſcitatus,&.cccclxxxv. ſi clericus,in no.late proſequitur Hipp.in.l.ſi quis ne quo.uerſic. quæro ulterius.nume.104.ff.de quæſt.

Maxime quòd hodie per Italiam cõmuniter uigore ſtatutorum quilibet abſens,de quolibet etiam capitali crimine damnari poteſt,& ubi abſens poteſt damnari,ad illius defenſionem procurator interuenire poteſt, ut tenuit Ioã.And.in Spec.de proc.§.i. col.vi.uerſi.item quòd cauſa criminalis,in uerb. ciuili.& Gandinus in tract.maleficio tit.de procuratoribus,uerſ.ſed pone quòd ſtatutum,& Ang.in.d.l.penult.§. ad crimen, ubi atteſtatur hanc eſſe conſuetudinem,& communem opinionem,& ab ea non recedendum,ut etiam refert,& ſequitur Auguſtinus conterraneus meus ad Angelum in tract.malefic.in.§.qui dominus iudex.in uerb.quæro ſi talis bãnitus,fo.234.ſecũdũ paruas impreſsiones.

Licet in utroq; paſſu quãplurimi ſummæ authoritatis uiri oppoſitum tenuerint,ut Bar.in.d.§.ad crimen, in fi. per Salicetũ in l.quamuis.C.de adult.Bal.in.l.licet,ſecunda col.C.de procurato. Abb.in.d.c.meminimus,et alii,qui uoluerunt proceſſum, etiam nemine opponẽte,ob legis reſiſtentiã, ac prohibitionẽ fore ipſo iure nullũ in iudicando,tñ à cõi non eſſet recedendum, quamuis hoc perraro eueniat,quia iudices maleficiorum ubicunq; corporalis pœna principaliter, uel in conſequentiam uenit inferenda, ipſummet principalem tanquam melius informatum, & a quo ueritatem habere facilius putant requirunt, & quotidie ita obſeruant,ut etiam aſſerit Ang.in.d.tract.§.qui dñs iudex.uerſi.quæro quid ſi citatus,& de materia hmõi uide gl.& Canoniſtas in.c. ueniens,et Fel.accumulantẽ,et plures fallentias in materia ponẽtẽ in d.c.meminimus,et Alex.conſil.cxvi,animaduerſis,lib.i.& Guid.Pap.quæſt.cccxxxviii.aliquis,et Capic.deci.cxliii.in cauſa Vincentij, in quibus locis quando in criminalibus poſsit

procurator,

procurator,ſeu defenſor,uel excuſator interuenire, ultra pręmiſſa abunde reperies,& aduerte quia Alex.d.conſi. cxvi.col. pen. in fin.atteſtatur opinionem Bar.eſſe communem,ac de facto ſeruari,quamuis Ang.dicat contrarium, uide etiam eundem Alex. in conſi.cxxxviii. uiſa,colum.fin.ubi ponit quas exceptiones in cauſa criminali procur.opponere poſſit.lib.vi.

Plures ultra præmiſſa reperiuntur exceptiones, quæ contra alieno nomine in iudiciis comparentes opponi poſſunt, ſed ex quo regulariter tales non reddunt proceſſum nullum,ſed quatenus non admittantur,cauſam appellandi præbent, aut proceſſus impediunt,idcirco tanquam extra materiam noſtram eaſdẽ non proſequor.per teipſum poteris uidere per Summiſtas, uidelicet Hoſtienſ.Goffred.& Spec.in locis,quæ notoria ſunt.

IN RVBR. SEV TITVL.

De nullitate ex defectu, &c.

SVMMARIA.

1 *Iudicium a citatione principium ſumit.*

2 *Citationis nullitas, & defectus inter alias potentiſſima eſt: quia defenſionem reſpicit.*

3 *Defenſio nec etiam diabolo deneganda eſt.*

4 *Defenſionem tollere æquitati, iuri naturali, & diuino repugnat.*

5 *Defenſio pro abſente non modo tolli a iudice, quinimo ſuppleri debet.*

6 *Citationis ſolennitas eſt iuris naturalis non propter ſe, ſed propter defenſionem.*

7 *Citationis ſolennitate uſus eſt Deus aduerſus primum hominem,ut iudicibus ſeculi exemplum daret.*

8 *Abſentem iudicare diuinæ, ac humanæ leges prohibent.*

9 *Citationis defectus, nec a principe,nec ſtatuto ſuppleri poteſt.*

10 *Citatio adeo eſt ſubſtantialis, ut ſententia etiam in fauorem abſentis non citati lata non ualeat.*

11 *Citationis defectus duplici modo quæritur: primo an quis fuerit citatus: ſecundo nunquid citatio ualuerit.*

12 *Citatus eſt quòd quis non fuit probatur eo ipſo, quod de contrario non conſtat.*

13 *Solemnitas extrinſeca regulariter non præſumitur.*

14 *Citatus quòd quis non fuerit probatur per inſpectionem actorum.*

15 *Acta iudicij non fuiſſe facta probatur per uiſitationem proceſſus.*

16 *Citatus præſumitur qui in iudicio reperitur, quando ab illo abeſſe conſueuit.*

17 *Citare non eſt neceſſe eum qui in iudicio præſens eſt.*

18 *Citatio ad comparendum, non ad deliberandum fieri conſueuit.*

19 *Citandus eſt is quem principaliter non ſecundario tangit negotium.*

20 *Citandus nõ eſt is, cui notoriũ eſt defenſionẽ nõ cõpetere.*

21 *Citatio in quibus caſibus non ſit neceſſaria remiſſiue.*

22 *Citationis uitium, ſeu nullitas reddit proceſſum nullum.*

23 *Citatus nulliter non tenetur comparere.*

24 *Citatio inualida pendentiam litis non inducit, iuriſdictionem non perpetuat, nec præſcriptionem interrumpit.*

25 *Nulliter, & minus legitime aliquid facere, & nullo modo facere paria ſunt.*

26 *Citatio quòd fuerit inualida qualiter contingere poſſit.*

27 *Citatio qualiter poſſit eſſe nulla ratione iudicis citantis.*

28 *Citatio ex ſui facie, ſeu per uiam notorij iniuſta, temeraria, & impoſſibilis impune ſperni poteſt.*

X 29 Citatio

29 *Citatio in dubio præſumitur iniuſta, niſi à circunſpecto iudice decreta fuerit.*

30 *Citatio talis eſſe debet, ut citatus poßit certiorari de actu faciendo, & illi contradicere: alias ſi generalis æquiuoca, uel obſcura non ualeret.*

31 *Citatio pro ſui ualiditate quid, & quod requirat.*

32 *Citatio ſiue realis, ſiue uerbalis per iudicem decerni, & committi debet.*

33 *Captura ſiue fiat ob cauſam ciuilem, ſiue criminalem regulariter abſque iudicis decreto fieri non poteſt. fallit prout hic.*

34 *Captura à procuratore ad id ſpeciale mandatum non habente impetrari non poteſt.*

35 *Citatio etiam uerbalis à iudice committi non debet, priuſquam petitionem partis audierit.*

36 *Citatio generalis, uidelicet de quacunque perſona, & in quacunque cauſa illis aliter non expresſis nuntio committi nõ debet: ſed citatorũ nomina exprimenda ſunt.*

37 *Nuntius in princ. cauſæ deputatus ad citandum poterit in eadem cauſa eaſdem perſonas abſque alia iudicis commiſſione citare uſque in finem cauſæ.*

38 *Citatio uerbalis cauſæ cognitionem non requirens poterit à nuntio fieri in uim generalis commiſſionis de citando: ſecus ſi citatio foret præiudicialis, aut abſque cauſæ cognitione concedi non conſueuiſſet.*

39 *Citationes in pluribus locis de conſuetudine abſque iudicis commiſſione fiunt.*

40 *Citatio q̃, à iudice fuerit commiſſa ex actis cõſtare debet.*

41 *Nuntio referenti citaſſe aliquẽ de cõmisſione iudicis quo ad cõmisſionẽ non creditur, ſed illa aliter eſt probãda.*

42 Citatio

42 *Citatio præſumitur commiſſa, ubi conſtat de relatione nuntij aſſerentis ſe iudicis mandato citaſſe, & hoc in cauſa ciuili, & de conſuetudine.*

43 *Tabellioni atteſtãti de officio ſibi cõmiſſo nõ eſt credẽdũ.*

44 *Citatio ad inſtantiam partis committi, & decerni debet.*

45 *Citatio poſtquam fuit per nuntiũ relata, præſumitur ꝙ fuerit ad inſtantiam partis decreta.*

46 *Citatio tempore feriarum etiam in honorem Dei pro die non feriata decerni, & exequi poterit maxime de conſuetudine, quamuis de iure dubium ſit.*

47 *Citatio prima quæ de longinquo fit debet continere poteſtatẽ iudicis citãtis, alias citatus non fieret cõtumax.*

48 *Citatio debet in ſe continere nomen, & cognomen iudicis citantis, ne fiat dubia, & æquiuoca.*

49 *Citatio nomen, et cognomẽ partis citãtis cõtinere debet.*

50 *Citatio ſine expreßione tituli indiſcreta eſt.*

51 *Citationis decretum, ſeu cõmißio dicitur interlocutoria.*

52 *Citationi neceſſario libellus non eſt inſerendus, & ſi inſeritur tollitur citato facultas petendi dilationem ad deliberandum.*

53 *Iudicium ciuile, et criminale æquiparatur quoad citationem faciendam.*

54 *Citationi non ſolum inſerendus eſt titulus cauſæ, ſed etiã nominatim debet apponi actus, qui explicandus eſt.*

55 *Citandus eſt quis nominatim ad uidendum iurare teſtes, ad uidendum productionem iurium, & dicendum contra articulos, & ad alia quæ in iudicio facienda ſunt.*

56 *Citandus eſt quis nominatim ad ſententiam audiendam, nec ſufficit ad audiendam uoluntatem iudicis.*

57 *Citatio ſpecialis ad quemlibet actum requiritur, nec ſuf-*

 ficit

ficit generalis ad totam cauſam, quando citandus eſt præſens in ciuitate iudicij.

58 *Citatio debet continere nomen, & cognomen ipſius citandi ob rationes de quibus hic.*

59 *Citari non poteſt is, qui non fuit expreſſus in citatione, etiam ſi adſit clauſula de citando omnes quorum intereſt, licet hoc in curia ex benignitate toleretur.*

60 *Citatio generalis contra omnes ſua intereſſe putantes, licet de iure fieri poſſit, tamen aliquam certam perſonam non arctat.*

61 *Citationi debet inſeri locus, tutus, & honeſtus ad quem quis uocatur.*

62 *Iudex delegatus cui in delegatione non eſt datus certus locus poteſt eligere locum quem uult in territorio ipſius delegantis.*

63 *Citationi iudicis tam ordinarij, quàm delegati quando locus ſit inſerendus.*

64 *Iudex, ſeu rector alicuius prouinciæ poteſt deputare tribunal in quacunque parte ſuæ prouinciæ, & ſi non deputat, prouincia habetur pro loco.*

65 *Citationi apponi debet dies, & terminus pro quo quis uocatur.*

66 *Citatus ad diem feriatum an teneatur comparere, & de iure ciuili uidetur quòd non, ſecus de iure canonico.*

67 *Citationi apponi debet terminus congruus, alias ſi nimis breuis, non arctaret citatum ad comparendum etiam cùm primum poſſet.*

68 *Citatio continens impoſſibile facti, ſeu iuris non ualet.*

69 *Infans ad legitime comparendum citari non poteſt.*

70 *Terminus citationis et dilatio eſt arbitraria, circa quam*

iudex

iudex nihilominus debet eſſe diſcretus.

71 Citatio ſine termino ualet, & intelligitur ut compareat quàm citius poßit, ſed cautius eſt illum apponere.

72 Citationi neceſſario non eſt apponēda hora, ex quo intelligitur de ea qua actus cōmuniter expediri conſueuit.

73 Citatio continens horam uel locum, ſi actus diuerſa hora uel loco ipſo citato abſente fieret, non ualeret.

74 Dies omnes de iure ſunt iuridici.

75 Citatio debet eſſe in forma ſolita, & cum clauſulis conſuetis.

76 Solitum fieri debet fieri: alias quòd fit iniuſte fit.

77 Citatio continens inſolitum eſt nulla: uel ſaltem citatus ſi non compareat excuſandus eſt.

78 Inſolita clauſula latentis fraudis præſumptionē inducit.

79 Literæ contra ſolitum ſtylum Romanæ curiæ expeditæ fiunt ſuſpectæ.

80 Stylus & mores agentium ſequendi ſunt.

81 Citatio fuit inducta ad certificandum abſentem: ideo decerni & exequi debet eo modo quo facilius abſens ueriſimiliter certificari poßit.

82 Citandus ſi eſt præſens in iudicio à iudice moneri debet: et talis monitio habet uim peremptorij: & eſt modus citandi utilis, & commendabilis.

83 Citari debet perſonaliter is qui in ciuitate reperitur, maxime in principio cauſæ & re alicuius ponderis.

84 Citandus eſt procurator ſi adeſt, & principalis non reperiatur etiam in principio cauſæ.

85 Procurator dominus litis effectus ad ſententiam citari debet, non autem principalis de iure ciuili: de iure autem canonico uterque citari poteſt.

86 *Sententia ut opiniones euitentur in perſona principalis & procuratoris domini litis effecti concipi debet.*

87 *Citatio etiam in principio cauſæ fieri poteſt domi ſolitæ habitationis, quando non reperitur principalis nec procurator.*

88 *Citatio quæ fit domi debet fieri publice & alta uoce: & copia in oſtio domus affigi, uel in manibus familiarium dimitti, alias non arctaret.*

89 *Nuntio domi oretenus citanti nõ creditur abſq; teſtibus.*

90 *Citatio domi regulariter fieri non poteſt niſi in ſubſidiũ, quatenus perſona non reperitur.*

91 *Citari domi poteſt is qui ſemel perſonaliter citatus, uel per ſe in iudicio comparuit maxime poſt litem conteſtatam.*

92 *Citatus domi dicitur ficte contumax ideo à ſententia contra eum lata intra decem dies à die ſcientiæ appellare poterit.*

93 *Citatio priuſquam fiat domi, regulariter præcedere debet diligentia de perſonam reperiendo.*

94 *Citandus non tantum in ciuitate, quinimo & in uilla & ſuburbijs perquiri debet antequam domi citetur.*

95 *Citationis decretum intelligitur ſecundum formam iuris ideo cõmiſſio de aliquem citando intelligitur in perſona primo, alioquin domi.*

96 *Citationis executio domi facta per nuntium non referentem ſe feciſſe diligentiam non ualet.*

97 *Citatio in dubio domi nõ perſonaliter facta præſumitur: et propterea citatus nõ cõparẽs dicetur ficte cõtumax.*

98 *Citatus generaliter ad totam cauſam, uel etiam particulariter ad aliquem actum etiam quòd non comparue-*

rit,

rit, uel dixerit nolle comparere quando præſens eſt ad reliquos actus citari debet, de quo uide hic.

99 *Citationis forma quæ in* Roma. *cur. decerni conſueuit cõtra abſentes, & in remotis partibus exiſtentes.*

100 *Citatio qua aduerſus abſentes utitur* Romana *curia fuit ex iuris rationibus excerpta.*

101 *Citatio im qua iudex comminatur ſe ad expeditionem cauſæ proceſſurum habet uim peremptorij.*

102 *Citatio unica quando fit pro tribus, debet apponi uerbũ peremptorie uel ſaltim æquipollens.*

103 *Peremptorium non requiritur in cauſis beneficialibus & ſummarijs.*

104 *Peremptorij ſolennitas in* Rom. *cur. non eſt in uſu: quia in ea omnes termini ex ſe poſt litem conteſtatam ſunt peremptorij.*

105 *Peremptorij ſolennitas apponitur etiam in cauſis ſummarijs, & beneficialibus: quando in principio cauſæ citatur quis ad totam cauſam.*

106 *Peremptorij ſolennitas ad proteruitatem non comparentis committendam, non ad ſolennizandum iudicium ad inuenta eſt.*

107 *Citatio generalis ad totam cauſam etiam cum appoſitione peremptorij toleratur propter diſtantiam locorum, difficultatem citandi, ac partium diſpendia.*

108 *Peremptorium poteſt maturari, ideſt unica citatio pro tribus cum termino arbitrio decerni ob diſtantiam locorum, ac difficultatem citandi.*

109 *Citatus ad totam cauſam ſi non comparet, elapſa die aſſignata poteſt contra ipſum tanquã contumacem abſque alia citatione ad ulteriora procedi.*

110 *Citatus ad totam cauſam ſi non comparet ex ſtylo ſacri palatij conſueuit ad reliquos actus faciendos citari in audientia contradictarum.*

111 *Citationis in termino ſi actor non compareat, & primus actus circunducatur: nihilominus idem actor poterit contra citatum non comparentem quandocunque per audientiam contradictarum procedere.*

112 *Citationis in termino actor debet comparere, & contumaciam rei non comparentis accuſare.*

113 *Citatus ad totam cauſam ſemel comparendo citationem generalem adimplet: ideo & expoſt ad reliquos actus faciendos ſingulariter citandus eſt.*

114 *Citatus ad totam cauſam debet comparere, & uſque ad expeditionem cauſæ perdurare, alias ſi lite pendēte nō dimiſſo procuratore recederet, uirtute primæ citationis contra ipſum quaſi contumacem per audientiam contradictarum procederetur.*

115 *Lite pendente in Romana curia aliquo ex litigatoribus decedente, uel recedente ad inſtantiam alterius proceditur per edictum, id eſt audientiam contradictarum.*

116 *Procurator rei abſentis lite pendente mortuo, ipſi reo abſenti per actorem obitus ſui procuratoris eſt imitādus.*

117 *Citatus quem iterum citare difficile eſt, ut puta quòd eſt irreperibilis nec habet domum permanentem ſeu habitat in ſuburbijs, cogendus eſt ad eligendum locum in quo citari poſsit.*

118 *Citatus ſi eſt clericus, & ipſe non reperiatur, nec domum particularem habeat citari poteſt in eccleſia quam obtinet reſidentiam requirente, ex quo illa fingitur ſua habitatio.*

119 *Citandus qui eſt clericus, & non reperitur, nec habet domum aut Eccleſiam reſidentiam requirentem erit citandus in Eccleſia cathedrali, & in Eccleſia de qua diſputabitur.*

120 *Citatio in cathedrali ac beneficio Eccleſiaſtico de quo agitur quando tale beneficium non requiret reſidentiã fieri non poteſt niſi præcedat diligentia de perſonam reperiendo.*

121 *Citatio domi uel in Eccleſia facienda ſatis eſt quòd publice legatur: & detur copia petenti: nec requiritur affixio.*

122 *Citandus ſi fuerit laycus & non reperiatur, nec domum habeat, citari poterit per edictũ publicum, ſeu per affixionem cedulæ illi rei de qua agitur.*

123 *Citationis ordo, id eſt ut perſonaliter primo, ſecundo domi, uel in Eccleſia, alias per edictum, non debet a iudice præuerti: quia non ualeret proceſſus.*

124 *Citari poteſt per edictum publicum quando acceſſus nõ eſt tutus ad perſonam & domicilium ipſius citandi.*

125 *Citatio per edictum cum afficiat ignorantes eſt exorbitans: ideo non egreditur terminos cle. penul. de iudic.*

126 *Citatio per edictum in Romana curia non conceditur niſi ex ſpeciali mandato Papæ: quia hoc uidetur ſibi ſoli reſeruatum.*

127 *Citatio per edictum a Papa non cõceditur niſi cum clauſula conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, &c. unde iudex cauſa non decernit, niſi de hoc ſibi ſummarie conſtiterit.*

128 *Teſtes deponentes ſuper non tuto acceſſus ſatis eſt quòd dicant credere impoßibile fore, uel non eſſe tutum cita*

re illos in illorum domicilio.

129 *Citatio per edictum publicum poteſt in caſibus a iure permiſsis a laycis iudicibus decerni.*

130 *Citatio per edictum in quibus locis ſit exequenda.*

131 *Citationis per edictum forma ſecundum* Romanæ *curiæ ſtylum quæ ex mente iuris colligitur.*

132 *Citationis forma ab executore diligenter ſeruanda eſt: alias citatio non ualeret. & nu. 152.*

133 *Citatio per edictum licet in ſe contineat ſex loca, uidelicet tria in curia, & tria extra curiam, tamen ex ſtylo ſatis fuerit exequi in quatuor, uidelicet duobus in curia, & duobus extra.*

134 *Citatio per edictum debet publice legi, affigi, & affixa per tempus congruum dimitti.*

135 *Citatio per edictum ſatis eſt ſecundum ſtylũ palatij quòd affigatur, etiam quòd non fuiſſet lecta.*

136 *Citatio originalis non autem copia eſt affigenda.*

137 *Citatio per edictum uideretur formiter executa, ſi nuntius referret executum fuiſſe: prout in ea ex quo in ea aderat unicus modus exequendi.*

138 *Certum dicitur non ſolum quod eſt certum ex ſe, ſed etiã quod eſt certum per relationem ad aliud.*

139 *Citatio quæ non fit per edictum cum habeat triplicem modum exequendi, non perficitur, ſi nuntius referret ſe feciſſe prout in ea.*

140 *Citationis per edictum loca debent eſſe uicina domicilio ipſius citandi.*

141 *Citatio per edictum non inducit ueram notitiam: ideo non ſufficit ad aliquem excommunicandum uel ſuo beneficio priuandum.*

142 *Citatio generalis per edictum contra omnes ſua intereſſe putantes fit in caſu quo non adſit certus cõtradictor, alias non afficeret: & antequam fiat inueſtigandum eſt nũquid adſit qui ex actu illo principaliter lædi poſſit: & talis nominatim citandus eſt.*

143 *Citatio generalis per edictum fieri conſueuit contra conſanguineos & amicos minoris et abſentis ex cauſa probabili, non ex uoluntaria.*

144 *Citari quomodo debeat collegium, ſeu uniuerſitas, aut capitulum.*

145 *Citatio habet quatuor partes, decretum, formam, executionem, & relationem illius.*

146 *Citatio quòd fuerit executa debet cõſtare iudici antequam ad actum progrediatur: alias actus non ualere. fallit tamen prout hic.*

147 *Citatio quòd interuenerit ſeu actum præceſſerit, non probatur ex narratiua ſententiæ: quando illa fertur in abſentem: & non tractamus de ſententia antiqua.*

148 *Citatio quæ de longinquo fit ſecundum* Romanæ *curiæ ſtylum uniuerſis dirigitur exequenda: ideo fruſtra diſputatur de poteſtate exequentis.*

149 *Citationes quæ in partibus exequuntur hodie ex communi obſeruantia præſentantur per publicos tabelliones: & ſic euitatur difficultas, nunquid ſoli nuntio ſit credendum.*

150 *Nuntio iurato quoad executionem citationis & illi adhærentia creditur, ſecus in alijs.*

151 *Citationis copia ſi petatur, dari debet in forma authentica expenſis ipſius citantis, & quandoque citati.*

De nul-

De nullitate ex defectu citationis, & unde, ac quibus modis regulariter proueniat.

1 VISO de iudice, ac perſonis litigatorum ſupereſt ut etiam de ea parte edicti, qua prætor de in ius uocando edixit, aliquid ponamus: cum omniũ actionũ inſtituendarum principium inde proficiſcatur: ut inquit text. in §. omnium inſtitu. de pœn. teme. litigan. & ponit glo. & ibi ſcriben. ff. de in ius uocand. ſu-
2 per rubric. Et in hoc ſummopere aduertendũ erit: cum defectus & nullitas illinc proueniens inter alias omnes potentiſsima ſit,
3 ut puta defenſionem reſpiciens, quæ a iure prouenit naturali. l. ut uim. ff. de iuſti & iur. l. i. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic. quæ defenſio nemini deneganda eſt. l. defenſionis facultas. & ibi Bar. C. de iur. fiſci. lib. x. & l. unius. §. cogniturum. ibi, defenſionem quocunque tempore poſtulante reo, negari nõ oportet &c. ff. de quæſt. c. cum inter. extra de except. etiam diabolo ſi foret in iudicio, inquit Rot. dec. ccclxiij. cum iura. & cci. licet in cauſa. in no. quantumuis iudex liberam & abſolutam haberet poteſtatẽ: quia ex hoc non debet quicquam facere, quod ſit bonis moribus interdictum: ut probat tex. in l. ſi a milite. §. edictum. ff. de mili teſta. & ponit Alex. conſi. lxv. habita. col. ij. lib. j. & deciſio.
4 Neap. cccxci. fuit dubitatũ. ij. col. dec. conſ. deli. primo. in fi. lib. v. tollere enim defenſionem omni æquitati, ac iuri naturali & diuino repugnat: ut declarat Bar. in extrauag. ad reprimendum, in uerb. figura. & gl. in uerb. defenſiones. in cle. ſæpe. de uerb. ſign.
5 Idcirco ius dicens non modo illam tollere, quinimo pro abſente defenſiones ſupplere debebit, ut docet te. in l. ſi non defendantur. ff. de pœn. l. ampliorem. C. de appell. authen. qui ſemel. C. quomo. & quand. & c. cum alijs, de quibus per Alexã. in conſil. cxlv. uiſis narratis. col. ij. lib. vi. poſt Bald. in l. deſertorem. §. ſi ad diem. ibi, facta prius copia docendi &c. ff. re milit. per quem tex.
6 idem Bal. in l. executorem. col xix. C. de exec. rei iud. dixit ſolennitatem citationis non per ſe, ſed propter defenſionem, eſſe iuris naturalis, prout etiam refert & ſequitur Fel. in c. cum olim. colũ. viii. in princip. de re iud. & pro quo facit text. in c. cum olim. ibi citetis ad cauſam, & facultate ſibi defenſionis indulta &c. de dol.

& contu. Et pro omnibus eſt tex formalis in clemen.paſtoralis §.cæterum.ibi,defenſionis,quæ a iure prouenit naturali, facultas adimi ualuiſſet,cum illa imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt &c. de re iud.

7 Et hac ſolennitate deus omnipotens uti uoluit, priuſquam Adam primum hominem,& mala Sodomæ iudicaret, nõ quòd aliquid ſibi foret abſconditum, ſed ut iudicibus ſeculi in ſententijs proferendis exemplum daret,ut inquit tex.in cap.deus omnipotentis.ii.q.i.& probatur in.c.qualiter et qñ.extra de accuſat.

8 Abſentem itaque iudicare diuinæ atq; humanæ leges prohibent,ſi modo ex contumacia non abſit.c. abſens.c. Abſentiæ.c. caueant,c.omnia.iij.quæſt.ix.l.ea quæ.C.qũo & qñ iud.l.de unoquoq; ff.de re iud. Et defectus iſte,neque à ſtatuto,neque à ſupre

9 mo principe ſuppleri poteſt,ut de ſtatuto inquit Bald.in l.i.col.i. uerſi.ſed hic quæritur.C.qũo & qñ.ponit Feli.in c. ex parte.el.ii. col.ii.uerſi.Bal.in l.i.extra de off.deleg.de principe eſt tex.in dic. clem.paſtoralis.§.cæterum,& c.i.de cauſa poſ. & proprie.c.inter quatuor.de maior.& obed.tenent cõiter utriuſq; cenſuræ doctores,prout per deciſi.utrunq; ponentem, in conſil.lxiij. uiſo puncto,col.pen.nu.11.& conſ.dclxxxi.col.fi.&.ccccxvi,in teſtamẽto.circa fi.& conſ.dxxviij pro reſolutione.col pen.uerſi. ſi uero lib.iiij.et Rom.ſing. dclxxiiij. Tu ſcis quòd nedum &c.et eſt ſolennis glo.Io.monachi in extrauag.Bonif.VIII.incip.rẽ non nouam.&c.in glo.fi.quæ arguit ad partes, et concludit citationem eſſe de iure naturali,& quòd Papa et Imperator habẽt neceſſe citare,late per docto.omnes in.l.fi.C.de legibus.et Alex. in.d.l.de unoquoque.et conſ.ccxxv.nu.1.lib.vi.et conſ.xi.alias conſului, col.i.lib.vii.Abb.conſi.lxxxiiij Chriſti.in prin.lib.i.et deci.conſil.ccccx.in cauſa.col.iiij.lib.iij.deci.Neap.cccvij.regia maieſtas. in fine.et.d.deciſ.cccxci.et eſt cõis opinio,ut inquit Fel.in.c.cum olim.col.ix.nu.12.de re iud.et Celſ.ad Lanf.in cle.ſæpe.in uerb. omiſſa citatio.de uerb.ſig.et idem aſſerit Boer.dec.ccxlvij.col.iij. et uide eundem Fel.in c. dilecti filij.col.v.uerſi.ſed nota quòd licet exceptio et c.de excep.ubi præmiſſa etiam ponit,inter alia dicens, quòd licet citatio et defenſio tolli non poſſint, modus tamen defenſionis uariari et alterari poteſt, ut ibi per eum, poſt Alexand.dicto conſilio.ccxxv.columna ſecunda, libro ſexto.

10 Solennitas igitur citationis adeo ſubſtantialis cenſetur, ut ſi abſque ea ſententia,etiam in fauorem abſentis non uocati diceretur,

tur,eſſet ipſo iure nulla,ut uoluit Bar. ad reprimendum. in uerb. figura.in fi.& in.l.ea quidem.ubi per Bal.col.ii.in fi.C.quo et quũ et in.l.ſi furioſo.ubi Iaſ.poſt Alex.dixit hoc communiter teneri ff.de re iud.cũ alijs,de quibus per Alex.conſ.cxiiij.lib.vi.& Roma.ſing.cxc.iudex non poteſt.hoc nanq; caſu ad iuris rigorem conſeruandum fieri debuit,ut ibi per eos, adeoque citatio neceſſaria eſt,quòd licet à partibus fuiſſet data poteſtas, etiam abſentibus partibus,pronunciandi,nihilominus citatio requiritur,alias ſententia ſeu laudum abſentibus partibus,& non uocatis, latum eſſet nullum.l.diem proferre.§. ſi quis.ff. de arbi. et tenet Alex. in.l.ſi quis arbitratu col.viii.uerſi.iiij.limita.ff. de uerb. obligati. poſt Imol.in c.cum dilectus.extra de arbitr. prout etiam conſueuit dici de prorogatione inſtantiæ,quia etiam quòd ſit data poteſtas arbitris inſtantiã prorogandi,nihilominus ſi talis prorogatio non eſſet partibus notificata,non ualeret, prout dixit Bal. communiter approbatus in.l.eos.§.Apoſtolos,col.ij uerſi.quæro nunquid.C.de appel.Et quòd ſit communiter approbatus, attestatur deci.qui præmiſſa ponit,& ſequitur in conſil.xxxix.iuridicam.in princ lib.i.et eandem tenet etiam conſi. dcxxxij.qui ſupra,col.ij.num.14.lib.v. utrunque etiam ponit, & doctorum opiniones cumulat Nico.Boer.in decis.cclxxxiij.colum.x.et ita in contingentia facti iudicauit curia Neap.ut per Cap.deci.xciij. in cauſa Athanaſij.numero.5. ab iſto igitur defectu & nullitate partes ſummopere præcauere debebunt.

11 DICAMVS ergo ſuper iſto defectu duplici modo principaliter opponi et diſputari cõſueuiſſe,uno quòd quis nullo mõ fuit citatus, altero quòd et ſi citatus fuerit,citatio (tanq̃ nulla,et illegitima) citatum non arctauit, prout de utroque uidetur tex. in.l.1.§.itẽ cum ex edicto.ibi,quod neque præpoſitum eſt,neque in notitiam præuenit abſentis &c.ff.quæ ſent.ſine app. reſcind.

12 ET Quoad primum,quòd quis nullo modo fuerit citatus, probari conſueuit per modum abnegationis, uidelicet eo ipſo, quòd de contrario non conſtat,quia quis citatus (ſi præſens nõ fuerit) non præſumitur,inquit Bal.per illum tex.in.c. unic.§.ad hæc.in uerb.quòd Imperator.de pace iur fir.& tex.in.c. quod ſicut.ibi.quòd ſi eos uocatos non fuiſſe conſtiterit. et ibi gloſſ. in uerb.uocatos.et in.c.Bonæ.el.j.ubi gl.in uerb.ſingulares. & Panor.ibi,col.pe.in uerb.in ea glo. ponens hoc pro regula de elec. & doctores in c.Albericus.de teſta.et.c.quoniam contra.de proba-

13 ba.quia eſt ſolennitas extrinſeca,quæ regulariter non præſumitur.l.quæcunque.§.fi.ff.de publicia.l.ſciendū.ubi ſcri.ff. de uerb. oblig.& in terminis ponit Bal.in.l.geſta.col.pe.de re iud. et Ab. in.c.Tenor.col.iij.uerſi.extra gl.de ſen.et re iud. cum alijs in propoſito adductis per Fede.conſi.clxv.et Pan. conſi.lxxxiiij. Ieſu Chriſti.ii.col.lib.ii.et Alc.cõſ.cvi.uiſis et opportune. col.pe.li.v.

14 Conſueuit etiam talis negatiua,quòd quis non fuerit citatus, per acta ipſius cauſæ probari,quoniam, id quod ibi nõ apparet, dicitur non factum.l.fi.et ibi ſcrib.per illum tex.C. de reb.cred. ponit Bar.et alij.in.l.fi.C.de errori.aduoc.ponit Bald.in.l.abſen-

15 tem.poſt prin.uerſic.in tex.ibi nunquam &c.C.de accuſa.et Ioãnes Andreas in Speculo,de ſentent.§.ut autem,col.viii. in uerb. citatum.& Felinus in c.quoniam contra col.xv.uerſi. limit.uno modo.de probat.cum alijs,de quibus per deciſi.conſil.dlxxxiij. pro reſolutione.lib.4.ſub nu.6.Vbi igitur citatio non eſt,ibi ſententia deeſt,ut notatur in.l.uir bonis.ff.iudi. ſolui. ponit deciſio. Neap.clxxxij.Quia regia.numero.3,cum ibi adduct.

16 Conſueuit tamen quando quis longe aberat, et in iudicio reperitur præſumi fuiſſe citatum,ut declarat Archid.in.c.propoſui ſti.lxxxij.diſtin.quem refert et pro notabili ſequitur Abbas in dicto capitulo Bonæ,columna penulti. & pro quo facit deciſio. dominorum.cclxxvi.ſi de mandato.in no.

17 Quinimo,etiam ſi citatus non præſumeretur, cum appareat, quòd tempore ſententiæ præſens fuerit,ac ſe defendere potuerit, ſatisfactum eſt legi,quæ ſolennitatem citationis ad hunc effectũ introduxit, et ideo ſententia ualere cum ſolennitas iſta ſit relaxabilis per ſuum æquipollens,ut determinant Bar.Bald.et Angel. in.l.i.ff.de in ius uocan.per text.in.l.de unoquoque.ibi, præſentibus omnibus &c.de re iud.et in.l.ſi etiam.§. fin.ibi, præſente uel uocato.ff.de minor.tenet Bald.alias Tancred. in compendio ſeu practica,in titul.de cita.quæſtione prima,Lanfranc.in dicto capitulo,quoniam contra.in uerb.citationes.nu.1.& Bal.in authẽ. ſi omnes.C.ut ſe ab hæred.abſti.Fel.in.c.i.col.vii.uerſi. nota etiã quòd præſens.de iudi.&.c.i.ii.col.de libel.oblat.ponit deci.conſ. ccccxlix.nu.8.et Caſſad.deciſion,ii.de iud.

18 Citatio nanque ad comparendum in iudicio,non autem ad deliberandum fieri ſolet, igitur qualitercunque pars ibi fuerit, ſatisfactum eſt,quia non curamus de modo, ſi finem habeamus, prout hæc eſt uera & communis opinio, inquit Bald. in addi. Specula.

Spec.in titu.de reo in uerb.qui habeat ius reuocandi. et per eundem in.l.ſi accuſatoribus,col.ij.uerſi.in glo.fuit ibi præſens.C.de accuſat.ubi dicit quòd iſta eſt ueritas, et quòd eam tenent aduocati,quamuis Innoc.et Anto.de But.contrarium tenuerint,et oportune Bal.cōprobat.d.Ab.ī c.tenor.ī fi.extra de ſen. et re iud.

19. Eſt tamen aduertendum quoniam is duntaxat neceſſario citandus eſt,quem principaliter,non ſecundario,uel in conſequentiam negotium tangit.l.nam ita diuus.et ipſi ſcri.ff.de adop.l.i.§. denuntiari.ff.de uent.in ſpi.quem text.in illis uerb.primo gradu hærede inſtituto non etiam ſubſtituto &c.ad hoc plures allegauit Bal.ut per eum in rubri.de ſucceſſ.edi.ad fin.et in.l. iubemus, ij.col.uerſi.citabuntur.C.ad trebel.& in.l.obſeruare.§. proficiſci. de off.procur.& in.l.ab eo.in fi.C.qūo et qñ.ubi dixit quòd pro ualiditate et ſubſtantia iudicij,is ſolum citandus eſt,contra quem petitio dirigitur,ponit Mill.in uerb.citari non oportet. & eſt celebre dictum Innocen.in c.fi.ubi Fel.late congerit.col.ii.in principio extra de maior.et obe.et de quo eſt glo.cōmuniter approbata in d.l.de unoquoque.ut aſſerit.d.Alexā.conſi.lxxxvi.uiſis dubitationibus,col.i.uer.Item licet ſentētia, lib.ij.et in conſ.clvi. ſtantibus,lib.ii.et decla.conſi.xxx.uiſis,col.ii.in fi.lib.vi.et conſ. lviii.uiſo.col.ii.lib.v.ſequitur deci.conſi.ccccxlv.in caſu.col.viii. uerſic.et certe.lib.4.et Capic.dec.cvii.in cauſa Marci.col.ii.

20. Item nedum requiritur quòd principaliter interſit, quinimo oportet etiam ut ueriſimile ſit ipſi abſenti aliquam defenſionem competere,alias ſi certum foret et notorium nullam eidem competere defenſionem,citatio poſſet omitti,cum id,quod aliquo inuito fieri poteſt, poſſit etiam ipſo abſente fieri.l. qui poteſt.ff.de reg.iur.cum aliis in propoſito adductis per Dec conſi.dcxcviij. diuino.poſt prin.lib.v.et Alex.conſ.cxxx.difficultas.col.i.lib.i. et conſi.vi.circa.col.fi.lib.iii.ubi atteſtatur de cōi opinione. hoc etiam tenet idem Mill.in.d.uerb.citari non oportet.requirēs copulatiue iſta duo,quòd interſit principaliter,et contradicere poſſit.et Caſſad.deci.ij.de iud.plenius per Feli.in c. Cū olim.col.vi. uerſi.non eſt citandus is,cui certum eſt defenſionem non compe

21 tere &c.extra de re iud.etiam ponit certos alios caſus,in quibus abſque citatione procedi poteſt de quibus latius per.d.Marianū in rub.de dilat.in.vii, principali art. ubi enumerat caſus.xxx. et Anto.Micell.in tract.de concord.glo.iur.ciuil.et cano. cōcord. lii.ubi enumerat centum et.xv. ſimiles caſus citationem non requirentes,

quirentes,qui tamē potuiſſent ad multo pauciores,ac ſub aliquī bus regulis reduci,& comprehendi,ad eos igitur recurre.

SECVNDO principaliter opponi conſueuit quòd & ſi citatio aliqua emanauit, fuit nihilominus nulla & inualida,& ab ſentē contumacem reddere non potuit,& per cōſequens proceſſus & ſententia illius uigore facti,ipſo iure non ualent, nam ubi eſt uitium in citatione,nunquàm tenet proceſſus in præiudiciū abſentium agitatus,inquit formaliter Bald.per illum tex. à con-
22 trario ſenſu,in authen.ſi oēs.col.ij.uerſi.deinde nota.C.ſi ut ſe ab hæred.abſti.& per eundē in capit.qm̄ contra.in.vi.col. de prob. ubi dixit ꝙ ſententia præcedente citatione nulla,eſt ipſo iure nul la,& eſt glo.fina.in.l.ſi accuſatoribus.C.de accuſ. & ponit idem Bal.in.l.ſi ut proponis.ij.col.C.quomo. & quādo. & in.l.i.poſt princ.C. ne ex delict. defunct. Taliter nanque citatus cōparere
23 non tenebatur,ut inquit gl.in c.in cauſis.in uerb.uenire.de offi. deleg.& gl.in uerb.citet partes in ca. ſtatutum.§. in nullo.de reſcript.in.vi.& glo.fina.in cap.ueniens.de accuſat.& text.in.l.i.in princ.ff.de feud.& cap.fina.extra eo. tit. ponit in terminis deciſ. Neapol ccclxvi.in pleno.colum.fin.cum alijs,de quibus per Iaſo nem in rubr.de in ius uocan.cum ſimil.

24 Hinc uidemus per citationem inualidam non induci pendentiam litis cap.fi.ut lit.pend.in cle.pen.Deci.conſi.ccccixi.nu.28. neque iuriſdictionem perpetuari,ut uoluit Arch.in.c.non ita.in princ.ij.q.vi.tenet Paul.de Caſt.in.l.i.§.i.ff.de ferijs. Prout neque per illam præſcriptio interrumpitur.l.ſi pater,C. ne de ſtatu. defunct.glo.ii.in cap.ut debitus.de appell.

25 Et qm̄ aliquid nō gerere,uel abſque debita ſolēnitate gerere pariſicātur.l.ij.ff.de excuſ.tut.l.fin.C.arbi.tut.l.iii.§.Tutorū.ff.de ſu ſpec.tut.c.i.de tranſl.præl.cū alijs de quibus.per Abb.in cōſ. xc. Omnipotentis,in prin.lib.ij.& Fel.in.c.gratum,num.4.de offic. deleg.& in cap.illud:in.ij.&.iij.col.de reſcrip. And. de Iſer. cap.i. .§.præterea quæ ſit prima cauſa. in uſibus feudo. & Seruien.ſuper regulā de annali quæſt.xlv.&.d.deciſ.Neap.cccIxvi.cū ſimi.

26 Quòd autem citatio fuerit illegitima,inefficax,& inualida,cō tingere poteſt ratione citantis, ratione citati reſpectu loci ī quo, loci ad quē,temporis in quo,& temporis ad quod fit,item ratione formæ ipſius citationis,uel executionis eiuſdē,prout hæc fuit (ut ipſe uocat)algoriſma Ioā.And.in add.Spec.tit.de cita.in.i.ad dit.uer.continuādo.& ibi Bal.in add.col.ſi.uerſi.citatio eſt nulla.

Y 27 RA-

27 RATIONE citãtis, id eſt iudicis decernẽtis ac commit
tentis ipſam citationẽ,nulla eſſe poterit,ſi tẽpore decreti,poteſtas
& iuriſdictio,ſeu illius exercitiũ inſolidum aduerſus eum quẽ ci
tari mandat,ſibi non cõpeteret,prout in.c.cum cauſam.& ibi po
nit Abb.nu.3.& cap.prudentiã.num.6.de offi.deleg.& Specu.d.
tit.de citat.§.Iam de citatione.col.v.uer.hoc autem nota.
Seu quòd alias ratione cauſæ,aut litigatorũ,temporis,loci,uel
alias,Iudex notoriæ foret iucompetens,prout per multa exem-
pla ſatis dictum fuit ſupra de iuriſdictione loquendo, quæ hic
pro repetitis,quoad defectum citationis ex parte citãtis, citati,
& utriuſque tẽporis,& loci,haberi poſſunt. Nam ubicunque ex
28 facie ipſius citationis apparet iudicis incompetẽtia,aut quòd ea
dem citatio ſit alias iniuſta, & temeraria ex uitio in eadem ex-
preſſo,uel ſaltem notorio, ipſa impune ſperni poteſt prout eſt ce
lebris Theorica.d.Inn.in.c.præterea,col. pen.in prin.& in finali-
bus uerbis,extra de dilatio.& exẽplum habes in cle. paſtoralis,
de re iud.& aliqua exẽplá in.l.contumacia.cũ ſeq.ff.eo.ti.& mul
ta ſimilia exẽpla ponit Bald.in.d.add.Spec.de cita.col.fi.& plura
ponit gl.in c.ſi epiſcopus.iii.q.ii.& gl.fin.in ca.ueniens.de teſtib.
& Spec.d.tit.de cita.§.i.col.iii.cum ſequẽt.& Anchar. in clem.i.
ii.col.uerſi.ij.de iud.Bar.& Ang.in.l.iii. &.l. ſi quis ex aliena. ff.
de iud.ponit etiã Abb.& Franc.in.c.cum ordinẽ in fin. & idem
Abb.in.c.ſuper literis.nu.9.ubi gl.in uerſi.niſi forſan.de reſcrip.
& c.cum ſpeciali.nu.14.& c.ſi duobus.nu.9.de appel.c.ii.nu.16.
de dilat.c.cum olim.et infra.nu.3.de exception.& c.i.nu.10. de
noui ope.nunciatio.&.c.fin.extra de foro comp.cum ſim.in qui
bus locis reperies,ꝙ utrunque notorium fuerit, iudicem citantẽ
non habere iuriſdictionẽ,uel ipſi citato declinatoriã competere,
aut citationẽ ipſam ex ſui facie eſſe iniuſtam, ſeu temerariam,&
prout iacet adimpleri non poſſe,impune ſperni poſſe, de quo po
nit etiam Fel.in.c.ii.col.v.uerſi.gl.in uerbo ineuitabili. de teſtib.
& idem Abb.per illum tex.in.c.niſi eſſent.nu.3.de præben. ubi
29 uoluit in dubio citationẽ debere præſumi iniuſtã, niſi à circun-
ſpecto iudice cõmiſſa ſit.Sed quia in præmiſſis, & ſimilibus caſi
bus quãdo citatio emanauit,proceſſus redditur nullus potius ex
defectu ptãtis & iuriſdictionis iudicis, q̃ ex defectu citationis.
Idcirco cũ Ioan.And.& Bald.extra materiã loquimur, nec opus
eſt illorum algoriſma ulterius formaliter proſequi,& declarare.
30 Redeundo igitur ad defectus citationis,dico illam debere eſſe
talem

talem ut citatus plenã,et particularem cognitionẽ actus fiẽdi,habere poſſit,ac liberã facultatem,ſi uoluerit,illi contradicẽdi.cum ad iſtum finẽ ſolennitas citationis fuerit adinuenta (ut diximus ſupra)& ponit Ioan.And.in nouella,in c. fi.de elec.in.vi.ſi citatio non foret clara,ſed talis ꝙ citatus ad ſe defendendum inſtrui non potuiſſet,ut puta æquiuoca, uel obſcura, non arctaret citatum,nec ipſum faceret contumacẽ,per text.magiſtralẽ in.l. cum qui aliter,et.l.fin.§.fi.et ubique Bart.ff.quod ui aut clam.Lanfrã. in.d.c.quoniam contra.in.§.citationes. uerſic.v.quæro extra de probat.& ponit Alexan.conſil.cxxxvii.num.13.lib.ii.

31 Idcirco pro ualiditate et ſubſtantia citationis requiritur imprimis quód ad partis inſtantiam,per competentem iudicem,ac in tempore debito decernatur,cum inſertione nominis, et poteſtatis ipſius iudicis,(maxime ſi foret delegatus , et citatio fieret de longinquo,tũc enim deberet inſeri poteſtas ſeu delegatio eiuſdem)ac etiam nomen et cognomen litigatorum,uidelicet illius, ad cuius inſtantiã decernitur,et illius , contra quem fuit decreta, et ſpecificari nomen ſeu titulus cauſæ,uel actus ad quem citatur, ac locus ſeu tribunal,ad quód et terminis pro quo quis uocatur, ac etiam in forma ſolita,et per uerba conſueta concipi et formari,alias ſi citatio in præmiſsis deficeret, regulariter non ualeret, pro quorum maiori declaratione aliquid eſt dicendum.

32 Imprimis dixi quód citatio per iudicem decerni et committi debet,quoniam quælibet citatio,ſiue realis,ſiue uerbalis,per iudicẽ committi debet,prout de reali id eſt captura perſonæ eſt tex. in.l.ii.ibi accommodetur aſſenſus.et.l.fin.C.de exhib. reis.uolentes neminem exhibẽdum,niſi is de cuius exhibitione iudex pro
33 nunciauerit,et hoc ibi tenent Bart.Bal.et Sali.et procedit de plano,qñ in tali citatione cognitio cauſę requiritur ſiue captura ob cauſam ciuilem fienda ſit,prout in.l.nemo carcerem.C.de exact. trib.lib.x.Siue ob cauſam criminalem,ut loquitur dicta lex nullus.et ponunt Archid.et Ioan.Andr.in.c.ſi clericos, de ſententia excommunication.in.vi.quos refert.Bald.in.l.quod euitandi.in fine.C.de condic.ob turp.cauſ.Cauſæ autem cognitio ad iudicẽ, non autem ad merum executorem,uel eius officium ſpectat , ut
34 cuique notum eſt.Quinimo ad citationẽ hmõi realem, id eſt capturã à iudice impetrandam, ſpeciale mandatũ requiritur,prout conſuluit Bart.conſil.lxxxiii.incip.in cauſa Staſij.quem pro notabili ſequitur Felin.in.c.i.col.v.uerſi.i.itaque ſit. de iudi.de quo

uide Alex.conſil.cxxxiii.circa lib.vi. Et loquimur regulariter,
quia in certis caſibus lex capturam etiã priuato permittit, ut in
debitore ſuſpecto fugiente,iuxta.l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.ff. de
his quæ in fraud.cred.uel in aliquẽ offendente,quia licet offenſo
ipſum capere.l.nullus.C.de Iudæ.Idem in falſo monetario, ut in
l.unic.C.de falſ.mone.et in deſertore militiæ,latrone publico,ra
ptore,uirginis,fure manifeſto,et ſimil.ut tot. tit.C. quã licet ſine
iud.et ponit Gãd.ĩ li.maleſi.ſub ti.de cita.uerſi.et nota ꝙ citatio.
De citatione uerbali,quæ per nuntiũ,ſeu præconẽ,uel tabellio
nem,fieri conſueuit,ꝙ à iudice committi debeat probatur in.l.cũ
clericis.ibi,ſententiarum tuarũ authoritate pulſantur, ubi glo.in
35 uerb.ſententiarũ.et Bal.ibidẽ.Volentes decretum citationis eſſe
interlocutoriam:et quòd diſcretus iudex ipſam cõmittere nõ de
bet,niſi prius partis petitionẽ audiuerit.C.de epiſco.et cleric.hoc
idem probatur in.l. ſed ſi hac.§. prætor ait in ius, ſine permiſſu
meo ne quis uocet.etc.ff.de in ius uoc.et in.c.de illicita.circa me
diũ.xxiiii.quæſtio.iii.et in.c ex parte.in uerb.authoritate iudicis
citatus etc.extrà de reſcrip.et in.§.quadrupli.ubi doctores.inſti.
de actio.et in.l.fin.in prin.in uerb.poſtulauit.C.de bon. author.
iud.poſſid.ita determinat Bal.ſeu Tancred.in ſumma,in titul.de
citati.quæſt.v.et idem Bal.in.l. conſentaneum.ii.col.C. quomo
36 do et quando.Inno.tamẽ in c.quoniã contra.in uerb.citatio uo
luit ſufficere cõmiſſionẽ generalem nuncijs de quemlibet citãdo
ſemel factam quod Ang.ſe plures practicaſſe aſſerit in.d.§.qua-
drupli,dicens ꝙ prima die,qua officiũ ingrediebatur,dabat nun-
cijs illius curiæ generalem licentiã,quaſcunque citationes,tam ci
uiles,quàm criminales,et cõtra quoſcunque ex parte ſua faciẽdi:
pro quo facit gloſſ.in.l.i. in uerb. traditus.C.de ſport. dum uult
nuncium in principio cauſæ electũ, poſſe in eadem cauſa citare
37 uſque ad finem abſque alia iudicis commiſſione:ſed iſtam pra-
cticam Angeli reprobat Iaſ.in.d.§.quadrupli.uerſic.Quartò no
ta,per doctrinam Bar et aliorũ.in.d.l.fi.C.de exhiben.reis.et per
tex.in.l.i.C.de iur.do.impetr.ubi idẽ Bar.expreſſe uoluit nõ ſuf-
ficere generalem commiſſionẽ nuntio factã de citãdo,ſed nomi
na et cognomina citandorũ exprimenda eſſe:quẽ ſecutus.eſt An
ge.in lect.Florẽ.in.l.fi.col.v.& ibi Iaſ.col.i.C.de edic.di.Adr.tol.
ſed.et idẽ Ang.in trac.maleſi.in uerb.iudex cõmiſit,uerſ. et benè
nota quòd in proceſſu.et facit text.in capi. conſtitutionem. ibi,
quos monet,exprimat nominatim.de ſenten.excommun.in.vi.

ponit

ponit Felin.in cap.i.uerſic.tertia concluſio.de iudic.

38 Idcirco Bald.in.l.ſi quando.in ult.col.uerſi.xii.quæro.C.de teſti.pro concordia diſtinguebat,quòd ſi citatio uerbalis,cauſæ cognitionem,ſeu iudicis motum requirebat: puta ut quis e longinquo citaretur,iuxta tex.in.l.ii.in prin.C.de exhiben. reis,uel perſona citãda eſſet illuſtris,uel in dignitate conſtituta, iuxta tradita per Bart.in.l.quoties.C.de dignitat. lib.xii. et Anton. Corſet. in ſingul.in uerb.licet citatio. Aut citaretur quis in cauſa criminali,uel etiam ciuili ad perſonaliter comparendum,iuxta notata in.c.fina.de iudic.in.vi.et.l.fina.C.de procur.Guid.Pap. quæſti. cclv.quis.his et ſimilibus caſibus Bal.requirebat ſpecialem commiſſionem,in reliquis uerò cognitionẽ non requirẽtibus, puta in obſeruatione telæ iudiciariæ:uel quãdo citandus prope eſt,et modicũ uerſatur præiudicium:ſufficeret generalis facultas,à principio huiuſmodi nuncijs ſeu citatoribus cõceſſa.et ita inquit Florentiæ obſeruari,et theoricam Innocen.Intelligendam eſſe, quã diſtinctionem ſecutus eſt Alex.ad Bar.in.d.l.ſi.et Fel.poſt Aret. et alios in.d.c.j.uerſi.Tertia concl.de iud.Ioan. Fabri (prout refert Iaſ.in.d.§.quadrupli.uerſic.ult.unum non omitto &c.) dicit de conſuetudine in pluribus locis nõ ſeruari,ꝙ citationes ſine decreto iudicis nõ fiant,quinimò ad ſimplicẽ petitionẽ partis, ſine ulla iudicis cõmiſſione fiũt.et Ioan.And.(ut refert.d. Abb.in.c. quoniam cõtra.in uerb.citatio.)dixit ꝙ communis eſt obſeruãtia,ut tales commiſſiones de citando nuncijs factæ, in actis nõ ſcribantur:prout refert etiam et ſequitur Auguſt.de Arim. conterraneus meus ad Angel.in.d.§.iudex.uerſic.et bene nota.in fi. addit.In curia autẽ(propter citationes quæ fiunt de longinquo) authoritas ſeu decretum iudicis pro aliquem in ciuili cauſa citãdo requiri non conſueuit: ſed ſeruatur diſtinctio Bal.

40 Et aduertendum erit,quoniam ubicunque commiſſio & de-

41 cretum citationis requiritur,de his formiter cõſtare debet: quia nuntio referenti ſe aliquem, de commiſſione iudicis,citaſſe,quo ad probandũ ipſam commiſſionẽ, non crederetur,ſed duntaxat quoad citationis executionẽ:cum in hoc officium ſuum,in quo iurauit,uerſetur:prout determinat Ioan.And.in Spec.in tit. de citatio.§.i.uerſicu.ſed nunquid credatur.Ioan.de Imol.in.l.ex conſenſu.§.cum qui.ff.de appell.Bal.in.l.his ſolis,C.de reuoc. donatio.et in ſumma ſeu practica ſua ſub tit.de citation.quæſt.x.ſentit Bart. ad reprimendum.in uerbo nuncium. in fin. tenet Imol.

et Anto.poſt gloſſ.in uerb.nuntius in.c.comparati. extra de appell.ubi dicunt quòd cõmiſsio huiuſmodi in actis per notariũ ſcribi debet,et eſſe contra quamplures curias:quarum proceſſus ex hoc,niſi ex conſuetudine ſuſtineantur,corruerent:et ponit Felin.in c.i.in uerb.Quarta cõcl.de iud.eſt cõmunis opinio ſcribentium;prout atteſtatur idem Feli.in.c. quoniã contra. ſuper gl.in uerb.citationis.col.viii.et in.d.c.i.uerſi.iiii. cõclu.ubi aſſerit hoc ibi tenere omnes doctores.Idẽ atteſtatur Franci.de Aret.in cõſ. xxxiiii.ad hoc relatus per apoſtillã ad Angelũ in.lib. malefic.in .§.iudex cõmiſit.uerſi.et bene nota ꝙ in proceſſu meo fol.224. prima facie.late de hoc per Ludouicum et Alex.in.l. ſciendum, in ultima colum.ff.de uerbor.oblig.et ponit idem Alexan.conſilio.cxxiii.uiſo proceſſu.lib.ſecundo.

Contrarium tamẽ,uidelicet ex relatione nuncij in actis facta præſumi iudicis commiſsionem præceſsiſſe, et illi in hoc credi debere multi tenuerũt,uſqueadeo quòd Iaſ.in,d.§ quadrupl.uerſ. refert etiam circa etc.referat hoc magis communiter teneri, enumerans quamplures doctores id tenentes.et Bal.in.d.l.fin.C. de exhib.reis.aſſerit in cauſis ciuilibus de conſuetudine obſeruari,
42 quòd conſtito de relatione nuntij aſſerentis ſe iudicis mandato citaſſe,præſumitur commiſsio,quamuis de iure uerius ſit nuntio talia referenti credi non poſſe,de qua conſuetudine meminit idẽ Bal.in l.cum cleric.col.j.in uerb.gloſſ.in uerbo memoratus etc. C.de epiſc.et cler.quod latisſime poſuit Salice.in.l. tres denunciationes.et Angel.Bald.et alij in.l.conſentaneum. C. quomodo.et quando. iud.cum ſimili.inter quas uarietates ſtylo et conſuetudini curiæ in qua fueris,adhærendum erit.

Prout etiam tabellioni de officio conſcribendi acta ſibi commiſſo per iudicem atteſtanti,non crederetur, ſecundũ Bald. in.l. iuſiurandi,col.iii.C.de teſtib.firmat deciſi.Neap.cccxvii. in cauſa,et Guid.Pap.quæſt.cxxvi.in hac cur.et eſt communis opinio doctorum,ſecundũ Alexand.conſi.ccxiii.uiſo.colum.ij.uerſicu. quinimo.lib.ii.et conſi.ccxii.pondera.colum.iiii.uerſi.præterea. lib.vi.et conſil.ciiii.circa.in fi.lib.v.Nam etiam idẽ tabellio acta hmõi,niſi iudice mandante uel ſaltim præſente, conſcribere non poſſet,et ſecundum eundẽ Bal.in.l.j.colum.viii.C.qui accu.non poſſ.et Anto.de Butr.in.c.tuis.colum.j.de teſtibus,et Fel. in capit.quoniam contra.colum.vii.de probat.deciſio Neapol.cxlv. Magnifici.num.8.et Deciſio,conſil.lxxxii. colum.i. in fin. ubi, loqui-

loquitur de receptione teſtium abſque commiſſione iudicis, ꝙ non ualeat lib.i.et idem tenet Hipp.in.l.patre.uerſ. et an generaliter notario.num.18.ff. de quæſtio.præmiſſa etiam ponit et declarat Nicol.Boer.deciſ.parlam.cclviii.per totum.

44 Et nedum citatio à iudice committi, ſed quòd ad inſtantiam partis talis commiſſio fiat, requiritur: prout probatur in.d.ca.i. in uerb.petiſſet. ubi hoc ponunt ſcribentes. extrà de iudicijs, et in.l.ad peremptorium.ubi Guido de Suſa.et Paul.de Caſtr.circa fin.de iudi.aliàs citatio non ualeret: cum iudex ad priuatam utilitatem officium ſuum non petitum impartiri regulariter non debeat: ut inquit Bart.in.l.iiii.§.hoc autem de dam. infec. quem ad hoc refert Lanf.in.d.c.quoniam contra.in uerb.citationes.nume.5.idem tenet Ioan.Mill.in uerbo.citatio non poteſt fieri, et Bart.in.l.ceſſante in fin.C.quomo.et quando iud.et in.l.ſi finita.§.Iulian.colum.ij.uerſi.hic ſunt dicenda.ff.de dam.infect.Iſto tāmen caſu,tum ob impenſam,quæ in citatione fienda, et exequēda fieri conſueuit:tum quia talia abſque partis inſtantia commu-

45 niter non ſolent expediri: poſtquam de relatione nuntij conſtiterit,ꝙ citatio ad inſtantiam partis fuerit decreta,& executa,præſumetur: prout declarat idē Guil.in d.l.ad peremptoriū et tenent Ant.Imol.Fel.Abb.in.d.c.i.in prin.de iudi.et Lanfranc.et Mill. in locis de quibus ſupra.et uide Deci.cōſi.cccclx.uiſo.in fin.

46 Diximus etiam,quòd citatio debito tempore decerni et committi debet: quoniā ſi tempore quo iuriſdictionis exercitium ſuſpenſum eſt,puta tēpore in honorem Dei feriato, decerneretur: decretum huiuſmodi non ualeret prout uidetur tex.in.l.fin. ibi, nulla quenquam urgeat admonitio etc. et ibi, taceat apparitor, præconis horrida uox ſileſcat.ubi hoc firmat Bal.C. de ferijs et idem Bal.in.l.cū clericis,uerſi.in uerbo memoratus.C.de epiſc.et clem.et in add.Spec.in tit. de citatio. col.ii. uerſic. præſens non eſt citandus etc.et ratio eſt ſecundum ipſum: quia citatio, prout reſidet ī iudice,eſt de proceſſu, ideo tēpore feriato fieri non pōt.

Contrarium tamen,uidelicet,quòd uerbalis citatio die feriata, pro die non feriata,decerni et cōmitti poſſit,tenuit Bar. in.l.i.§. nuntiatio.ff.de nou.ope.nunciat.quē ſequitur Lanfranc,in.d.ca. quoniam cōtra.in uerſi.citationes.num.15. et hanc opinionem amplectitur et ſeruat Rot.ut apparet deciſi.ccclxvii.ſi cōmittatur cauſa.in not.quæ atteſtaī ꝙ hæc eſt reſolutio modernorum in.c.fin.extra de ferijs. et idem temporibus noſtris ſecuta eſt etiā

Rota:ut per Gaſſad.deciſi.v.in fi. de dol.et contuma.huius ratio eſt: quia decretum huiuſmodi non requirit cauſæ cognitionem, ſed in domo,& parte non uocata,expediri ſolet.ut ibi per eos.

Idem dicitur de executione, ex quo illa eſt quid facti, & per nuntium,non per iudicem fit.idcirco cum non ſit actus iudicialis,etiam die feriato fieri poterit,maxime quia in diem iuridicā, pro qua fit,executio refertur.argum.l.in tempore.ff. de hære.in ſti.& hoc tenet Ioan.And.in.c.conqueſtus.extrà de feri. ubi dicit quòd quicquid ſit de iure,de conſuetudine ſeruari, quòd ſi cō miſſio citationis fiat nuntio in die iuridica, licet exequatur in die feriata,executio toleratur,Idem quod talis uigeat conſuetudo,& approbata ſit,atteſtatur Bald. ſeu Tancred.in ſumma titu. de citation.quæſt.vij.quamuis de iure doctores contrarium cōmuniter teneant,per.d.l.fin. prout de communi atteſtatur idem Lanfranc. in dicto capitulo. quoniam contra. in.§. citationes. uerſiculo.tandem quæritur, ubi dicit ꝙ uera & communis opinio eſt,in qua doctores omnes concordant quòd citatio nō ualet,ſi fiat die feriata,in honorem Dei pro die non feriata,ſecus ſi tempore feriato ob neceſſitatē hominū, de quo late per Oldra. Bar.& alios in.d.l.i.§.nunciatio.ff.de noui ope.nuntiat.& in.d.l. fin.& ſic(ſaluādo Rotā)intelligere poſſes eam loqui de ferijs in fauorem hominū introductis,prout in ueritate loquitur, quam uis ratio ipſius inferat idem tēpore feriato in honorem Dei.

47 Diximus etiam in citatione prima, quæ de longinquo fienda eſt,ultra expreſſionem nominis & cognominis iudicis poteſtatē,quam iudex habet incitatū,maxime ſi eſt delegatus, inſeri debere,aliàs citatus non comparendo, non fieret contumax,c.præ terea ubi hoc tenent Inno.Ant.de But.& Ioan.de Imol. de dilat. & in.c.cum in iure.de off.deleg.tenet Spec.in tit.de citatio.§. ſequitur,uerſic.utrum autem citatio.& Anchar.in clemen.prima. colum.ij.uerſi.ult.quia de iud.& Bart.in authen.qui ſemel. colu. tertia,uerſi.expeditis.C.quomod.& quand.Bar.& Ang.in.l.ij.ff. ſi quis in ius uocatus &c. tenet Abb.in.c.cum ex officij.colum. vij.uerſic.dico quòd niſi exprimat poteſtatem quam habet, nō tenetur cōparere citatus &c.extra de præſcrip.& Lanfran. dic.c. quoniam contra in princ. uerſ. Sciendum eſt autem quòd delegationes.ubi dicit ꝙ cauti iudices hoc optime ſeruant. Quamuis proceſſus foret ualidus, ſi citatus compareret, tenet etiam Guid.Pap.quæſt.cclxxxvi.iudex.in fi.cum ſimil.

48 Et de nomine et cognomine iudicis in citatione exprimēdo, ne citatio ſit dubia,æquiuoca,et incerta,ſatis probatur in.l.ante-penul.et ibi Paul.de Caſtr.ff.de iud.ubi ſi iudex inter alia in proprio nomine erraſſet,citatio uiciaretur,ſi modo pars ſponte non compareret,per illum tex.et l.fi.& ibi Bart.C. de hæred.inſtit.& Alex.ad Bar.in.l.demonſtratio.col.v.uerſi. quid in iudicijs.ff.de condic.et demonſtr. ubi refert Cumanum ita tenere, in.l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de lega.primo.& ponit Specu.in titul.de citā.§.Iam de citatione.in princip.& Abb. in c.cum bonæ.nu.i.de ætate et qualit.et facit deciſi.cx. ſi citatus,in no.dum uoluit non ualere citationem quòd quis corā ſe,uel alio cōparere teneatur.

49 Diximus etiam in citatione nomen & cognomen partis inſtantis,ac titulum cauſæ ſeu rei,ſuper qua ſit,exprimi debere, ut citandus certiorari poſſit,ad cuius inſtantiam fuit decreta, quoniam ſi non fuiſſet perſona legitima,decretum non ualeret,ut cōſuluit deci.conſi.cccxli.in fi.lib.4.Item ad effectum ut idem citatus melius deliberare,et ne ipſe actor in præiudicium citati, uariare poſſit,ut probat in c.fi.ubi gl.in uerb.nominis. extra de reſcrip.et argu.l.idem Pomponius ſcribit.§.fi.ff.de rei uend.et.l.cū certum.ff.ſi cert.peta. debet igitur nomen et cognomen apponi, prout in.l.i.ff.de lib.et poſthum.uel aliquod ſignum ſeu demonſtratio indubitabilis,per quam citatus certiorari poſſit, ut docet tex.in.l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæredib.inſti.Nam ſi plures forent eiuſdem nominis,niſi citatio declararetur,iudicaretur temeraria,et non arctaret,ut notatur in.l.eum quem temere.ubi Paul.de Caſtr.ff.de iud.poſt Bald. et Ang.ibi. et idem Bald.in.l. non ignorat.in fin.C. de fruct.et lit.expen. et præmiſſa declarat Bartol.in.l.demonſtratio.columna quinta.uerſic. Sexto quæritur.et in.l.in teſtamento.ff.de condict.et demonſtrat.

50 Et quòd cauſa,propter quam quis citatur, ſeu titulus in citatione exprimendus ſit,alias dicatur indiſcreta, et obſcura,probari uidetur in.l.ex quacunque cauſa.ff.ſi quis in ius uocat. et in c. Maximilianus.cum ſua gl.lxxxi.diſtin.et c. ſi primates,quinta quæ.ij.c.ulti.in prin.de dilat.c.cum dilecti. de dolo et contuma. c.licet.de accuſat. in quibus Papa tam in ciuili quàm in criminali citando exprimit cauſam : et ita tenet poſt Specu.Ioan.Andr. in titu.de citat.§.i.col.vi.in uerb.certum.et Bal. in pract.eod.tit. q.i.col.fi.et Abb.in.d.c.licet poſt Bartol.in.l. inter accuſatorem.

51 ff.de pub.iudi.commiſſio namque et decretum citationis (ut di-

ximus) reputatur interlocutoria,ut uoluit glo.in.l. ſi interpellez tur.ff.de arbit.& in.l.cum clericis.C.de epiſcop.& cler.& Barto. in.l.quoties.in fin.de digni.libro.x.unde requirit aliquam cauſæ expreſſionem argu.l.filiusfamilias.§.diui. cum ibi notat.de leg. ij.per quam rationem hoc tenuit Bal.in authen.offeratur.col.iij. uerſi.ſed hic quæro.C.de litiſcont.quòd dixit maxime procedere in delegatis. quia in ordinarijs præſumetur cauſa ſecundum ipſum,ut in.l.conſentaneum.C.quomodo,& quando,iud.

52 Nec intelligas quòd in citatione neceſſario ſit libellus inſerẽdus: ſed ſatis erit in ea, ſaltim in genere cauſam exprimere, ob quam quis uocatur: ſi tamen libellns inſereretur,tolleretur citato facultas dilationem ad deliberandum petendi,cum ex illo taliter inſerto,ſatis certificari et deliberare potuerit: prout loquitur tex.in.d.c.ij.de dilat.& declarat Paul.de Caſtr.in.l. ſi finita.§.Iulianus.de dam.infect.per.d.l.primam.C.de reis exhib.& de quo per Bar.ad reprimendum. in uerb. ſuper crimine. & Petrum de Ancha.in clem.i.de foro competent. & quòd in ciuili cauſa non ſit dè ſubſtantia,ut in citatione inſeratur ſeu tranſmittatur copia libelli eſt communis opinio doctorum: ut per Bart. & alios in dicto.§.Iulianus.& in authent.offeratur.C. de litiſcont. per modernos,in rubr.C.de edẽ. et quòd ſit communis atteſtatur Ang. in li.maleficio.in.§.iudex commiſit.in princ.col.ii.in fi.ubi Auguſt. conterraneus meus refert Angel. poſt Cy.in.l.ſicuti.C. de præſcrip.xxx.anno dixiſſe,quòd quicquid ſit de iure, conſuetudine non ſeruari, quòd copia libelli incitatorio mittatur, intelligens tam de ciuili quàm criminali iudicio: cum (quo ad fien-

53 dam citationem) iſta duo iudicia æquiparantur.l. abſentem.§. i.ff.de pœn.l.inter accuſatorem.et ibi gl.ff.de pub.iud.

54 Et nedum cauſa,ob quam quis citatur,quinimo et cauſa cauſæ,id eſt actus explicandus, in citatione inſeri debet,puta, quòd quis citetur, in cauſa Romana prædii, ad uidendum iurare te-

55 ſtes &c.prout in.c.ii.de teſtibus.c.cum olim.eod.ti.c. conſuluit. de off.deleg.cum alijs,de quibus per Rot.deci.x.& deci. clxxii. ſi teſtis.in no.Vel citetur ad uidendum productionẽ inſtrumentorum,& dicendum contra: ut declarat Aegid.concluſi.xxviii. termini.et habetur in.l.iudices.C.de fid.inſtrum. & per Baldum in.l.ſi quando.in fi.C.de teſtibus.et ponit Rot.d. deciſion.x. uel citetur ad dicendum contra articulos ſeu poſitiones,ut per Rot. deciſio.xciii.Iudex.in not.late per Felin.in.c.in nomine domini.

nume,

nume.xxxi.de teſtib.ita etiam nominatim ad omnia alia, quæ in iudicio facienda incumbunt,quis uocabitur,ut eſt tex. in.c.cũ qui.de.dol.et contum.lib.vi.ponit Bar.in.l.qui ante Calendas,in fin.de uerb.obli. et facit tex.in.c.ad petitionem,et ibi Inno.de accuſ.c.ſi a iudice,in fi.de ap.lib.vi.c.cum contingat, de off.deleg.l. de unoquoque.ff.de re iud. ponit Bart.in.l.conſentaneum.ij.col. in princip.C.quomodo,et quando,in quibus locis probatur,ad quamlibet interlocutoriam alicuius ponderis,ſeu præiudicij par
56 tem citari debere: prout etiam uidemus,quòd quis nominatim ad ſententiam audiendam citandus eſt,alias (etiam quòd præcederet citatio ad cauſam, uel ad audiendum uoluntatem domini) ſententia illius prætextu lata,non ualeret,ut uoluit gl. in cle. ſæpe,in uerb.ad id,de uerb.ſignifi.et Bar.in.l.ſi.in fi.C. de annal.except.et melius in extraua.ad reprimẽdum,in uerb.ſuper crimine. But.in.c.cum ceſſante,de appella.Geminia.in c.ii.de dol.et cont. lib.vi.ponit Fel.in.c.conſuluit,nume.16.de off.deleg.et Alexan. conſi.cv.num.5.lib.x.et eſt deciſ. dominorum de Ro.cccxlij.re tento.in no.Capic.in dec.Neap.deciſio.i.col.ix.uerſicu.tamen in
57 præſenti.Et quòd citatio ſpecialis, et ad quemlibet actum iudiciarium fieri debeat,nec ſufficiat generalis,tenuit Inno.in.c.conſuluit,de off.deleg.& ſentit Bar.in.d.l.ſi.de ann.except. latius declarat Bal.in.l.conſentaneum,col.ii.uerſicu.quæro nota.C. quomodo,& quando,iud.& idem ſentit in.l.termino, columna tertia,uerſic.ſed nunquid.C.de fructib.et litium expenſ.et facit tex. magiſtralis in dicta.l.eum qui aliter,et.l.fin.ff.quod ui,aut clam. requirens ſpecificam, et indubitabilem notitiam actus fiendi, quod optime in Ro.cu.ſeruatur.

58 Diximus etiam debere exprimi in citatione nomẽ,et cognomen ipſius citandi ad fraudibus,quæ committi poſſent, obuiandum: argum.notariorum in cap.ſedes,et c.quia nonnulli,de reſcript.et c.cum in multis,eodem titulo,lib.vi. Ac etiã ut citatus nunquid ipſum citationis decretum comprehendat, cognoſcere poſſit.argumen.text.in capitulo ſignificante, et capitulo Rodulphus,de reſcript.et ad tollendam æquiuocationem, ut citandus ſcire poſſit,an ipſe idem ſit, qui in citatorio continetur,iuxta doctrinam Bartol.in.l.in teſtamento,et in.l.demonſtratio, in ſexta quæſtione.ff.de condict.& demonſtrat.&.l. duo ſunt Titii.ff. de teſtamentar.tute.&.l.idem Pomponius ſcrib.§.finali,ff.de rei uend.per gloſſ.in uerb.nomina,in dicto capitulo, cum in multis,

tis.et ponit Spe.in tit.de cita.§.i.uerſi. Item quòd per clauſulam, & faciunt poſita per gl.tertiam,in c.quoniam Abb.de off.deleg. & Rot.deciſi.cxxxiii.error nominis, in no. quæ uult quòd ſaltem debet conſtare per circunſtantias,quòd ille ſit,de quo quæritur,et per Aegid.clxxxiiij.proceſſus,et Ioã.And. in addit.Spec. in.§.iuſta.uerſi.item etiam, de ſen.dum uoluit , quòd licet iudici conſtet nuntium retuliſſe citaſſe A.quando erat alius eiuſdẽ nominis,nihilominus non ualebit eius ſententia,cuius dictum retulit Alex.et Bar.in.l.ſi finita.§ Iulianus.col.iiii.in uerb.reprobari, de dam.infect.et faciunt quæ ponit Paul. de Caſtr.in.l.eum quẽ temere.ff.de iud.cum ſimil.Et ſcias quòd regulariter ad perſonã alicuius demonſtrandã nomen cum duabus demonſtrationibus exprimi debet,ut per Bar.in.d.l.demõſtratio,in.vii.q.et in.l.forma.p illũ tex.ff.de cẽſ.cũ aliis, de quib.p dec.conſ.xiii.col.ſi.li.ii.

59 Qñ igitur expreſſe in citatione quis nominatus non fuit,etiã quòd eſſet apposita generalis clauſula de citãdo oẽs quorum intereſt,&c.executor uigore huiuſmodi clauſulæ,aliquam certam perſonam in citatorio non ſpecificatam,citare non poterit: cum ſuper non ſpecificatis non competat effectualiter poteſtas, c.paſtoralis,ubi gl.ſi.arguens ad partes de reſcrip.et in d.c.cũ in multis,in uerb.quorum,de quo in dec.ccccxix.ſi impetratur. in no. ubi compilator cum multis aliis hanc partem ſecutus eſt,dicens hoc maxime procedere extra curiam,ubi iudicis de facili ſuper perſonis,ac nominibus,et cognominibus citandorũ ſe informare poſſunt,quamuis in curia ob locorum diſtantiam , aliqñ talis citatio ex benignitate tolleretur . Et ob iſtã cauſam in reſcriptis conſueuit apponi illa clauſula.Cum poteſtate citandi,tam in curia,quàm extra eam,omnes ſua intereſſe putantes,in executione citationis,ubi,et quoties opus fuerit exprimendos.

60 Regulariter nanque uigore illius clauſulæ, ac poteſtatis de citando oẽs quorum ſua intereſſe putauerit,licet talis commiſſio, et citatio de iure ualida ſit,prout habetur in c.ſignificauit,de teſt. quem in propoſito adducit Bald.in authent.ſi quis ab aliquo.C. de teſtib.gl.et alij in.l.ea quidem.C.ſi mancip.ita fue.alie. & Bal. in.l.diffamari in.i.col.uerſi in tex.ibi,ſi defenſionibus,&c. de ingenuis,et manumiſſ.et idem Bal.in.l.ab eo.in ſi.C.quo,& qñ,& in l.proſcriptione,col x.uerſi.modo queritur.C.ſi contra ius uel util.public.Ang.et alii in l.de pupillo.§. meminiſſe. de no.oper. nunciat. Et executor illius clauſulæ uigore poſſit citare in gene

re

re omnes quorũ intereſt,prout legitur,et notatur in c.fi.de elec. in ſexto,et c.cum in tua.extra qui matri.accu.poſſ. Citatio tñ,& executio huiuſmodi non eſt contra aliquem in ſpecie arctatoria ſed tantummodo monitoria, adeo quòd per illam datur optio cuicunque,ut ſi ſua intereſſe putauerit ad cauſam poſsit comparere,non autem cogitur,ut notat Innoc.Hoſtien.et alii in cap.dilecto de exceptio.et tenet Rot.deci.cccxix.et Mil.in uerb.citatio quã fit in genere,col.xiiij.et Bal.in d.l.conſentaneum,col.pen. uerſi.in.i.gl.C.quõ, & qñ, & notant doctores in ſupradictis locis,et Capic.deciſi.viii.ubi de iſta clauſula aliqua ponit.

61 Diximus inſuper in citatione apponi debere locum,ſeu tribunal ad quod quis uocatur, ut uocatus ad quẽ locum debeat pro ſe defendendo conferre,certus fiat,ae ut ex facie citationis deprehendi poſsit,nunquid ratione loci iudex limites ſuæ iuriſdictionis excedat: nam eo caſu citatio non ualeret.l.fin.ff. de iuriſdict. omnium iudic.cap.ſtatutum.§.in multo.ubi gl.in uerb.citat partes,de reſcrip.in.vi.c.penul.de off.uica.l.ſi ut proponis, la ſecunda,quæ eſt clauis iſtius articuli,& ubi ponunt omnes ſcribentes. C.quõ,& qñ,debet igitur locus certus, et ſecurus reo abſenti in prima citatione deſignari,cum diuinare non poſsit, alias citatio delegati nõ arctaret,ut inquit Alex.conſi.lxxi.in cauſa. in prin. lib.vij.et taliter deſignetur,ne locorũ æquiuocatio reſultet,iuxta tex.in c.fi.circa fin.de reſcript. et ſi locus ille citato foret notorie nõ tutus,citatio ipſo iure non teneret: ſed ſi non foret notoriũ, poſſet ſaltim citatus appellare, iuxta tex.in cle.paſtoralis.§. notorium,de re iud.et gl.in c.ad apoſtolicæ,in uerbo, tutum, eodẽ titulo,utrunque ponit Bar.in.l.recuſare.§.alio.in fi.ff.ad Trebel.& Lap.allega.xlviii.magiſter,uerſi.ex ſecundo præſuppoſito.Idem ſi locus non foret honeſtus.l.ſi cum dies.§. ſi arbiter.ff. de arbit. locus inſuper apponi debet,ut citatus magis ſuper rebus ſuis cõſulere poſſit,argument.l.de pupillo.§.qui nunciat ff.de oper.no. nunciat.&.l.qui in rem,in fin.ff.de rei uend.et c.ii.de libel.oblat. & ne iudex loco ſemel deſignato uariare, & alibi, abſente parte, ſententiam dicere poſsit,iuxta tex.in.l.cum ſententiam.C.de ſent.& d.l.ſi ut proponis.C.quomodo,& quando.

62 Et quamuis ipſi delegato locus certus in delegatione aſsignatus non fuerit,uidetur tamen eo loco delegantem iudicare iuſsiſſe,quo ſine incommodo partium iudicari ſolet,ut dicit text.in.l. ſi locus.ff.de iud.et propterea uigore poteſtatis ſibi ſimpliciter at

tributæ,

124 Et quæ ſupradiximus de aliquem perſonaliter,uel domi,ſiue in eccleſiis citando, procedunt,quando ad illos ſeu loca huiuſmodi tutus patet acceſſus.Sed ſi ob ipſius citādi aut ſuorum potentiam,ad ipſos eorumque domicilia tute & libere accedi non poſſet:uel quòd ipſi citandi per ſe,uel alios quoquomodo, ne ad eos citatio perueniret,impedirēt:cum ipſimet ſibi ipſis impedimento ſint,ne perſonaliter uel domi citentur: abſentia,& potentia illorum alteri obeſſe non debebit:ut inquit text.in.l.ut perfectius.in princ.C.de annal.excep.et uide Aegid.conclu.dlxxvij. etiam,Si. Ideo etiam in principio cauſæ iudex poterit committere,ut tales per edictum publicum,in aliquo loco publico,taliter citentur:quòd ad eos,eorumque,aut ſuorum notitiā uerisimiliter posſit peruenire.ut prob.in.d.clem.cauſam.uerſic.uerum.& ibi ſcrib.et in clem.i.qui text.ad hoc principaliter emanauit. de Iud.et facit.c.j.§.cōtrahentes.de for.comp. in.vi. et tex.in.c. q̄m frequenter.§.porrò.et ibi pariter ſcribentes, ut lit. non conteſta.

125 Sed quoniam modus iſte per edictum publicum in principio cauſæ citandi(cum abſentem,et ignorantem afficiat) eſt rigoroſus,& à iure multum exhorbitans:ut dicit text. in d. clem. i.de iud.& Rot.deciſ.ccxxiii.ſi committitur.in not.et Ioā.Mil. in uerb.citatio,per edictum.in.iii.col. Idcirco extra caſus dictæ clemētinæ concedi non conſueuit:ut eſt deciſ.dominorū, declijdic quòd in.c.dudum.in antiq.Et propterea in Rom.cur.nullus iudex taliter citat, niſi fuerit ſibi ex ſpeciali mandato Papæ id cōmiſſum:ut notat glo.in.d.cle.i.in uerb.ſpecialiter.hoc enim eſt quaſi proprium, et in ipſo Papa ſpeciale,ut talis citatio arctet,ſecundum Paul.de Leaz.& Gulielm.de Montelaud.quos ibidem refert,& ſequitur Rot.d.deciſi.ccxxiii.in addict. & ponit Paul. de Caſt.in.l.ad peremptorium.in fin. de iud. & Fel.in.d.c. quoniam frequenter.col.ix.uer.circa gloſſ.ut lit.non conteſt.

127 Et quando Papa dat alteri hanc poteſtatem per ſimile edictū publicum citandi,conſueuit apponi clauſula, uidelicet, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu,ut moris eſt,unde iudex talis an-

tequam

ſequam citationem per edictum decernat, debet ſaltim ſummarie teſtes examinare ſuper metu, potentia,& nõ tuto acceſſu,ſeu impedimentis, quæ ex aduerſo prætenduntur: ut tenet Rota.

128 decciiii.dic quòd citatio.in antiqui teſtes ſatis ſi quod dicant ſe credere impoſsibile fore,uel nõ eſſe tutũ,eoſdem in perſonis, uel illorum domicilio citare:nt inquit Rot.deci.dcxciii. nota quòd aliquoties.in antiq.ponit Bar.ad reprimendum.in uerb.per edictum.in prima col.& Fel.in.d.c.quoniam frequenter.colum.xi. uerſi.pro practica.d.clementinæ.& Caſſad.deciſi.ii.in fin.de dol. & contum.Et iuramentum ipſius partis ſuper hoc non ſufficeret:ut.d.deciſi.dccliiii.et.dcciii.dic quòd citatio.in antiq.& ponit Fel.in loco de quo ſupra.Et ſi iudex ſaltim ſummarie de p̃miſsis non cognito.proceſſum p̃ edictũ decerneret,proceſſus hmõi nõ ualeret:ut cõſuluit Dec.cõſi.440.Viſo pũcto.col.fi. nu.26.lib 4.

129 Iudices tamen etiam ſeculares de partibus, conſtito de præmiſsis impedimentis,ac non tuto acceſſu & ipſi per huiuſmodi edicta publica procedere conſueuerunt,per textum, in authent. quod ſemel.C.quomodo & quando.et ibi per Bart.et doctor.et ponit idem Bartolum.ad reprimendum , in uerb. per edictum. & Marian.in rubr.de dilat.Abb.& Feli.in dicto.c. quoniam frequenter.& quotidie in curia in ſenatore urbis experimur.

Inſuper quamuis.d.cle.Cauſam.et cõſtitutio ad reprimendum huiuſmodi citationẽ per edictũ ſimpliciter in aliquo loco publico ſolenniter publicari maudauerint,nihilominus ex quo talis diſpoſitio nimis uaga,& incerta uiſa fuit:propterea clem.i.de iudi.et melius ſtylus et obſeruantia ſacri palatii loco & ſolennita-

130 tem huiuſmodi declarantes,uoluerunt eaſdem citationes in locis per ipſum iudicem in citatione ipſa deſignatis , & expresſis publicari debere: et in eadem Romana curia huiuſmodi citatio ſub ſimili ſubſtantia formari conſueuit, uidelicet.

131 Et quia per teſtium fide dignorum examen comperimus, dicto N.ex aduerſo inſtanti aut alteri eius nomine ad præfatos N. & N.ex aduerſo principales, pro huiuſmodi noſtris literis citatoriis in eorum propriis perſonis,aut domiciliis,ſeu locis conſuetis, exequendis tutus non patere acceſſum:idcirco autẽ Apoſtolica nobis commiſſa, per hoc præſens publicum edictum in Rom.cur.in audientia publica literarum cõtradictarum,in qua citationes huiuſmodi legi conſueuerunt,legendas, ac ualuis Baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, & audientiæ cauſarum

palatij Apoſtolici, uel(quandò ſunt uacantia generales, in quibus audientia contradictarũ ceſſat)tunc dicitur, quòd in ualuis Cancellariæ apoſtolicæ,& acie Campiſtoræ.extra uerò Rom. cur.& in partibus in ualuis N.& N.cathedralium,ſeu collegiatarum, aut parrochialiũ eccleſiarum talis loci, ſeu ciuitatis (prout eſſe contigerit)tanquam locis circumuicinis & conuenientibus affigendas,publicanda,& exequendas , prædictos N. & N. ex aduerſo principales tenore præſentium citamus: quatenus quadrageſima die etc.demum ad id ſolet hæc clauſula:loca uerò prædicta tanquam publica et idonea pro præſentibus literis exequẽdis,ad inſtar edictorum publicorũ,quæ olim in albo prætorio ſcribebantur ,diximus eligenda:in quibus præfatas literas publice,et patulo iudicio,et quaſi ſonoro præconio decreuimus publicandas,et affigendas:ne dicti citati ignorantiam aliquam prætẽdere ualeant:cum uerıſimile non ſit apud ipſos ſic citatos incognitum et occultum remanere,quod tam patẽter et notorie omnibus extitit intimarum,authoritate Apoſtolica decernentes.ꝙ præſens citatio taliter executa citatos,arceat,aſtringat, et perinde ualeat,ac ſi in eorum propriis perſonis citati forent etc.

Quæ forma colligitur ex.d.cle.i.cum ibi no.per gl. et ſcri. et eſt theorica d.Innocen.in.c.fin.de eo qui mit.in poſſeſſ.etc.quoniam frequenter.ubi per Canoniſtas ut lite non conteſt. et.l. de pupillo.§.proſcribere.ff.de inſtit.actio.et per ea quæ ponit Specul.in tit.de cita.in.§.penult.cum ſimil.

132 Et quamuis mandati forma diligenter obſeruanda ſit. l. diligenter.ff.mandat.ca.cum dilecta.extra de reſcrip. proptereaque forma ſupraſcriptæ citationis per executores quoad omnia ſeruari,deberet,uidelicet publicari,et affigi tam in curia , quam extra.in omnibus locis in eadem copulatiue comprehenſis:ut dicebat Rot.loquens de citatione per edictum.ccxxiii. in fi.in not. et Bald.in.l.i.§. Offilius.ff.nequis eum qui in ius uocand.et in.l. non ſunt liberi.ff.de ſtat.ho.tenet deciſ.Neap.deciſi.ii.nu.6.aliàs ſi forma huiuſmodi non ſeruaretur,proceſſus dictæ citationis uigore factus contra abſentem aliter non comparentem ipſo iure nullus eſſe deberet:ut ibi per eos:et ponit exemplum Ioan.Mill. in uerb.citatio non ualet.colum.penult.poſt Spec.de cita.§.i.colum.ix.uerſi.ſed pone quòd.et Alex.in cõſil.lxxiii.lib.iii.loquẽs de eo qui executus eſt mandatum in alia re,quàm habuerit in cõmiſſis:quòd talis executio non ualuit:et in terminis noſtris de cita-

citatione decreta per edictum,cùm clauſula,Conſtito de non tu to acceſſu &c.quòd eius formam ſeruari diligenter conueniat, ponit Deci.in conſil.ccccl x.col.fin.lib.4.cum ſimil.

133 Nihilominus ex ſtylo ipſius Romanæ curiæ, quòd citatio huiuſmodi per edictum,in duobus tantum ex tribus locis curię et totidem ex expresſis in partibus,et ſic in totum quòd in quatuor locis,ex ſex poſitis in citatione publicetur, ſatis fuerit, quã ſi non eſſet forma prædicta,ſufficeret quòd in uno loco publico exequeretur,ut.d.clem.i.et ibi gl.in uerb.in aliquo. de iud. et ꝙ ſufficiat illã exequi in duobus locis ex tribus, tenet Rot.deciſi. 79.ſi cõmittatur.in no.et Aeg.concl.cxciiii.Si mandatur.et Fel. in.d.c.qm frequẽter.col.2.uerſ.2.nota.et plenius ponit Caſſ.deci. i.de dol.et cont.et Rot.deci.dxxii.no.ꝙ ſi committatur in anti.

134 Inſuper(ut uides) ex forma prædictæ citationis requiritur, quod publice legatur, et poſteà originalis affigatur et affixa dimittatur in ualuis dictorum locorum per tantum temporis ſpatium,ut tranſeuntibus patefieri poſſit,unde executor debebit referre ſe legiſſe,affixiſſe,et affixam dimiſiſſe,aliàs executio nõ ualeret,ut uoluit Rot.dec.223.in not.& Ioan.Millis in uerſi.cita-

135 tio quando committitur.colum.3.Quamuis palatium regulariter de ſola affixione,abſque lectura,contentetur, et ſatis eſt ꝙ notarius dicat ſe affixiſſe,et publicaſſe,ut per Gaſſad.deciſi.4.de dol.et contu.quia affixio eſt quæ principaliter à iure requiritur, ut in.d.cle.cauſam §.de elect.et clem.i. ibi, ianuis affigendæ etc. de iud.et ponit idem Caſſad.deciſ.i.de appel.et ſentit Bar.per illũ tex.ad reprimendũ,in uerb.publice.ubi dicit de Iure Ciuili ſufficere,quòd edictũ in aliquo loco publico legatur, per illum text. & ꝑ tex.in.§.proſcribere in.l,de pup.ff de inſt.act.ſed de iu.Canonico,quòd citatio debet legi, affigi, et affixa per tempus congruum arbitrio executoris dimitti,ut ibi per eum.

136 Et intellige quòd citatio ipſa originalis,non autem copia ſit affigenda,quia pars illi credere non teneretur, ſi non foret in publica forma,ut dixit Rot.d.deciſ.ccxxiii.et Aeg.concl.dxxxix. licet citatio.Et Fel.in.d.c.quoniam frequenter.uerſ.v.nota quòd citatio originalis.et eſt tex.in dicta clemen.cauſam.ibi,porrecto uel ſub ſcriptura authentica etc.extrà.de elect.

137 Si uerò executor referret ſe feciſſe,et executũ fuiſſe prout habuit in mandatis,uel prout in dictis literis citatoriis continebatur;talis relatio nuntii ac decretũ citationis relata, ſatis redderet

certa & clara, unde puto quòd ſufficeret, cum certum dicatur non ſolum id quod ex ſe certum eſt,ſed etiam illud quod eſt cer
138 tum per relationem ad aliud, quia natura relationis eſt,ſecun dum Bald.natura ueritatis patentis ex coniunctione ſcripturarum,ut per eundem in conſ.428. ea quæ ueniunt, lib.ij. & in.l. adeo.§.cum quis.ff.de acquir.re.do.prout refert & ſequ. Deciſ. conſi.dxxxviij.uiſo puncto.columna.ij.numer.7.lib.iiii.& facit textum.in.l.inſtitutio talis.et ibi Bartol.ff.de condict. inſtitut.l. certam.ff.ſi cert.pet.l.ij. &.iij. C. de ſentent.quæ ſine cert.quant. prof.c.cum uenerabilis,de reli.domibus cum alijs,de quibus per
139 Abb.in cõſ.xxviii.uerſic.iiii.adduco.in.i. parte. Secus autem foret in citatione,quæ non eſt ſienda per edictum, quoniam ibi (ut ſupra uidimus)datur triplex modus exequendi,uidelicet in perſona ſi haberi poteſt,alias ad domum, alioquin in ualuis eccleſiæ,unde executor referendo ſe feciſſe prout in literis, iudex de modo executionis certificari non poſſet, & ſic executio tanquam obſcura & incerta non ualeret, ut conclu.Aegid. conclu. cc.ſi commiſſarius.& Alexan.conſil.cci.col.ij.libro.ij. & conſi. cxxxvii.in cauſa.colum.iij,eod.libr.et conſil.ij. conſideratis.co lum.j.cum ſeq.lib.iij.& Maria.in tract.de citatio.art.xiii. nu.4.
140 Loca autem uicina intelliguntur,quæ domicilio ipſius citandi uicina ſiunt,ac talia eſſe debent,ut citandus ueriſimiliter notitiam citationis habere poſſit,alias citatio non arctaret: ut tenet Rot.deciſ.vj.de dol.& contu.per Caſſad.& facit concl. Aegidi. clxxxviii.ut citatus,& per doct. in.d.clem. i. de iud. & duo ad minus,ut dixi,requiruntur,ut dicit Rot.dicta deciſio.dxxii.Nota quòd ſi committatur.in Antiq.&.lxxix. ſi cõmittatur.in no.
141 Erit etiam aduertendum, quoniam per iſtum modum citandi,uidelicet per edictum,non inducitur certa notitia, & propterea per ſimilem modum citandi ac proceſſum per edictum excommunicari ſeu beneficio ſuo priuari,quis non debet. Nã ubi agitur de magno præiudicio, citationẽ perueniſſe ad notitiã citati,clare conſtare debet,nec ſufficiunt cõiecturæ,prout ſufficerẽt, quando eſſemus in re modici præiudicij, ut in deuoluendo cauſam ad Roman.curiã.Ita concludit Rot.deciſi.dcclxxi. dic ꝙ ſi opponatur.iuncta deciſi.dccxc. Sciendum eſt quòd ſi in aliqua. in antiq.& ponit Abb.& Felin.in.d.c.quoniam frequenter. columna.xiii.uerſic.aliud ualde notabile,& per Aegi dicta concl. clxxxviii.ubi uoluit quòd ut citatus per edictum excommunicari

vari poſsit,non ſufficere probare quòd in uicinis partibus edictũ fuerit affixum, ſed oportere etiam probare,quòd taliter affixum fuerit,ut ad eius notitiam potuerit uériſimiliter peruenire, ut ibi per eum: uide tamen in præmiſsis Rot.cclxxi.ſi de mandat. in not.&.ccclxiii.cum iura.eod.lib.ubi quòd taliter citatus poteſt intra decem dies à die notitia appellare.

Inſuper ea quæ ſuprà diximus,procedunt,quando quis certũ contradictorum habet, quia tunc poſt quam de eius intereſſe principaliter agitur,nominatim.& expreſſe citãdus eſt,nam citatio generalis per edictum ſeu audientiã publicam,uel præconem contra omnes ſua intereſſe putantes , ipſum non arctaret. ut ſupra diximus,ſi uero certus contradictorum non appareret, ſatisforet pro ſubſtantia et ualiditate actus fiendi apponere edictũ
142 generale contra omnes , qui ſua intereſſe putarent , prout de utroque eſt text.in cap.fin.in fin.de elect.lib.vi.& ponunt Bart. Bald.& alii,per illum tex.in.l.ſi eo tempore.C.de remiſ.pig.& in l.ſi uacantia.ubi per Ang.C.de bon.uac.lib.x.ponit Innoc.et ibi omnes.in.c.fin.de maior.et obed.et Barto. ad reprimendum, in uerb.per edictum in finalibus uerbis,& idem Bal. in authent. ſi quis in aliquo.C.de eden.& Canoniſtæ in.c.Alberic.de teſti. ponit deciſ.Neap.deciſi.xxiiii.quidam.& Capic.in eiſdem deciſio. deciſi.lxxxvii.in cauſa magna. ubi recenſent quinque requiſita, ut ualeat datio curati hæreditati iacenti.& per Alex.in cõſi. cvi. cum conſi.ſeq.lib.v.et conſi.cxxxvii.col.iii.ubi loquitur de cura.bonis dando.lib.ii.& conſil.v.nu.ii.et conſi.cl.in cauſa. col.ii. lib.vj.& conſi.ccxxi.ponderatis.col.fi.eod.lib.in quibus locis reperies,quib.cauſibus citatio generalis requiratur & ſufficiat, & habeat pro regula,quòd exiſtente certa perſona,quæ ex actu læ di poteſt,ipſa nominatim uocanda eſt,alias citatio generalis ſibi non obeſſet,pro quo facit glo.in uerb.nominatim de uita & honeſt.cleri.in cle.i.& Bald.in authen.ſi omnes.C.ſi ut ſe ab hæred. abſti.& hoc tenet Rot.ut per Caſſad.deciſ.vi.ut lit.penden.in fi. & Bar.in.l.ſi diu.&.l.ſi ſeruus.ff.de bon.auth.iudic. poſſ. & in.l. ſi quis inſtituatur.§.j.cum ſeq.ff.de hæred.inſtit.cum ſimil.

Idcirco priuſquam fiat generalis citatio ſeu proclama, diligenter inueſtigandum erit,nunquid adſit perſona, quæ ex actu illo lædi poſsit:alias ſi uigore huiuſmodi generalis citationis contra omnes ſua intereſſe putãtes,&c.poſſeſsionẽ alicuius rei apprehendiſſes, non audireris , ſi poſtea diceres , non citaui poſſeſſorem,

quia ignorabã quis eſſet,ideo generalem citationẽ feci,inueſtiga re namque hoc debebas,ut ſent.Bald.in.l.fi.col.iii. uerſic.quarto præmitte.C.de edic.di.Adr.toll.& in terminis ponit Bar.in cõſ. xl.miſſus in poſſesſionẽ,& Anch.in.c.fi.de elect.in.vi.ubi refert ſe ita alias conſoluiſſe,uidelicet in cõſ. inci. in primo dubio, nu. 168.cũ ſe prout refert, & ſequitur Alex.in cõſ.lxxxiii. uiſa facti.col.iiii.uerſi.nec poſſet,lib.2.& latius cõſil. v. in cauſa, col.i. lib.eo.& conſil.ccvij.uiſo ſummario,col.fin.lib.ij. & uide in deciſ.Nea.per Capic.deciſ.lxxxvij.in cauſa.col.i.& cj.in cã Andr.

143 Per iſtum etiam modũ citandi per edictum generale, uocari conſueuerunt(non tamen nominibus aliquorum expresſis)amici,ſeu conſanguinei,ſi qui in ciuitate ſunt,qui minorẽ,ſe non defendentem,uel ex cauſa probabili,aut neceſſaria,à ciuitate abſentem,defendere uelint,iuxta ea, quæ ponit Bart. in.l. hæc autem. ff.ex quib.cauſ.in poſſ.& Bald.in authen.qui ſemel.ii.col.uerſic. nota quòd uox præconis.C.quomodo,& quando. Sed ſi procedetur contra maiorem contumacem uerum , uel præſumptum, etiam quòd foret abſens,non citarentur amici,neque conſanguinei,ut docet Bald.ad Spec.in tit.de cita.col.ii.uerſi.quando citatus non comparet,nam poſſet curator deputari bonis ipſius abſentis,& cum eo procedi iuxta terminos glo.in.l.ab hoſtibus,in princ.ff.ex quib.cauſ.maior. de quo late ponit Alex.conſil.iiij. uidetur,colum.tertia,uerſic.tamen quia,lib.ij.

144 Si collegium,ſeu uniuerſitas,uel capitulum citandi forent, recurre ad glo.ordinariam,in uerb.ſingulares:& ibi ponunt doct. in.c.bonæ,de ele. & ad Bart. in extrauag. ad reprimendum , in uerb.citatum,& per Roma.in ſing.dcclvi.& Aegid. concluſio. clxxxv.licet,& Alexand.in.l.ſicuti.ff. quod cuiuſque uniuerſit. & per eundem,in conſil.ccxix.nu.2.ubi ponit de capit.citando, lib.vi.uide omnino Guid. Pap.quæſt.cccxxi.in cauſis.

145 Et nota quòd citatio quatuor principales partes in ſe continet,uidelicet decretũ,formam,executionẽ, & relationẽ eiuſdem, ut docet Bald.addit. Spec.tit.de ſenten.col.vi.uerſic.nota tamen, & ponit Feli.in.c.gratũ.ii.col.de off.deleg.& per ea quæ hactenus tractauimus,aliqualiter quoad decretum,formam,& executionem,illiuſque concernentia te inſtruere poteris: quoniam neceſſe fuit mixtim,ob connexas doctorum deciſion.illa ponere.

146 Quo uero ad ultimam partem,uidelicet relationem , erit etiã aduertendum , quoniam ſi iudici antequam ad actum progrederetur,

deretur, per nuntij relationem, uel alias legitime, de citatione exe cuta non conſtiterit, actus non ualeret, et ſi poſt actum factum relatio fieret, nihilominus actus præcedens a principio nullus non conualeſceret, cum a principio de relatione debuiſſet conſta re, liquereque prætori, ut de ſua poteſtate certus fieret, ut eſt tex. in. l. hoc autem. §. i. ff. de quibus cauſ. in poſ. et ponit Bar. in. l. ſi fi nita. §. Iulianus, col. iiij. uer. quæro utrum, de dam. infect. ubi di xit quòd ſemel reprobauit unum proceſſum, cum reperiſſet rela tionem nuntij factã poſt pronunciationem, unde inquit bonum eſſe, quòd in prolatione ſententiæ, apponantur illa uerba, uideli cet (uiſa citatione pro hac die, et hora ad audiendum ſententiã, &c.) et latius ponit idem Bar. in l. multum. ff. de condi. et demõ. et Bal. in. l. conſentaneum, col. pe. in fi. C. quom. et quan. eandem opinionem tenuit Lap. et poſt eum Ancha. Card. et alii in cle. ii. ut lit. pend. in fin. uerb. quib. quia (ut dixi) iudici ſemper debet conſtare, & liquere, id quod eſt cauſa ſuæ iuriſdictionis exercen dæ, alias nõ ualet quod agit, ut dicunt doct. in locis ſupradictis, et tenuit Paris in tract. ſind. in. §. iudices puras, col. iii. uerſi. iudi ci ſemper facit glo. in. c. ſæpe, in uerb. ac peremptorie, in fi. de ap pel. quam ad hoc allegat Pau. de Caſtr. ſing. xxviii. ſententia non ualet, &c. et doctrinam hanc amplectuntur communiter docto res, ut colligitur per ea, quæ ponit Fel. in. c. quoniam contra, col. ix. uerſi. item nota ex iſta glo. ubi enumerat plurimos, qui præ miſſa ſequuntur, et declarat Ioan. Mill. in uerb. citatio licet, colũ. pen. poſt Bal. in. l. prolatam, in fin. C. de ſenten. et in. l. falſus, col. vii. uerſi. item dubitatur. C. de furt. et in terminis ponit Abbas, in conſi. lxxxiiii. Ieſu Chriſti, col. ii. uerſic. corruit. lib. ii. cum ſimil. in quibus reperies opinionem hanc declaratam, et limitatam nõ procedere, ſi iudex partibus præſentibus, aut quando periculum foret in mora, uel probabiliter credens partem fuiſſe citatã pro ceſſiſſet, ut ibi per eos, et latiſſime per Hip. de Mar. in. l. patre uel marito, uerſicu. ii. limitat Feli. nume. 46. ff. de quæſt.

147 Et aduerte (ne decipiaris) licet Bar. dixerit bonum eſſe, ut in ſententia dicatur, uiſa citatione, &c. per hoc non intelligas, quòd ſi aliter nõ conſtaret citationem proceſſiſſe, quàm per huiuſmo di narratiuam, probatum eſſet citationem præceſſiſſe: quia hoc eſſet falſum, ex quo narratiua huiuſmodi illam non probat, cum ſi ſolennitas extrinſeca, ut declarat idem Bartol. et alii in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. et in. l. i. C. de relat. et. l. ii. ff. quand. ap

pel.ſit.Canoniſtæ in capitu.quoniam contra,de probat.Et quod per talia uerbo enunciatiua, quando ſentētia fertur in abſentem, citationem præceſsiſſe non probatur,eſt magis communis opinio doctorum,ut aſſerit Alexand.in conſi.xlij.uiſo proceſ.col.i. libro quarto,ſi modo ſententia non foret antiqua, aut ſaltem ultra decennium.Nam tunc narratiuæ ipſius ſtaretur. capitulo bonæ.el primo.de elect.& ponit idem Alexand.conſil.cxxiij.uiſo proceſſu,ſecunda columna,uerſic.præterea lib.ij.& alias dixi.

148 Et quoniam (ut uidiſti) citationes quæ de longinquo fiunt, uniuerſis,& ſiugulis diriguntur, illiſque per iudicem etiam ſub certis pœnis iniungitur,ut ad illarum executionem procedant, idcirco fruſtra diſputandum eſt,nunquid is,qui literas huiuſmodi executus fuerit,fuerit nuntius publicus, ex quo ſtatim quod ſibi litera citationis præſentatur,cenſetur ad id officium a iudice deputatus,& poteſtatem nanciſcitur,ut declarat Bar. ad reprimēdum,in uerb.per nuntium.

149 Et ex generali obſeruantia, citationes huiuſmodi per tabelliones,tanquam publicas perſonas,in partibus exequi,et præſentari cōſueuerunt, qui tabelliones poſtmodum ſub illorum manu, & ſigno publicis,etiam coram teſtibus executionem factam iudici citanti referunt,et actum executionis,& præſentationis prędictarum in formam publici inſtrumenti redigunt,et iudici præfato tranſmittunt,quibus in iudicio reproductis, et legitime recognitis,quoad executione,plene creditur,illiuſque uigore ad ulteriora proceditur: & euitantur difficultates, nunquid ſoli nuntio ſit credendum,cum alijs,de quibus per eūdem Bartolum, ad reprimendum,in uerbo per nuntium,& gloſſ. & ſcribentes in.c. cum parati,de app.& Spec.in tit.de cita.§.ſequitur,uerſi.ſed nunquid creditur ſoli nuntio, et Paris in tract.ſind.in uerb. credere, ubi in materia nuntij plures,& uarias difficultates reperies,& in-

150 ter alia communiter concludi cōſueuit, nuntio iurato,in quaſi poſſeſſione officij publici citandi exiſtenti in territorio,et ciuitate,in quibus deputatus eſt,quoad actum ipſius executionis, & officium ſuum principaliter concernentia credi, alias extra officium ſuum,uel locum deputatum, ubi non eſt habitus pro tali, ſibi probabiliter non credi.Et propterea utilis eſt practica in longinquis citare per tabelliones,ut ſupra diximus.

151 Erit etiam aduertendum,quoniam ſi in actus executionis copia ipſius citationis peteretur a parte,illa etiam in forma authentica

tica dari debebit,alias citatio non arctaret,ut per tex.in cle. cauſam.ibi,ſibi ſub ſcriptura authentica,uel perlecto illius tenore,et copia,modo conſimili,ſi petita fuerit,inde facta.de elect. & ponit Spec.in tit.de cita §.Iam,uerſic.hoc autem facto,& Ioã.Mil. in uerb.citatio.in uerſic.ſi.Et intellige copiam expenſis petentis conſignari, ſcilicet poſtquam executor adimplendo officium ſuum,tenorem citationis legerit: quia ex quo tunc officio ſuo legendo,& intimando ſatisfeciſſe uidetur,non eſt ulterius ad reliqua obligatus,idcirco ſi pars pro conſulendis aduocatis ſuis,ſeu alia eius commoditate ultra lecturam,dimitti ſibi copiam petierit,executor non tenebitur (ut arbitror) gratis dare,quia aliter legitime munus ſuum adimpleuerat.

Si uero executor uoluerit (ſe exonerando a lectura) citationem ipſam,prout ſcripta reperitur, parti porrigere: hoc uere, & naturaliter fieri non poterit ſine translato, cum porrectio re ipſa, lectio autem fiat uerbis, unde ſi per iſtum modum nuntius, ſeu tabellio citare uoluerit,neceſſe uenit quòd ſua impenſa,uel ipſius intimantis copia, et translatum ipſi citato conſignet,& hoc caſu procedet oppoſitio glo.in uer. porrecto, in.d.clem.cauſam quæ.ſimpliciter dixit,quod porrectio fieri debet expenſis intimantis, et hanc diſtinctionem ſenſit ibi Imol.licet poſtea teneat glo.et opinionem gloſſe uidetur etiam tenuiſſe Paul.ſuper uerb. cum ſimil.et Ioan.deLigna.Ancha.et Imol. ſuper.d.cle.cauſam, contra Gengc.qui contrarium tenuerat, uidelicet indiſtincte expenſis ipſius citati copiam conſignari debere.

152 Inſuper quoad iſtos executores,continuo,et diligenter conſiderabitur nunquid in exequendo,formam in decreto, et corpore citationis ſibi adſcriptam, ſeruauerint: quoniam ſi in aliquo ſubſtantiali exceſſerint,cum meri ſint executores,talis eorũ executio non ualebit,ut dictum eſt ſupra, & habetur in.l.ſi ut proponis,iuncta glo.C.de re iud.cum ſimil.

Plura etiam in hac ampliſsima,et quotidiana citationis materia forent, quæ pro inſtructione iuuenum poni deberent, cum ſuper his in iudicio quotidie diſputari contingat, ſed quoniam pro maiori parte non concernunt nullitatem, ſed potius contumaciam excuſant,uel ab inſtituto noſtro longe diſtant: propterea caſu occurrente,Speculatorem eodem titu. & Marianum ſuper rub.de dilat.ubi materiam huiuſmodi per uiam tractatus ſatis luculenter expoſuit,uidere poteris.

IN

IN RVBR. SEV TITVL.

De nullitate ex defectu, &c.

SVMMARIA.

1 *Ordo ſolitus iudiciorum ſi non fuerit ſeruatus, ſententia non ualet.*

2 *Ordo iuris etiam in cauſis, quæ* Romani *pontificis iudicio deciduntur ſeruandus eſt.*

3 *Ordo iuris tam ab ordinario, quàm a delegato etiã principis ſeruari debet.*

4 *Ordinem iudiciorum papa tollere non poteſt in foro laicorum.*

5 *Ordo iudicij in quocunque iudicio etiam poſſeſſorio ſeruari debet.*

6 *Ordo iudicij inter quaſcũque perſonas, etiam ſi eſſet mater, & filius, ſeruandus.*

7 *Sententia quæ eſt nulla ob defectum proceſſus ſubſtantialis, aut libelli ineptitudinem non poteſt reformari, ſed debet declarari nulla: & uide num. 23.*

8 *Iudex appellationis ſententia ex quocunque defectu nullam reformare conſueuit.*

9 *Subſtantiale dicitur id ſine quo aliquid eſſe non poteſt.*

10 *Sententia ſine proceſſu ſubſtãtiali conſiſtere non poteſt.*

11 *Sententia appellatur natura neceſſaria, & ineuitabilis: & eſt id quo primum res aliquid eſt.*

12 *Ordo ſubſtantialis iudicij a iudice, neque a partibus tolli poteſt.*

13 *Sententia ratione defectus proceſſus triplici modo per*

uiam

uiam nullitatis, impugnari conſueuit.

14 *Proceſſus quando non apparet, ſententia dicitur nulla.*

15 *Ordo iudiciorum duplex eſt: unus de ſubſtantia, aliter de iuſtitia.*

16 *Ordinis ſubſtantialis quæ ſint, ſecundum uarias antiquorum opiniones.*

17 *Ordinis iudicialis de iuſtitia quæ ſint.*

18 *Libelli oblatio eſt de ſubſtantia iudicij.*

19 *Reſcriptum principis in cauſis non ſummarijs non deſeruit loco libelli.*

20 *Reſcriptum principis in cauſa ſummaria fungitur uice libelli.*

21 *Libelli ſolennitas poteſt remitti, et quoad ſubſtantiam iudicij ſufficit aliqua petitio in actis facta, ſecundum communem opinionem.*

22 *Libelli ineptitudo uitiat ſententiam, & quandocunque de iſto defectu quæri poteſt.*

24 *Libelli ineptitudo in cauſis neceſſario libellum non requlrentibus non uitiat, dummodo ex eo poſſit deprehendi intentio actoris.*

25 *Actionis nomen ſi in libello inepte exprimeretur, hodie non uitiat.*

26 *Libellus generalis, & obſcurus parte nõ opponente procedit in ciuili, ſecus in criminali.*

27 *Citatio quando pars in iudicio non eſt præſens eſt, de ſubſtantia iudicij.*

28 *Litiſconteſtatio eſt de ſubſtantia ordinis iudicialis etiam in iudicio poſſeſſorio, & remitti non poteſt.*

29 *Iuramentũ calumniæ parte quandocunque petente cenſetur ſubſtãtiale, & præſtari debet etiam in ſummarijs.*

30 Cauſæ

30 Cauſæ cognitio eſt de ordine ſubſtantiali iudiciorum, & a iure diuino deſcendit.

31 Sententia non præcedente cauſæ cognitione lata eſt ipſo iure nulla, & num. 36.

32 Cauſæ cognitio debet actum præcedere non ſequi, quia talis præpoſteratio uitiat.

33 Præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ, & ab ea iudices abſtinere debent.

34 Sententia in dubio cauſa cognita lata præſumitur, præterquam ſi intra modicum tempus ferretur: qui tunc præſumitur præcipitata, & eſt nulla.

35 Iudices præcipitoſi reprehenduntur a Baldo.

37 Probationes uere non ſunt de ſubſtantia iudicij, ſed de ordine iuſtitiæ.

38 Iudex cui nihil conſtat, nihil decernere poteſt: quia nec Papa poſſet ad debitum non probatum condemnare.

39 Sententia ex uera, & iuſta cauſa præſumitur lata.

40 Publicatio proceſſus, & teſtium uere eſt ſubſtantialis, ſed ordinis iuſtitiæ: & propterea a denegatione publicationis appellandum eſt.

41 Sententia quando diſplicet, ab ea eſt appellandum, alias per taciturnitatem partium cenſetur approbata.

42 Dilationes ſiue petitæ fuerint, ſiue non, non ſunt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia.

43 Iudex non tenetur dare dilationes parti non petenti, etiã quòd uigeret ſtatutum de dilationibus dandis.

44 Probationes fieri poſſent abſque termino, & dilatione.

45 Concluſio in cauſa profana in foro eccleſiaſtico eſt de ſubſtantia iudicij, ſecus in foro ſeculari, uel in cauſa ſummaria.

46 *Cautionis præſtatio de lite proſequenda, & alias iuxta formam authenticæ generaliter.* C. *de epiſcopis, et clericis. non cenſetur ſubſtantialis.*

47 *Præparatoria dicuntur omnia quæ fiunt ante litem conteſtatam, & circa ea libello excepto nihil uitiat.*

48 *Ordo non attenditur, niſi ubi a lege præfixus, ut uitiet reperitur.*

49 *Ordo unius cauſæ ad aliam ſi præuertitur non uitiat: ſecus ſi eiuſdem cauſæ ad ſeipſam: & propterea ſi prius cognoſceretur petitorium, quàm poſſeſſorium proceſſus ualeret.*

50 *Quæſtio criminalis ante ciuilem, & petitionis hæreditatis ante iudicium diuiſorium, & principalis prius, quã fideiuſſor, uel fideiuſſores prius quàm tertij poſſeſſores conueniri debent, tamen ordo præuertitur, non uitiat, cum ſit ordinis de iuſtitia.*

51 *Iudicium dicitur plenarium, ubicunque ſententia generat plenum præiudicium, & tunc ordo iudicialis ſeruãdus eſt.*

52 *Iudicium ſummarium, ſiue executiuum paruam ſolennitatem requirit.*

53 *Iudicium quantumcunque ſummarium requirit cauſæ cognitionem, partis citationem, & iudicis declarationem.*

54 *Ordo procedendi datus a principe uel ſtatuto cenſetur ſubſtantialis.*

55 *Solennitas etiam leuis a ſtatuto inducta ſi ommittatur uitiat.*

56 *Locus iudicij in ordinatorijs locis contractus, in deciſorijs coram quocunque iudice attendi debet.*

57 Ordo

57 *Ordo iudicialis & termini ſubſtantiales qui ſeruari conſueuerunt in* Rom.cur. *in ſacro* Rotæ *auditorio tam in cauſis beneficialibus quàm profanis.*

58 *Cauſa ſemel effecta ſummaria, in quacunque inſtantia ſummaria reputatur.*

59 *Termini ſubſtantiales uere qui ſunt, quorum omiſsio uel præuerſio uitiat proceſſum in* Rota.

60 *Termini qui ſeruari ſolent per audientiam contradictarum contra citatum a principio ad totam cauſam, potius ex urbanitate quàm iuris neceſsitate ſeruantur.*

61 *Termini qui ſeruantur in* Rota *in cauſis deſertionis appellationum quales ſint.*

62 *Termini qui ſolent ſeruari in* Rota *quando reus petit ſe abſolui ab inſtantia iudicij.*

63 *Termini in cauſis nullitatum & attentatorum an et qui ſeruari debeant.*

64 *Termini ſeruati ſuper iniuſtitia puta in cauſa appellationis deſeruiunt in cauſa nullitatis & ſeruati in cauſa poſſeſſorij deſeruiunt in petitorio.*

65 *Termini ſeu qualis ordo iudicij ſit ſeruandus in cauſa diffamationis & iactationum.*

66 *Termini etiam quòd fuerint ſeruati extra* Rotam *in prima inſtantia, iterum ſeruantur & a capite inchoatur inſtantia quando eadem cauſa committitur in* Rota.

67 *Termini ſeruàri ſoliti in curia non ſeruantur extra illam in cauſis uigore reſcripti commiſsis.*

68 *Termini & ordo iudiciarius qualis eſſe debeat in cauſis in curia capitolij uertentibus.*

69 *Sententia qualiter poſsit impugnari ratione ſolennitatis ipſiuſmet omiſſæ.*

70 Sententia

70 *Sententia prius debet ſcribi quàm proferatur, alias non ualeret ſi omitteretur, uel præpoſteraretur ordo, ideſt quòd prius recitaretur, & poſtmodum ſcriberetur.*

71 *Solennitas iuris ſeruanda eſt.*

72 *Sententia taliter ſcribi debet ut legi & intelligi poſſit, id eſt clare, & ea lingua quæ communiter fuerit intelligibilis in loco iudicij.*

73 *Sententia quòd proferatur ſine ſcriptis an poſſit à partibus iudici ac ſolennitati huiuſmodi rennntiari.*

74 *Sententia interlocutoria non habens uim diffinitiuæ poteſt ferri ſine ſcriptis.*

75 *Sententia condemnatoria expenſarum dicitur interlocutoria, ideo ſine ſcriptis proferri poterit.*

76 *Sententia ſub uerbo primæ perſonæ concepta in ſcriptis lata præſumitur ſecus ſi ſub uerbo tertiæ perſonæ lata fuerit.*

77 *Sententia quamuis in ſcriptis ferri debeat, lata tamen per teſtes probari poterit.*

78 *Sententia præſumitur in ſcriptis lata quando notarius appoſuit illud uerbum lata, lecta, & ſententialiter promulgata &c.*

79 *Sententia ſeu inſtrumentum ſolummodo per teſtes probatum non habet ſolitum fauorem, neque executionem ita paratam, prout quando apparet in ſcriptis.*

80 *Sententia in loco ſolito maiorum & tempore congruo ferri debet.*

81 *Sententia publice id eſt coram notario & officialibus in loco maiorum, non autem ſecreti ferri debet.*

82 *Actus loco non ſolito & clandeſtine celebrati quaſi fraudulenti reprobantur.*

83 Sententia in loco parum idoneo & tempore minus congruo lata parte non opponente ſuſtineretur.

84 Sententia debet proferri à iudice ſedente non ſtante, uel procedente ſcilicet in cauſis plenarijs, ſecus in ſummarijs & leuibus.

85 Sententia debet ab ipſomet iudice legi & recitari non ab alio, ſaltim in ſubſtantia & concluſione ipſius ſententiæ, ſi iudex non fuerit illuſtris.

86 Iudex in ſubſcribendo ſententiam nomen dignitatis præponere debet: quod tamen non ſeruatur.

87 Sententia quòd fuerit lecta per narratiuam eiuſdem ſententiæ, & alias de facili probabitur.

88 Clauſula illa quæ apponi conſueuit in ſententijs, uidelicet lata, data &c. non eſt de ſubſtantia, nec uitiat ſi omitteretur.

89 Sententia dicitur controuerſiæ propoſitæ à iudice legitime facta declaratio, ſeu diffinitio.

90 Sententia non continens per ſe, uel per æquipollens abſolutionem, uel cõdemnationem, aut declarationem controuerſiæ propoſitæ eſt ipſo iure nulla.

91 Sententia non poteſt ferri per uerbum gerundium, ut dicimus talem abſoluendum: ex quo illud uerbum habet tractum de futuro, quod non eſt in poteſtate iudicis: declarat prout hic.

92 Sententia poteſt ferri per uerbum credo, uel non uideo, ſeu uidetur mihi, ſiue per uerbum ſtatuimus, præcipimus, & ſimilia.

93 Sententia ſatis eſt quòd declaret factum, quando lex ſuper tali facto certam pœnam impoſuit, ſeu alias diſpoſuit.

94 Exe-

94 *Executio fieri non poteſt contra aliquem quantumuis criminoſum, priuſquam ſuper crimine declaratum fuerit.*

95 *Sententia aliquem indeterminate relegans, intelligitur per decennium relegare.*

96 *Interlocutoriæ quæ quotidie fiunt per uerbum ſi & inquantum &c. de iure ſuſtineri poſſunt.*

97 *Sententia non conformis petitioni et controuerſiæ fatua & inualida reputatur per rationem de qua hic.*

98 *Sententia in cauſa ciuili abſque eo quòd aliqua ex partibus, inſtet per iudicem regulariter ferri non poteſt.*

99 *Sententia ſuper conuentione omiſſa reconuentione lata ipſo iure tenet, ſi non appelletur.*

100 *Sententia quando iudicium ſeu res eſt diuiſibilis, poteſt ferri ſuper parte: ſi eſt indiuiſibilis debet ferri ſuper toto, alias non ualeret: quod fallit prout hic.*

101 *Sententia dubia uel obſcura controuerſiam non diffiniat, ideo noa ualet.*

102 *Sententia debet eſſe certa & liquida etiam quod res deducta eſſet generalis & obſcura: quia alias exequi non poſſet.*

103 *Sententia pro eius certitudine poteſt ſe ad acta referre, non tamen ad alia quæ ſunt extra proceſſum.*

104 *Iudex poteſt pronuntiare prout in conſilio in actu exhibito: ſecus ſi non foret exhibitum.*

105 *Sententia ad acta probatoria non aſſertoria, ſiue nuntiatiua in dubio relata cenſetur: ideo ſatis eſt quòd in illis certa quantitas reperiatur.*

106 *Sententia quibus caſibus generaliter ferri poſſet, id eſt, abſque certa quantitate.*

107 *Sententia conditionalis an & quando ualeat.*
108 *Conditiones de præſenti uel de præterito actum non ſuſpendunt.*
109 *Sententia ſi occultaretur, qualiter à iudice appellationis pronuntiare poſſet.*
110 *Conditio de præſenti uel præterito etiam impertinens nec uitiat ſententiam.*
111 *Conditio de futuro ad negotium pertinent, prout ſi iuraueris te abſoluo &c. non uitiat ſententiam.*
112 *Sententia lata ſub iſta conditione, condemno te in eo quod probatum fuerit, an ualeat, articulus eſt dubius.*
113 *Conditio de futuro impertinens, puta ſi nauis ex Aſia uenerit, non reddit ſententiam nullam.*
114 *Conditio falſa uitiat ſententiam ad eam relatam.*
115 *Conditio uitiat decretum tutelæ, curæ, aut ſimilium ſecum executionem trahentium, alias uero interlocutorias non uitiat.*
116 *Sententia ſub modo proferri poteſt.*
117 *Modus non ſuſpendit, ſed ex eo naſcitur actio, in ſua tamen forma ſpecifice ſeruari debet.*
118 *Sententia expreſſe contra leges claras in corpore iuris clauſas manifeſte lata ipſo iure non tenet, & qualiter hoc procedat.*
119 *Lex obſcura & habens uarios intellectus ad decidendum allegari non poteſt.*
120 *Sententia contra communem opinionem doctorum lata non eſt nulla: quamuis iudex taliter ſententiando in ſindicatu teneretur.*
121 *Sententia contra deciſiones dominorum de Rota lata, quamuis magiſtrales ſint ipſo iure tenet.*

122 Sen-

122 *Sententia ut uitietur per errorem iuris expreſſe requiritur ut talis error ſit patens oculo corporali, & fuerit lata potius contra ius partis quàm ius conſtitutionis.*

123 *Sententia uitiatur quando conſtat iudicem totaliter fundaſſe ſententiam ſuper aliquo erroneo & legi aduerſatiuo: ſecus ſi in eo ſe non fundaſſet, apponendo dictionem maxime uel præſertim.*

124 *Sententia lata contra legem nouam extrauagantem: ſeu ſtatuta à parte non producta, nec allegata quando iudex ea probabiliter ignorare poteſt non eſt nulla.*

125 *Sententia lata contra aliam rem iudicatam de quo fuit oppoſitum eſt ipſo iure nulla.*

126 *Sententia contra notorium iuris aut facti lata non ualet: ex quo notorium æquipollet expreßioni.*

127 *Sententia notorie iniqua & iniuſta eſt nulla.*

128 *Sententia lata ex cauſa notorie falſa eſt nulla.*

129 *Sententia expreſſe per modum cauſæ referens ſe ad actum nullum ſeu falſum, erroneum, uel à iure reprobatum, eſt nulla.*

130 *Sententiam error non uitiat, quando reperitur in actis, ad quæ ſententia nec expreſſe nec tacite ſe refert.*

131 *Sententia prima ad libellum, & ſecunda ad primam referendæ ſunt, ideo error relati cenſetur ineſſe ipſi referenti, & uitiat.*

132 *Sententia lata per falſas probationes ac teſtes corruptos & ſubornatos mero iure tenet: fallit prout hic.*

133 *Iudex in dubio præſumitur ſecutus probationes quæ in*

actis reperiuntur: & quod potius fundauerit ſe ſuper ueris quam ſuper falſis.

134 *Sententia quæ prætenditur per falſas probationes lata priuſquam per uiam falſi impugnetur, reſtitutio in integrum ad reſcindendum impetrari oportet.*

135 *Sententia lata per ſordes, ideſt prece, timore, uel odio, ſiue per gratiam, aut dolum iudicis, ſeu ambitionem mero iure tenet, quamuis iudex puniendus ſit.*

136 *Sententia lata per iudicem pecunia corruptum tanquam uenalis, eſt ipſo iure nulla, etiamſi pecunia fuiſſet data ut iuſtam ſententiam ferret.*

137 *Iudicij iuſtum iudicium uendere non licet, quamuis aduocatus uendere iuſtum patrocinium, & iureſconſultus rectum conſilium poſſint.*

138 *Teſtis qui precium recepit ut ueritatem diceret, falſarius eſt.*

139 *Sententia lata per falſum iuramentum an ualeat. remiſſiue.*

140 *Sententia per colluſionem & corruptionem procuratoris extorta mero iure tenet.*

141 *Corrumpens procuratorem uel aduocatum parti s aduerſa, uel falſificans acta perdit cauſam: quamuis ſecus ſit ſi corruperit teſtes.*

142 *Sententia per metum lata ipſo iure tenet: ſed per actionem quòd metus cauſa retractanda eſt.*

De

De nullitate ex defectu proceſſus, ſiue ordinis iudiciarii ac ſolennitatis, & formæ ipſius ſententiæ.

1 POSTQVAM de nullitate ex defectu iuriſdictionis, citationis mandati, ſeu inhabilitatis comparentium uidimus: reliquum eſt ut ſummatim aliquid etiam de nullitate ratione proceſſus, ac ſolennitatis, & formæ ipſius ſententiæ pertractemus. Nam ſatis non eſt ad ualiditatem ſententiæ quòd à iudice ſuo, inter partes legitime comparētes, ſeu citatas lata fuerit: quoniã ſi ſolitus iudiciorum ordo neceſſarius omitteretnr, uel etiam prępoſtere fieret: ex hoc ſententia redderetur nulla iuxta tex. & not. per ſcribentes in l. prolatam. C. de ſenten. l. 1. C. de excu. rei iud. c. ad petitionem. §. fi. extra de accuſa. c. ueritatis, de dol. et contum. & ponit Specu. in tit. de ſent. §. nunc uidendum. in princip. imo plus inficit iniuſtitia ex ordine quam ex cauſa: quia prima reddit ſententiam nullam, ſecunda non: inquit Panormit. in c. cum olim. col. pen. uerſ. ſed in contrarium. de ſenten. et re iudi.

2 Ordo namque iuris etiam in cauſis, quæ Romani pontificis iudicio deciduntur ſeruari debet: ut eſt tex. in c. cum in cauſis. de re iud. & c. cum dilecti. ibi, uolentes tamen iuris ordinem obſeruare &c. de dol. et contu. quod à fortiori procedet etiam in eius delegato: ut probat tex. in c. exhibita. de iud. c. ex parte. el. ij. de offic. deleg. c. cauſam quæ. de reſcript. quia ad ordinem iudicij
3 ſeruandum adſtringitur delegatus, quemadmodum ordinarius, inquit Bal. in l. proſcriptione. col. ix. uerſ. quædam ſunt exceptiones. C. ſi contra ius uel utilita. publi. quem refert & ſequitur Deciſi. conſi. ccccIxxxiii. pro reſolutione litis. in princ. lib. iiii.

4 Quinimo nec ipſe Papa (quoad forum laicorum) ordinem iudiciorum tollere poteſt: inquit glo. in clement. diſpendioſam. in uerb. uſur. de iudi. quem ſeq. Abb. in c. cum clericis. colum. j. uerſ. nunc uenio ad gloſſam. de fo. compe. et Bald. in l. eos. in fin. C. de uſur. iudicem itaq; iuris ordinem ſeruare oportet, alioquin iniuſte facere dicitur ſecundum Ioan. and. et Gemi. in c. dilecto. de ſentent. excommunic. in vi. et Angel. in l. j. ff. ne quis eum. prout eos refert et ſequi. Hippoli. de Marſil. in l. prima. in princip.

cip.uerſic.quomodo autem iudex.num.30.ff.de quæſtio.

5 Et præmiſſa procedunt regulariter, & in quocunque iudicio ſiue petitorio,ſiue poſſeſſorio:quia etiam in poſſeſſoriis ſeruandus eſt iuris ordo:ut uoluit Bar.in.l.naturaliter.§ nihil commune.ff.de acquirend.poſſeſſ.prout refert et ſequitur Abb.in.c.conſultationibus.col.ii.uerſi.ideo extra glo.et ibi Fely.col.fin.in fi. de offi.deleg.et idem Abb.in.c.bonæ memorie.nu.17.de appel.

6 et hoc inter quaſcunque perſonas etiam ſi ageretur inter matrē & filium:quia etiam tunc in procedendo ſeruabitur iuris ordo: inquit Bald.in.l.congruentius.C.de patri. pote. ac etiam ſi eſſemus in notorijs, quia et illa habent ſuum ordinem, qui ſeruandus eſt,ut in.c. qualiter et quando.ubi Felin.in princ. multa cumulauit extra, de accuſationibus.

7 Et nullitas hæc ex defectu proceſſus ſubſtantialis adeo eſt re leuans,ut ſentētia hac ratione nulla per iudicem appellationis re formari non poſſit, ſed duntaxat pronunciari nulla, ut uoluit Abb.poſt alios in.3.et.4.notabi.in.c.cum dilecti,per illum tex. de emptio,et uenditio. quem textum, ad hoc commendat Bal. in.l.ii.xiiii.quæſt.C.de reſcinden.uenditio. ut tradit Alexand.in conſil.lxxix.proſpectis uerbis.uerſi.eſt uerum lib.ii.& Dec.dicto conſil.cccclxxxiii.ii.colum.uerſic.nec prædictis.

8 Quamuis iudex appellationis regulariter ſententiam ex quocunque etiam iuriſdictionis,aut citationis defectu nullam reformare conſueuerit, ſecundum communem ſcribentium ſententiam.ut atteſtatur idem Alex.in conſi.lxvii.uiſo themate.lib.vi. et conſil.cxi.uiſo.lib.v.et dicto conſi.lxxix.in prin.lib.ii.

9 Quando igitur proceſſus et ordo eſt ſubſtantialis, à partibus aliquo modo omitti,uel remitti non pōt,quia illud dicitur ſubſtātiale alicuius rei,ſine quo res illa eſſe nō poteſt,prout dicimus de pretio reſpectu emption.l.precia.ff.de cōtrahē.emp.iuncto.§. pretium.inſti.de empti.et uendit.codē modo ſententia ſine pro-

10 ceſſu ſuo ſubſtantiali conſiſtere nō poterit, ut formaliter arguit Bart.in.d.l.prolatam.col.ii.uerſi.dico quòd illud et Bal.ibi,col.i. uerſ.item præmitto,dicit ꝙ ſubſtantia dicitur natura neceſſaria

11 et ineuitabilis,et eſt id,quo primum res aliquid eſt, ut declarat idem Bal.in.l.ēt in princ.uer.et quia quotidie.C.de exec. rei iud.

12 Idcirco etiā quòd iudex pronunciaret abſque proceſſu,uel nō ſeruato iuris ordine procedendum fore, talis pronunciato in nullo prodeſſet, cum ordo et ſolennitas huiuſmodi in fauorem

publicum

publicum fuerit introducta, ſecundum Cardi. in clemen. ſæpe. q. xij. de uerb. ſig. & factum prætoris iuri publico derogare non poſſit. l. i. §. i. ff. de ferijs. l. formam. C. de off. præfe. præt. cum alijs, de quibus per Alex. conſi. xxxvi. in fi. lib. ij. & facit bonus text. in. l. teſtandi, ibi, nam iuriſdictionis mutare formam, uel iuri publico derogare, non eſt cuiquam permiſſum &c. C. de teſtib. & tenet Bal. in. l. i. col. xiij. uerſi. ego non credo. C. qui accu. non poſſ. & Anton. de But. in. c. exhibita. quem in terminis noſtris refert & ſequitur Alexand. conſi. lxxxij. uiſo proceſſu. in prin. lib. iij. & conſi. clxxxij. nu. 5. lib. vi. prout nec prodeſſet, ſi huic ſolennitati partes renunciarent, per tex. in. l. ius publicum. ff. de pact. & ponit Caſſad. deci. ix. nu. 8. de appel. & Rot. deci. lxxxviij. in cauſa. in no. & doctores in. l. nemo poteſt. ubi Iaſ. col. iij. in. ij. lectione, de leg. i. et idem Iaſ. in. l. ſi conuenerit. col. i. de re iudic. dum ponit quòd ſententia abſque ſubſtantialibus, uel cum expreſſo errore iuris etiam de conſenſu partium lata eſt ipſo iure nulla. & firmat Guid. Pap. q. ccxvi. iudex. & Capi. deci. xlviij. in fin.

13 Et quoad iſtam nullitatem plerumque circa tria principaliter diſputari conſueuit, uidelicet primo quòd ſententia eſt ipſo iure nulla, ex quo nullus apparet proceſſus, & cauſæ cognitio præcedens. Secundo & ſi apparet quòd debitus iuris ordo ſeruatus nõ fuit, ſed ratione eiuſdem cauſæ ad ſemetipſam, uel alias idem ordo prçuerſus & præpoſteratus eſt. Tertio quòd & ſi is ordo qui fuit adhibitus fuerit debitus, nihilominus quòd aliquid ex ipſius ordinis & proceſſus ſubſtãtialibus fuerit omiſſum opponi ſolet.

14 Et quoad primum ſatis expeditũ eſt, quòd ſi de proceſſu non conſtat, ſententia abſque eo lata eſt ipſo iure nulla, maxime ſi ab ea appellatum fuerit, ut probatur in. c. quoniam contra. ubi ponit glo. Innoc. et alij circa fin. de prob. & in. c. cum in iure. de off. deleg. per Aegid. conclu. lxxxix. ſententia. & Alexã. in conſilio, ccxxij. lib. ij. & Caſſado. deci. i. in fi. de præſumpt. ubi poſt Alex. in. d. conſi. atteſtatur ita communiter teneri, & ponit Saruien. ſuper regulas de triennal. quæſt. xxxiij. et diximus ſupra in alia. q. dum ponitur qualiter & à quo poſſit, & debeat nullitas probari, ubi de hoc uidere poteris.

15 Circa reliqua duo ſciendum eſt duplicem quoad iudicia ordinem reperiri. Vnum qui ſi omittitur, uel præuertatur uitiat, quia dicitur ordo de ſubſtantia. Alium qui ſi omitteretur, aut præuerſus fieret, citra remedium appellationis ipſo facto non uitiaret,

q̃m dicitur ordo de iuſtitia, ut uoluit gl. in ſumma.ii.q.i. & Panor.in.c.exhibita.col.pen.uerſi.ſed ad ſuſtinendum. de iudic.

16 Quæ autem ſint ordinis ſubſtantialia, et quæ de ordine iuſtitiæ antiqui noſtri inter ſe aliqualiter uariarunt. Nam gl.in dic.l. prolatam.C.de ſenten.de ordine ſubſtantiali eſſe uoluit, ut offeratur libellus, lis conteſtetur, iuretur de calumnia, depoſitiones teſtium conſcribantur, et publicentur, ſententia ſcribatur, et a iudice proferatur. & ſi ordo ipſe ommittitur; ſententia (ſecundum ipſam) non ualeret. Ioann. Andreas poſt Aegid. et Bonaguid. in additio.Speculat.in titu.de ſenten.§.iuſta.in prima additio.nõ recedendo ab opinione gloſſæ, dixit ſeptem tramites ordinis iudiciarij ſubſtantiales eſſe, libelli oblationem, litiſconteſtationem, iuramentum calumniæ ſeu ueritatis, ſcripturam atteſtationum, et earundem publicationem, et ſententiæ ex ſcripto à iudice ſedente recitationem, ex his aſſerens potisſime colligi nullitatem ſententiæ Specu.in proœ.ſecundæ partis.uerſi. et nota quòd nõ omnia inquit, quòd ſubſtantialia iudicij ſunt citatio, libelli oblatio, litiſconteſtatio, iuramentum calumniæ ſeu ueritatis, et ſententia, et ſi quid ex his omittitur uel præpoſteretur, ipſo facto ſentẽtia non tenet. et quòd cætera non ſunt ſubſtantialia Azo in ſumma, ſub titu.de iudiciis in principio (prout etiã refert idem Specula.de offic.omni.iudi.col.i.uerſicu.ii.uidendum) inquit, quòd ſeptem requiruntur ad ualiditatẽ ſententiæ, uidelicet libelli oblatio, cautionis expoſitio, litis conteſtatio, iuramentum calumniæ, cauſæ congruis interrogationibus examinatio, ſententiæ in ſcriptis prolatio. et executio, cuius opinionem formaliter ſequutus eſt Bald.in rubrica, de uindicta libertate.col.ii.uerſicu. Amplius quoque.Hoſtien.in ſumma, in titu.de ſentent.§.qualiter. colum. iiii.uerſic. is eſt ordo. dicit quòd ordo ſubſtantialis iudicii eſt ut pars citetur, libellus offeratur, lis conteſtetur, de calumnia iuretur, et quòd ſententia abſolutoria uel condemnatoria certa congruo loco, et tempore à competenti iudice ſedendo in ſcriptis gratis et rite, ideſt non expreſſum contra iura pronuntietur, et ſi contra hunc ordinem fieret, ſententia eſſet nulla.

17 ORDO iudicialis de iuſtitia non ſubſtantialis ſecundum ipſum Hoſt.conſiſtit in his, quæ inter iuramentum de calumnia & ſententiam aguntur, prout ſunt poſitiones et reſponſiones teſtium, & inſtrumentorum productiones, et publicationes, interlocutiones, renunciationes, concluſiones, et allegationes, quem ordinem

ordinẽ ſi iudex non ſeruauerit,ſententia ipſo iure tenet,quaſi cõtra ius litigatorum potius quàm ius commune publicum lata.

Et ſic (ut uides) iſti antiqui patres in omnibus non concordant,ſed quo ad ſubſtantialia unus plus altero requirit, & ordinem iudicij ac ſolennitatem et formam ipſius ſententiæ reſpicientia permiſcent, de quibus ſingulariter pro aliquali iuuenum cognitione aliquid neceſſario ponendum eſt.

18 LIBELLI itaque oblatio ex ſupradictorum omnium communi ſententia eſt de ſubſtantia iudicij, cum principium & fundamentum cauſæ et ipſius iudicij exiſtat,et non ſolum ratione partium,uerum etiam reſpectu iudicis offerri conſueuit, uide licet ut ipſe iudex ex eo modum et actionem intentatam,et nũquid ſit apta,uel non,et ſibi concludat cognoſcere poſſit, ac ſecundum illius formam ſententiam ſuam dicta iuxta textum in cap.licet.Hely.extra de ſimo.et clementi. ſæpe. de uerborum ſignificatio.l.ut fundus.ff.com.diuid.cum ſimil.ideo ſolennitas libelli eſt ſubſtantialis,et omitti non poteſt,ut noluit gl.magiſtralis in fin.in capitulo primo, de libell.oblat. ubi hoc idem tenent Innocent.Hoſtien.Ioan.Andr.Cald.Ioann.de Imol. qui dicit iſtã ueriorem,et Maria.ibi,in quarta columna,concludens regulariter libellum neceſſarium fore, ſiue inter perſonas eccleſiaſticas,ſiue ſeculares agatur, et de quibuſcunque rebus etiam mere prophanis, et coram quibuſcunque iudicibus, etiam ſi eſſet arbiter, ut uoluit glo.in.l.penultima.in uerb. coniunctim.C.de arbitr.et glo.tertia in authenti.offeratur.C.de litiſconteſta. quamuis ſecus coram arbitratore capitulo quintauallis. de iureiurand. et quòd libellus ſit de ſubſtantia,tenuit Cyn.Iacobus de Aret.Bar.et Bal. in dicta authenti.offeratur.et Paulus Laud.et Steph. in dicta clementi.ſæpe.Bartol.Angel.Paulus de Caſtr.et Iaſon.ibi, ſecunda columna.in.l.prima in principio.ff.de edend. & Bald. in authentic.contra rogatus.in fin.C.ad Senatuſconſul.Treb.et in authentic.generaliter. columna penultima. uerſiculo quinto quæro.C. de epiſcopis et clericis.ubi dicit quòd illius omiſſio uitiat, et remitti non poteſt, prout etiam eſt gloſſ. et doctores in capitulo ex cauſis.de officio delegat.Et adeo libellus quoad ordinem proceſſus eſt neceſſarius, ut reſcriptum à principe impetratum pro
19 libello haberi non poſſit, quamuis ad effectum actionis perpetuandæ ſufficiat,et illius uice fungatur,et propterea ſi ſuper reſcripto (alio libello ſeu petitione non præcedente) ſententia ferretur

retur,eſſet nulla,ſecundum Bal.in.l.i.C.quando libell.princ.dat. in primo notabili.et in.l.i.uerſi.iij.nota.C.de precibus Imperatori offerendis.quoniam reſcriptum non dirigitur, neque cōcludit ipſi parti,ſed iudici duntaxat,ut etiam uoluit Bal.in.l.nequicquā .§.ubi decretum.ff.de off.proconſul.& leg. maxime in cauſis nō ſummarijs,ſecūdum Imol.in c.dudum.el.ij.de elec.poſt Bal.in.l.ſi quis filio præterito.§. hi autem.ff. de iniuſto rupto teſtam.quos ſecus eſt Franc.de cur.conſil.l.col.xiiij.uerſic. reſtat.& latius per Spec.in.d.c.ij.uerſic.vij.regula.arti.xij.de libel.oblat.

20 Quamuis ſi eſſemus in ſummarijs, et reſcriptum à parte loco petitionis reproduceretur , & peteretur fieri , prout in eo etiam quoad ordinem proceſſus uice libelli fungeretur,ut uoluit Spec. in titu.de libel.concept.§. nunc dicendum.uerſic.vi.& in titul.de probationib.§.i.in fi.& Abb.poſt Antonium in capi.præterea. col.ij. uerſ. ſed pro declaratione. extra de dilationibus cum alijs ad propoſitum adductis.per Alex.qui hoc tenuit in conſi.cci.in cauſa.in prin.li.ij.& Decius in conſ.cccclxxxiij. pro reſolutione col.ij.uerſi.ne prædictis.lib.iiij.& in Ro.cu. in frequenti uſu eſt.

21 Contrariam tamen opinionem uidelicet quod libellus de ſubſtantia iudicij non ſit ſed ſaltim tacite ad inſtar iuramenti calumniæ omitti poſſit.& ſufficiat talis qualis petitio in actis redacta, ut pars ſuper illa an uelit cedere,uel contendere, et iudex ſententiam ſuam formare poſſit, cū per iſta iuri ſatiſfactum ſit , tenuit Franc.Zabarella,in.d.clem.ſæpe.ubi gl. in uerbo neceſſarius. ac tenuerunt.Pet.de bella Pert.in.d.authē.offeratur. & Anto.in.d. c.i.ubi Ioan.de Imol.dicit hanc æquiorem, et in practica ſeruandam.et Alex.de Imol.in.d.l.i.in prin.col.ij. de edend. dicit hanc magis communiter teneri & ſeruari in practica,maxime in cauſis ſummariis, et aliis ubi ſententia neceſſario non eſt in ſcriptis ferenda,iuxta authen.breuiores.C.de ſentē.ex breuicu. recitā.& aliis caſibus enumeratis per Spec.in tit. de libelli concep.§.nunc dicēdū.et Maria.in.c.i.col.vi.de libel.obla.tu uero inter hmōi altercationes doctorū uſui & ſtylo curię in qua fueris adhærebis.

22 Vbi autem libellus requiritur,actor multum debet animaduertere,quoniam ſi ille ex ſui facie appareret ineptus , etiā quòd parte non opponente ſuper illo fuiſſet lata ſentētia, nihilominus huiuſmodi ſententiā eſſet ipſo iure nulla,& actor in expenſis cōdemnari deberet,reſeruato ſibi iure agendi ex cauſa apta , ſi qua foret per tex.cum ibi notat.in.c.examinata de iudic. et glo.inſtituta.

tuta.de obligationi.in uerbo iſtud in fin. quam dicit ſingularem Bal.in.l.actori.in fi.C.de reb.cred.et in.l. ex hoc iure.ff. de iuſti. et iur.et pro qua uidetur tex.in.l.fin.in uerb.nihil agit.ff. de lib. & poſthu.eandem glo.ſequitur Alex.in conſi.cxlvii. uiſis.uerſi. non obſtat quòd ſi iudex.et conſil.clij.in cauſa et lite.col.ij.uerſ. ex his breuiter.et conſi.clxxxvij.uiſo.colum.ii. in princ.lib.vi. et conſi.cxxxvii.in cauſa et lite.ii.col.uerſic. et ſi ſententia.lib.ii. & Decius.conſi.lxii.colum.penulti.in fin.lib.i.

Et de iſto defectu quandocunque queri poterit,ſecundũ Iaco. Butrig.et Bal.in.l.licet.col.antepenul.C.de procura. & Bal.in au then.ſi quis litigans.C.de epiſco.& cleri.cum aliis de quibus per Iaſ.inſti.de actio.§.omnium.col.ix.etiam quod a parte (ut dictũ fuit) non eſſet oppoſitum ſecundum Bar.in.l.edita.col.iii.in fin. et Bal.ibi in repe.Pad.col.xv.et Alexan. col.v. et Iaſ.colum.vi. C.de edend.Anto.de But.in.c.dilecti.de Iud.dummodo ineptitu do expreſſe reſultet ex libello,ſecus autem ſi tacite,uel per ſubau ditos intellectus ac ſubtilis iuris rationes deprehenderetur,ſecun dum Bal.in.l.certa ratione uerſi.præterea.C.quan.prouoc.et.l.ii. circa fi.C.de re iudi.Maria.in.c.ſi.articu. xxxii. de libel.obla.& ſentẽtia ex defectu ineptitudinis libelli nulla,per iudicem appel-
23 lationis reformari non poteſt,ſed omnino declaranda eſt nulla, et actor in expenſis condẽnandus,ut ponit Ale.in conſi. lxxix. proſpectis.col.i.uerſi.eſt uerum.lib.ii.et Fel.in.c.in literis col.pe nul.uerſi.tertia declaratio,de off.deleg.& diximus ſupra.

Quando autem libellus dicatur ineptus, et quomodo inepti tudo cognoſcatur, ponit idem Maria. in.d.c.ii.articul. xxiii. de libel.oblat.quem occurrente caſu uidere poteris. et Paris de Pu teo in tracta.de ſind.in.§.an dictum capitulum.col.ii.uerſi.et ad uertendum.et col.ſequen.uerſ.quando in hoc &c.et ponit notan ter Rot.deciſi.xxxv.ſi quis in cauſa prophana.in ultim.addi.in no.quæ dixit quòd duplex eſt ineptitudo libelli,una uiſibilis,ut peto rem ſacram,alia inuiſibilis,ut peto rem uti meam,quæ poſt modum apparet ſacra, et quòd talis ineptitudo cognoſcitur ex duobus,ſcilicet ex materia et forma,materia conſtat ex cauſa et re,Cauſa ex facto et iure ſimul,puta obligatione, uel ex iure tm̃ puta dominio.Si igitur talia habent in ſe conſonantiam, libellus eſt aptus,Si uero habent in ſe diſſonantiam,ineptus eſt.

Nota etiã quòd euidens calumnia habetur loco libelli inepti, ut uoluit Inno.in.c.i.de off.uicar.quem refert et ſequitur idẽ Pa-

ris

ris in d.trac.in uerb.iudex.col.iii.uerſ.iudex in iuriſdictio.&c.
24 Si uero eſſemus in caſibus libellum neceſſario non requirentibus,etiam quòd eſſet ineptus, ſi modo intentio actoris ex eo deprehendi poſſet ſententia ſuper eo lata ualeret, ut uoluit Bart.ad reprimendum.in uerb.figura.et glo.in.l.uinum in glo. magiſtrali circa fi.ubi. Bald.Angel.et Moderni.ff. ſi cert.peta. & gloſſ.in uerb.ſacris.in.§.multis.inſtitu.de libert.quam.in propoſito dicit ſingularem Bald.in.l.conſentaneum.in quarta columna.C. quomodo et quando.Iud.tenet Innocen.in.c.examinata.de iud.dum uoluit quòd ſi hodie exprimeretur. nomen actionis ineptæ. ex hoc proceſſus non foret nullus, quia talis expreſsio non erat ne-
25 ceſſaria.quod dictum magni facit Bal.in.l.gallus.§.i.ff.de libe.& poſthu.& Iaſ.in.d.§.omnium.columna penulti.de actio.
. Aliquando etiam in cauſis libellum requirentibus ineptitudo non uitiat,ut declarat Bald.in.l.fina.in fin.C. de fideicommiſſ. & Soci.in conſi.cxlvi.uiſo.circa medium.colum.vi.uol.i. et in fallentiis ſuper regula.ccclxvi. Inſuper hæc nullitas et libelli ineptitudo tollitur et purgatur per illam clauſulam,quæ in fine libellorum communiter apponi conſueuit, uidelicet petens ſibi ius & iuſtitiam miniſtrari,iudicis officium benigne deſuper implorando ſecundum Innoc.et Ioan.And.in.c.ii.de ord.cognitio. & Bal. in.l.i.de excep.rei iud.Imol.in.l.ſi cum nulla.ff.de re iudic.prout refert et ſequitur Paris in lib.de ſindica.in.§. an dictum cap.col. iiii.uerſic.tamen aduertendum.&c. & plura notabilia ponit Capic.in deciſi.Neap. deciſi.x.col.fin. & deciſio.lxxxvi.nume.16.
26 Libellus autem generalis,obſcurus,et incertus,ſi pars non opponit.et ſententia ſuper eo feratur,ſuſtineri poſſet.l.fina.et ibi gl. et doct.C.de annal.excep.c.Abbate ſane. de re iud.lib.vi.& hoc in ciuili.in criminalibus autem ſecus, per text. in.l. libellorum. uerſicul.quòd ſi libelli.et ibi Bart.ff.de accuſationib.& Bal.in.l.i. col.xiii.C.de confeſ.et doctores in.d.l.edita.et in.§. curare.inſtitu.de actionib.cum ſimil.de quibus per Alex. conſi.clxxxii.lectis.col.i.lib.ii.& Paris.d.lib.de ſindica.in.§.an per dictum cap. per duas colum.et Rot.deciſio.xxxv.ſi quod in cauſa.in fin.addit.in no.& Anton.Capi.in deciſ.Neap.deci.v. nu.9. cum ſimil.
27 SECVNDO ſupraſcripti doctores pro ſubſtantiali ordine iudicii ponunt citationem,quaſi quòd oblato libello, pars ad illi reſpondendum,& ad reliquos actus citari debeat, alias proceſſus & ſententia non ualerent, quòd eſt uerum, quando pars
non

non eſt præſens, quia citatio tunc eſt fundamentum ordinis iudiciarii, et ſine ea regulariter quicquam fieri non poteſt, ut eſt communis reſolutio doctorum in.l.nequicquam.§.ubi decretũ. ff.de off.proc.Bartol.et Imol.in.l.ſi opus.ff.de no.oper.nun.&.l. quod iuſſit.ff. de re iud,cum uul. ſed ſi pars eſſet præſens citatio non eſſet de ſubſtantia cum ſententia & proceſſus abſque illa formari poſſint,ut per tex.et ibi ſcrib.in.l.de unoquoque.ff.de re iudi.l.in cauſa.§.cauſæ.ff.de minor.& dixi ſupra in ti.de citatio.

28 TERTIO pro actu ſubſtantiali doctores præfati litiſcõteſtationem requirunt, et uere hæc eſt ſubſtantialis, cum fundamentum et initium totius iudicij exiſtat ut ponit Specu.in prin. ſecundæ par.col.i.uerſi.et nota ꝙ nõ omnia. unde Bal.in.c. uni. col.i.extra de litiſcont. (ubi eſt bonus textus) dicit quòd litiſconteſtatio eſt tanquàm lapis angularis, ac fundamentum iudicii,quo deficiente nihil poteſt ſuperædificari. cap. cum Paulus.i. q.i.& ponunt doctores in.d.c.i.& in Authentic. Offeratur.C.de litiſcont.et l.fin.§.illud.C.de temp.appel.et in cap.ii. de litiſcont. libro ſexto,et in d.l.prolatam.

Quod procedit etiam in iudicijs poſſeſſorijs, ut eſt tex.in.ca. ii.ubi notant docto.ut lit.non conteſt.glo.et Bartol.C.ſi de moment.poſſ.Bart.et Ang.in.l.fin.C. qui legitimam perſonam habeant.Bal.et Saly.in.l.fin.C.ſi per uim. uel alio modo.Ioã.And. et alii in.c.conſultationibus.de off.deleg.et (excepto Guiliel.de Cunio) tenent communiter doctores, ut aſſerit Saly.in.d.l.fin. quem ad hoc refert et ſequitur Alexand.conſi.ſecundo. conſideratis.col.iii.in prin.lib.iii. & ſequitur deci.conſil.cccii. pro tenui col.ii.uerſi.ii.quia.lib.ii. Et adeo conteſtatio litis eſt ſubſtãtialis, ut illi renunciari non poſſit,ut per gl.in.c.ex cauſis.de off.deleg. c.i.de litiſcont.in.vi.et.c.fin.de re iud.eod.lib.gl.in clem. ſæpe in fin.de uerb.ſign.& ponit Mil.in uerb.renunciare. Alex.et Iaſ.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud.Bar.in.l.quoties.C.de priuileg.ſchola. lib.xii.ponit deciſi.Neap.cxci.Abb.col.fina. et per omnes in.d. l.prolatam.et Rot.deciſ.lxxxviii.in cauſa.in not. Quod intellige regulariter et ordinarie : nam adſunt plures caſus,in quibus neceſſario litiſconteſtatio non requiritur: quod enumerat Mari. Socy.in.c.frequenter.colum.ii,ubi enumerat caſus.lxxxii. conteſtationem litis non requirentes,extra ut lite non conteſt.

29 QVARTO, doctores ſupradicti pro ſubſtantia ipſius iudicii iuramentum calumniæ ſeu de ueritate dicenda communiter

ter requirunt: quod intellige uerum parte petente: nam tunc in qualibet parte litis præſtare debet: ſed ſi non peteretur, tacite omitti poſſet: et proceſſus ac ſententia abſque eo lata tali caſu ualeret: prout eſt hodie deciſum, per.c.i.de iura. calum.lib.vi.& ponit Bar.Bald.et alii in.l.fin.eod.titu.iſtud iuramentum in quibuſcunque cauſis etiam beneficialibus et ſummarijs exigi poteſt: ut in.d.c.i.clem.ſæpe.de uerb.ſignifi.igitur ſi fuerit petitum ſubſtantiale eſt: quia tunc præſtari debet, alias proceſſus et ſententia non ualeret: prout eſt tex.in.d.c.i.et deciſi. dominorum. dclx.dic quòd ſi in aliqua.et.dcxliiij. nota quòd ſi in aliqua, in antiqu.nota tamen quòd non eſt compellendus quis ad iurandũ de calumnia, niſi prius decreta copia proceſſus, ſi fuerit petita, ſecundum Rotam: ut per Faſtol.cauſa.xxvi.dub.l.

30. QVINTO, Ex ordine ſubſtantiali iudicij ſecundum aliquos ex ſupraſcriptis, cauſæ cognitio et examinatio requiritur, quæ nedum ad iudicii ſolennitatem, uerumetiam ad naturalem iuſtitiam conſeruandam adinuenta eſt. Naturali namque rationi conuenit, ut quis prius cognoſcat id, ſuper quo iudicare debet: & propterea dici conſueuit quòd cauſæ cognitio à iure diuino deſcendit: ut inquit Abb.in.c.i.de cauſ.poſſeſſ. et prop.quem ſequitur Fel.in.c.eccleſia col.xii.uerſi.ii.nota.de conſtitutionibus. Sententia igitur non præcedente cauſæ cognitione lata eſt ipſo iure nulla: ut inquit Bar.in.l.prolatam. et ibi cæteri ſequuntur, in uerſi.ſi.C.de ſent.et in.l.ex ſtipulatione. ubi tex.eod.titu.et facit tex in.l.ſi.et.l.ſi iudex.C. comminationes uel epiſto.et.c.ponderet.l.diſtinct.c.Deus oĩpotens.ij.q.i.c.quæro.vj.quæſt.i. optimus textus in.cap.ſummopere.xi.quæſt.tertia.et.c.Henricus.de poen.diſt.i.cum ex literis.de reſtitu.in integ.cum ſimil.

32. Et talis cognitio debet actum præcedere, non ſequi: aliàs huiuſmodi præpoſteratio uitiaret, ſecundum Bal.in.l. non enim.in prin.comm̃e.in fine.ff.de adoptionibus. quem ſequitur Fel.in.c. quoniam contra.col.i.in princ.ut lite non conteſtata.et facit.l.ii. C. de ſententijs ex breuiculo recitandis.et.l.i.C. de executione rei iudica.et quòd ponit idem Bal.in.l.cum iudex.C.de ſent.et in l.non dubium.in.v.oppoſition.C.de legibus. dum uoluit ſententiam ex probationibus factis, non fiendis ferri debere: quem ſecutus eſt Alex.in conſi.xxxvii.uiſo. col.vi.in prin.libr.ij.quod male à pleriſque iudicibus noſtri temporis obſeruatur, qui quotidie priuſquam proceſſus et merita cauſæ cognouerint, ac illa

digeſſerint,

digeſſerint,prout in cedula,in qua tunc nihil eſt deſcriptum, pronuntiant:quod & ſi ob negotiorũ multiplicitatẽ, ſeu periculum inſtantiæ,uel alias ex aliqua rationabili cauſa, aliquando tolerari poſſit, iuxta ea quæ ponunt doctores in.l.cum iudex. ubi Bald.col.i.uerſiculo quæro quid ſi iudex.C. de ſententijs cũ alijs, de quibus per Decium conſil.dxvij. in ſententia in princ.lib.iiii.
33 regulariter tamen iudices ab huiuſmodi præcipitatione abſtinere debeant:quoniam præcipitatio dicitur nouerca iuſtitiæ: ut probatur in clem.in paſtoralis §.uerum. de re iudi. cum aliis in propoſito adductis per Feli.in.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ.nume. 35.de conſtit.& Hippoly.in.l.ſtatuliber.nu.2. ff. de quæſtionib. & quamuis in dubio ſententia cum cauſæ cognitione prolata
34 præſumatur:nihilominus multoties præſumptio hmõi ex breuitate tẽporis tollitur.Vnde ſi iudici una die proceſſus cauſæ ſeu magnũ regeſtrum præſentaret,& altero die pronuntiaret,ſententia tanquã cauſa non cognita,& actis non uiſis lata eſſet ipſo iure nulla:cum intra tam breue interuallũ.& modicũ tẽporis iuris præſumptione quis non potuerit merita illius cauſæ uidere, ac mature ſuper his conſiderare,& deliberare. Idcirco talis ſentẽtia quaſi præcipitata,ac temeraria,&(prout præſumitur) iniuſta admittenda non eſt, ſed tanquã nulla reicienda: ut uoluit Barto. in d.l.prolatã.Cuius dictum doctores ubique ſequuntur & tenent: ut dixit Iaſ.in.l.ſi is apud quẽ col.iiii.in fine.& per domí. Alex. ibi,colum.iij.C.de eden.quòd dictũ illud doct. cõmuniter ſequãtur,uide per Feli.hoc ponentem in.c.quoniã cõtra.col.xvi.uerſ. ẽ.declara.ubi enumerat infinitos doctores hoc tenentes extrà de probat.& Alex.conſil.ccxviij.uiſis,col.fin.lib.ii.poſt Abb.in.c. aſſerte.col ij.de præſump.& in.c.cum ex literis, in.vij not.de reſtit.in integ.& ponit Dec.conſil. ccxcv. in cauſa iſtorum. col.fi. uer.ij.principaliter.li.ij.& conſ.cccclxxix.in controuerſia.col.ii. in fi.lib.4.unde nõ immerito cõtra iudices ita præcipitoſos inſur
35 git Bald.in.c.ad noſtrã ꝑ illũ tex.de conſuet.& Domin. de ſanc. Gemin.in.d.c põderet.l.diſtin.ubi & ipſi aſſerunt ſentẽtias hmõi nullius momẽti fore:prout etiã uoluit Alex.qui eas refert ĩ cõſ. cxxiii.ſcripſit,col.ix.uerſ.quinimo lib.4.& tenet Paris,qui pulchre loquitur in lib.de ſind.in.§. an ſi iudex. columna. ii. ac pro
36 bant etiam Anton.de But.Imol.& Panorm.in.c.ii.de re iud. & latiſſime Fel.qui articulũ ponit ĩ.d.c.eccleſia.ſ.Mariæ.co.vii.uer. ix.de conſtit.ubi atteſtatur hanc uidelicet ſententiã latã non uiſis

actis,& cauſæ.cognitione non præcedēte eſſe nullā, cōmuniorē ac ueriorē ſententiā eſſe:ut ibi,in col.ix.in uerb.13.et ultimo, in fi.ubi uideas.et Alex.in.d.l.ſi is ad quem.et doct.in.l. quod iuſſit.de re iud.et Franc.in.c.dilecto.col.pen.quæſt.lv.de appell. et regula procedit etiam ꝙ eſſet ſententia Papæ uel Imperatoris: quia ſi ex abrupto,et non præcedente cauſæ cognitione ferretur,diceretur nulla.arg.text.in.c.tum ex literis.de reſtit.in integ. et ponit Dec.poſt multos ibi ꝑ eū relatos,cōſi.544.Sereniſſ.col. 3.uerſi.ī principaliter.li.4.et Capi.deci.Nea.69.ī cau. Io.nu.35.

Intellige prædicta,qn̄ ſententia fertur in abſentē, ſecus in præſentē,et proceſſui non cōtradicentē:quia ſibi imputandū eſſet ſecundū Lap.alleg.28.delegata,et ſentētia ualeret, prout etiā ualeret ſi adeſſet timor ſcandali futuri,nā tunc licitū eſt iudici,fallere ne fallatur.ſec.Bal.in conſi.cxxvii.lib.iii.relatum ab Alexan. ad Bartol.in.l.ſi finita.§.ſi quis,in uerſic.arma.ff.de damn.infect.

37 SEXTO Aliqui pro ſubſtantiali iudicii ponebant probationes,qm̄ pōſtꝙ per negationē partis res effecta eſt dubia,ut in l.ſi quis libertatē.C quib.ad libert.procl.et.l.nemo.C.de acquir. poſſ.Iudex cui nihil conſtat nihil decernere poteſt, ut.l.i. ubi gl. C.ſecund.tab.quem tex.in propoſito adducit Bal,in.l.falſus.col. vii.uerſi.itē dubitatur.in fin.C.de furt.Imò ſi nullis præcedentibus probationibus iudex aliquem condemnaret,diceretur in dolo:ut uolu.Bal. in.l.i.col.8.C.de his quæ pœ.no. cum alijs, de quibus per Alex.conſil.cxxxi.in cauſa.col.pen. uerſi. probatur

38 etiā.lib.2.Ideo in quocunque iudicio etiā poſſeſſorio, et quantumuis ſummario requiritur plena probatio:ut uoluit gloſſ. cōmuniter approbata in.l.i.in uerb.filium.C.quorum bono.prout atteſtatur Alex.conſi.cxxxix.circa in fin. lib. vi. Nam ipſemet Papa nō poſſet condemnare ad debitum nō probatum, ex quo eſſet contra ius naturale uel gentium, et eradicare naturalē iuſtitiā,ut inquit Alex.conſil.2.col.i.uerſi:et eſt ratio.lib.ii.quem ſequi.decıſ.Neap.xci.Iterum.ii.col.facit bonus.text.in.c. nullum. xxx.quæſt.ulti.et quāuis poſſent ſuper articulo huiuſmodi plura diſputatiue hincinde adduci:concluſiue teneas quòd ſententia lata abſque probationibus non eſt nulla, ſed iniqua cum nō fuerit contra ius conſtitutionis,ſed contra ius litigatoris duntaxat latu,ita concl.Rot.ut per Aegid.conſil.lxxiii. Sententia, et etiā quia probationes,media cauſæ dicuntur,et ſunt de ordine iuſtitiæ,non autē ordine ſubſtantiali iudicij:unde quāuis iudex abſꝗ pro-

probationibus male faciat aliquem condemnare, nihilominus ſententia ſua, ſi ab ea non fuerit appellatum, tenet et in rem tranſit iudicatam: quia ex iuſta et uera cauſa lata præſumitur. c. Cum
39 inter. c. ſicuti. de re iud. c. Bonæ. el. i. et ibi Innoc. et alii de elec. ponunt doct. in. c. quoniã contra. de probatio. et eſt magis communis opinio ſcribentium, ſecundum Imo. in. c. cum in iure. de offic. deleg. Et Alex. poſt ipſum. in conſi. cv. põderatis. lib. v. et Deci. conſi. ccxcv. in cauſa iſtorũ. col. i. lib. ii. quia (ut diximus) probationes de ſui natura non ſunt de ſubſtantia iudicii, ſed ad bene eſſe: ut inquit Bart. in l. prolatã. in fi. et ibi Bal. et Ang. C. de ſent. et Bal. in. l. qui accuſare. C. de edẽ. ubi per illum text. apparet ꝙ ſententia in fauorẽ rei, actore aliquid non probãte, etiã ꝙ reus nihil præſtet. proferri poteſt. et in. l. cum et minores. col. pen. C. ſi aduerſ. nõ iud. tenet Abb. per illum tex. in. c. afferte. de præſump. et Alex. d. conſi. cv. ii. col. lib. v. late Felin. in. d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xi. uerſi. ſimiliter et fortius. ubi gl. tenuit contrarium extra de conſti. quamuis gloſſæ opinio intelligi poſſet quando. iudex probationes recipere noluiſſet, ſed illis non obſtantibus ad cauſæ expeditionẽ proceſſiſſet. Nã eo caſu ſententia poſſet dici nulla, prout declarat Alex. poſt Bal. in. d. conſi. cv. uerſic. accedit &c. Nihilominus et tunc puto debere à denegatione admiſſionis probationum huiuſmodi appellare: aliàs ſententia ipſo iure teneret: ut concludunt Ant. Cald. Dominic. Feli. et alii in. d. c. Eccleſia, per tex. in. l. Argentarios. §. cum autem. in uerb. ſi non probauerit. ff. de eden. et. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoff. teſtament. et. l. cum putarem ff. famil. erciſ. ita concludit deciſio. Neap. deciſ. xlvii. fuerunt latæ. et Fran. late diſputans articulum quæſt. lv. in. d. c. dilecto. de appel. Præmiſſa etiam tenuit Capic. ut in deciſio. i. col. ix. uerſic. 2. quòd dictum.

40 SEPTIMO, Aliqui pro ſubſtantiali ordinis iudiciarĳ ẽt publicationem proceſſus. et teſtium requiſierunt, quòd intellige parte publicationẽ proceſſus et teſtium petente. Nam ſi iudex tunc non facta publicatione procederet, ſententia ſecundum ipſos nõ ualeret, ut uoluit Hoſtiẽ. in ſumma, de ſent. §. qualiter. col. 3. uerſ. 12. et eſt gl. quæ dicitur ſingularis, in. c. ſi. in uerb. iudicii. de hæret. li. vi. quã in propoſito ſingularẽ uocat Ale. in. l. diuus, col. i, de re iud. Quamuis ex his quæ dicta ſunt concludi poſſet, quòd etiam petita et denegata publicatione, ſi ſententia ferretur, ualeret, ſi modo à denegatione publicationis non fuiſſet ap-

pellatum,quoniam proceſſus reſpectu iudicis,ſemper dicitur pu blicatus,& reſpectu partium publicatio dicitur de ordine iuſtitiæ,non de ordine ſubſtantialis iudicii, ut eſt celebre dictũ Inn. in.c.cum I.& A.de re iud.quem ibi doctores omnes ſequuntur, et Imol.in.d.l.diuus.ubi dicit ſe de hoc ſæpius in practica dubitari uidiſſe,Idem tenet Abb.in.c.cum dilecti.de fide inſtrument. & Bart.in.d.l.prolatam (quamuis glo. ibi contrarium tenuerit) et illam gloſſ.etiam reprobat,& aſſerit in Rom.cu.practicari cõtrarium Bald.in.c.j.col.iii.ſi de inueſtit.inter domi.& uaſſal.et la te per duas colum.ponit Fel.in.d.c.cũ I.et A.et Ang.in.d.l.prolatã.et Lanfran.in.d.cle.ſæpe.ſuper uerb.defenſiones,num.xv.de uerb.ſig.et tenet Guid.Papæ.q dlxxxvi.quæriť.et.ccclxix.quæ ſunt.in fi.Capi.deciſ.i.col.ix. uol.ii.ꝙ dictũ.et Alex. cõſ.cxx.ui ſo proceſſu.nu.7.lib.vii. quod in ſacro Rotæ auditorio ſæpius practicaui,per deci.xvi.nota ꝙ non uitiatur ſentẽtia teſtibus nõ publicatis,niſi à non publicatione fuerit appellatũ &c.in antiqu.

41. Nam ſi denegatio, & iudicis interlocutio huiuſmodi diſplicebat,par.debebat appellare,et non illi tacite acquieſcere.c.ex parte.de app.l.i.C.ſi ſæp.in integ.reſtit.poſtul.ibi, appellare debuiſtis,ſi ſententia uobis diſplicebat &c.Et ponit Bar.in.l. à procedẽte.C.de dilat.Si ergo proprio facto illã (acquieſcẽdo) confirmauit,parere habet neceſſe.l.fin.C de ſent.quæ ſine cert.&c.l. ab eo.C.quòd.et quan.l.i.C.de poſtul.l.i.C.de iuriſd.om.iud.

42. OCTAVO Dicemus idem de dilationibus,quia ſiue petitæ fuerint,ſiue non,ſententia dilationibus non conceſsis lata ualebit,cum ſint media cauſæ,et ius partis,non autem conſtitutionis concernant,ac probationes abſque termino et dilatione fieri poſsint,idcirco ſi non fuerint petitæ,non eſt quid imputandum iudici,ſi petitæ fuerint,& denegatæ,imputatur parti quæ nõ appellando acquieuit,prout concludit Bart.in.d.l.prolatam. (quãuis gloſ.& Bal.ibi uideatur ſenſiſſe contrarium)quoniam ut ſententia dicatur lata cauſa cognita, ſatis eſt quòd feratur parte præſente,uel citata,iuxta tex.in.l.in cauſa.§.cauſa, cognita.ff. de minor.et de cauſa poteſt iudici etiam per aſſertionem partium liquere iuxta text.in.l.fi.ſi per uim,uel alio mod.inſuper ſi dilationes non dentur,uel dentur minus breues, non eſt proditum remedium nullitatis,ſed appellationis,ut in.c.i.de dilatio. et ex ſupraſcriptis rationibus quòd dilatio non ſit ordinis ſubſtantialis, tenet Spec.in princ.ii.partis.Ita etiam uidetur reſidere poſt mul-

ta Bart.

ta Bart.in.d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.et ibi Imol.col.vii.per tex. in.c.dilectus filius.de reſcrip.etc.ex parte.no.de appell. &.c.conſtitutus.el.iii.de teſti. ubi hæc notat Bald.et.c.interpoſita.de appell.in quib.locis probatur quod ſi iudex exceptiones ac partis defenſiones nõ admittit,et pars à denegatione non appellet,ſententia ualet,& hanc partem tenet Fran.in.c.dilecto.q.lv.col.4.et Bal.in.l.petendæ in.3.no.per illum text.C.de temp.in integr.reſtit.& in.l.cum à nobis. per illum tex.C.de dilat.quæ (ut dixi) procedũt maxime ſi pars nõ petat,cũ iudex dilationes dare non
43 teneatur niſi petẽti,per text.in.l.i.ibi, poſtulanti dare conuenit. C.de dilat.et.l.ii.et ibi Bal.C.ut intra cert.tẽp.notat Iac. de Aret. & Bald.in.l fin.ff.de feriis:et idem Bal.in.d.l.cũ à nobis.C.de dilat.etiam ſi ſtatutũ daret certam formam ſuper dilationibus dandis:quia huiuſmodi ſtatutum intelligi debet parte petente: ut eſt glo.et ibi doct. in.l.ſi curatoris,in uerb.haberes.C.de iure delib. et.d.l.2. ſi intra certum temp.et facit.l.4.§.hoc autem.et ibi Bartol.de damno infect.Ita firmat Anto.in.c.uenerabilis, de iud.ex
44 quo ut dictum fuit,probationes fieri poſſunt abſque dilatione, ſecundum Bart.in.l. in crimine.ff.de adult.et.l.unius.§. cognitorum.ff.de quæſt.Bart.et alii in d.l.fin.ff.de feriis, et idem Bartol. ad reprimendum.in uerb.figura.et Bal.in.l.ſi quando.C.de dilat. Spec.eodem tit.§.uidendum.uerſicu.Cæterum. Et hanc partem (præmiſſa referendo)tenet Alexan.conſi.clxxxi.in cauſa et lite. col ii.uerſicu.præterea.lib.vi. et Fel. plura cumulando in.c.licet cauſam,colum.ix.uerſic.eſt iſtis inferunt.de probat.et Cap.in prima deciſ.Neapol.col.ix.uolum.2. quòd dictum et uide gloſſ.in clemẽ.ſæpe.in uerb.litiſconteſtationẽ.de uerb.ſignifi.quæ uoluit dilationes deliberatorias, ſi petantur,eſſe de ſubſtantia iudicii.
45 NONO pro ſubſtantiali ipſius iudicii aliqui ponunt etiã cõcluſionem in cauſa,per text.in cap.auditis. de procuratoribus capitulo paſtoralis.de cauſ.poſſeſ.et proprie.c.cũ dilectis. de fid. inſtrum.quod intellige eſſe uerum in foro eccleſiaſtico,et in cauſis profanis,et plenariis:quia ſi concluſio in talibus omitteretur. proceſſus eſſet nullus: ſecus in cauſis beneficialibus, et ſummariis,uel in foro ſecularium:ubi huiuſmodi concluſio fieri non cõſueuit. Ita determinat gloſſa in clementina ſæpe. in uerbo.concluſione, et eam ſequuntur ibi doctores, et Baldus in repertor. Innocent. in uerb. renunciation. in ſeptima quæſtione. quem refert et ſequitur Rota. deciſione quinta.in.final.additio.in no-

tab.& idem tenet Ioann.Andr.in addit.Speculat.in tit.de renun ciatione & concluſione in princ.in uerb.§.fin.& Abb.in.c.paſto ralis.colum.tertia.de cauſ.poſſeſſ.& propri.Bald.in.l.nec cauſas. circa princ.C.de appell.& de quo per eundem in c.primo: colu. 4.uerſic.2.quæritur, ſi de inueſtit.inter domi. & uaſſall. in uſib. feud.refert & ſequitur Felin.in dicto.c.cum dilecti.col.vi.uerſic. quarto ſcias.ubi poſuit materiam huiuſmodi, de fid. inſtrumen. poſt Alex.conſi.clxxii.in cauſa.in fin.lib.vi.et uide Aegid.con clu.cclxvij.etiam & Capic qui præmiſſa tenet in deciſ.i. col.ix. uerſic.item quantumcunque,& nota quòd concluſio non debet fieri niſi aliqua parte inſtante,aliàs.eſſet locus appellationi, ut in quit Rota,deciſ.dccvii.Not.quòd ſi aliquis in antiq.

46 Cautionis præſtatio iuxta authen.generaliter.C.de epiſ. & cle. & authen.libellũ.de litiſcont. tacito uel expreſſo partiũ conſenſu omitti poteſt, ut in.d.authẽ.generaliter.in fi.propterea potius ac cidẽtale, quã ſubſtãtiale iudicij reputari debet,ꝗuis Azo dixerit eſſe de ſubſtãtie,quod tẽporibus noſtris raro uidi practicari.

47 Reliqua uerò quæ in iudicijs concurrere ſolent, ſi ante litem conteſtatã fiunt,præparatoria dicuntur, in quibus ordo iudicij non ſeruatur.Nam ante litem conteſtatã(libello excepto) nihil eſt quod uitiet,ut uoluit Specul.in tit.de præpar.iudi.in princip. ii.partis, & Bart.in.l.ſi quæramus,colum.ij.ff.de teſtam.& ponit formaliter Bald. in authenti.contra rogat.in fine. C. ad ſenatuſ con.Trebellia.& in authent.generaliter,columna penult. uerſic. quinto quæro,ubi deciſiue loquitur.C.de epiſc.et cle.et in.l. pro latam.in.i.colu. uerſic. quæro ergo.C.de ſentent.& in.l. penult. in fine.C.in quibus cauſ.reſtitut.in integ.& tenet Rota. deciſio. cccccxcij.nota ꝙ in antiq.ubi uoluit quòd in cauſa reſtitutionis ad appellandum,uel in probando infamiam, ad effectum aliquẽ ad perſonaliter comparendum citandum, ſeu inquiſitionem con tra ipſum formandam,& in ſimilibus præambulis, & præpara torijs iuris ordinem ſeruare non oporteat,& tenet Alexan.con ſilio.xxvii.numero.2.lib.2.& Deci.conſil.cccccxc.exhibentur. numero ſecundo,libro quarto.

a. Alia uero quæ fiunt poſt litem conteſtatam, demptis his, de quibus ſupra diximus,ex quo ſunt media cauſæ, & accidentalia reputantur,ſub ordine iuſtitiæ includuntur, et propterea ſi omit tantur,uel præpoſterentur,non uitiatur proceſſus,quia (ut dixi mus) id ſolum uitiat ſi omittatur,uel præpoſteretur quod ſub

ſtan-

ſtantiale eſt,quoniam ordo non attenditur,niſi ubi à lege præfi- xus,ut uitiet,reperitur,inquit Bald.in authenti. hoc amplius nu- mero.38.C.de fideicomm.&.l fin.numero.14.C.de hæred inſt. ubi ponit quòd ordo legis diuinæ,naturæ,& formæ,præpoſte- rari non debet,& in.l.præpoſteri.C.de teſta.

49 Idcirco quamuis ordinarij iuris ſit, quòd poſſeſſorium prius debeat terminari, quam petitorium.l. ordinarij.C. de rei uend.l. incerti.C.de interdictis l.ſi de ui.ff. de iud.l.fi.C. quorum bono. Maxime ubi ageretur actione ſpolij, quæ in hoc ut prius co- gnoſcatur,priuilegiata eſt,capit.ſuper ſpoliatione,de ordi.cogni. & tertia queſt.i.& quæſt.ij.per totum.

Nihilominus ex quo talis ordo eſt potius de iuſtitia, quam de ſubſtantia iudicij,ſi præuerteretur,& pars non exciperet,pro- ceſſus,& ſentẽtia ualeret, maxime quia hic eſt ordo cognitionis unius cauſæ ad aliã,& reſpicit ius litigatorũ, nõ autem eſt eiuſdẽ cauſæ ad ſeipſam,neque reſpicit ius publicũ: his nanque dunta- xat caſibus præpoſteratio uitiare ſolet,ut eſt gloſſ.in.l.ſi manci- pium.§.i.ff.de euic.et text.in.l.prima,et ibi gloſſ. & ſcrib. C. de appell.glo.in.l.ſecunda.C.communi diuid.declarat Bart.Bald.& Ang.in.d.l.prolatam,& ponit gloſſ.in ſumma.ii. q.i. & Bartol. in.l.proſecutione,in fin.C.de pigno.Bald.in.l.per hanc,in.vi.co- lum.uerſi.uel pone exemplum.C.de temp.app.Lanf.in.ca. quo- niam contra §.interlocutoriæ,uerſic.circa ordinem,num.15. de probat.& Alex.in conſi.xxxiiii.conſultus lib.iiii.

50 Idem diceretur,ſi eſſent duo,quorum unum eſſet maius, uel alteri præiudiciale,ut dici conſueuit de quæſtione criminali,& ci uili: quoniam quæſtio criminaliter mota ratione maioritatis priuſquam ciuilis cognoſci,et terminari debet,ut.l. fi. C. de ord. iud.aut foret quæſtio libertatis, ſeu natalium, et quæſtio hæredi tatis.Nam illa quæ alteram perimit,prius terminari deberet, cũ ex illius deciſione altera multoties decidatur,ut in.c.tuam,de or dine cogni.&.c.lator.qui fil.ſint. legit.c. exhibita, de iudi.l.uni, cum ibi notatis.C.quand.ciuil.ac crimi. præiud.l. prima, & per tot.C.de ord.cognitio.Et Bald.utrunque ponit in.l. prima, nu- me.2.C.qui accuſ.non poſſ.

51 Prout etiam idem foret, quando aliquis non poſſeſſor co- hæres, uel dominus, aut conſocius negaretur ab altero, prius enim petitione hæreditatis, rei uendicatione, ſeu actione pro ſocio,contra poſſeſſorem, quàm diuiſorio iudicio agere opor-

teret,ut.l.i.ff.famil.erciſ.et.l.fundi quem.ff.de excep. et ponit gl. et ſcrib.in d.l.Si mancipium.ff.de euict.et Alex.conſil. xlvi. uiſis,et accurate,colum.penul.uer.ergo eſt.lib.i.

Idem obſeruandum eſſet, ſi creditor uellet agere contra fideiuſſorem,non excuſſo principali debitore,quia ordo eſt,ut prius agat contra principalem, ſi præſens eſt, authent.præſente.C. de fideiuſſo. Prout etiam prius mandatores, et fideiuſſores executiendi ſunt, antequam ad tertios poſſeſſores pignorum deueniatur.authen.ſed hodie.C.de actio.et obligat.cum aliis, de quibus per Alex.conſil.cxxxvii.in cauſa,colum.iii. in princip. lib. ii. In omnibus igitur præmiſsis,ac ſimilibus,et ſi ordo iuſticiæ ſit, ut prius unum expediatur quàm aliud, nihilominus cum præuerſio ſit unius cauſæ ad aliam,et principaliter iura partium conſpiciat,præuerſio non uitiabit,ut dixi ſupra,et ponit Guid. Pap. quæſtio.xciiii.aliqui.et.ccxxi.item,et.ccccxxxii. ſupra.

51 HACTENVS loquuti ſumus de ordine illius iudicii, quod ſecundũ regulas cõmunis iuris plenarium eſt, in eo nanque cum ſententia generet plenum præiudicium, requiritur ꝙ iudicium ſit formale,& habeat ſua ſubſtantialia, uidelicet ꝙ ordinis iudiciarii obſeruantia, de qua ſupra, perſonarum præſentia, & utriuſque partis iurium audientia interueniat,ut declarat Bald.in l.iudices.C.de iudi.ubi etiam dicit omne iudicium regulariter dici plenarium et ponit Spec.de off.om.iud.§.poſtremo.

52 Si uero iudicium ſummarium foret, uel ſui natura, ut puta ꝙ eſſet præparatorium,ſeu præambulum ad aliud, uel ex eo ꝙ illius ſententia modicũ,ſeu reparabile præiudicium afferret,ut ponit exẽpla idem Bald.in.d.l.iudices,ſiue ꝙ ratione cõtractus,uel obligationis,aut uigore legis,ſiue reſcripti, uel ſtatutorũ,aut aliter,iudicium foret executiuum,tunc tanta ſolennitas, et obſeruãtia non requiritur,ſed ea duntaxat, quæ ueritatem rei, ac partis defenſionem reſpiciunt,principaliter attenduntur, ut declarat gl. et ibi doct.in clem.ſæpe,in uer.defenſiones,de uerb.ſig.iunc.tex. in cle.diſpendioſam,de iud.ubi cauſæ ſpirituales,ac ab his dependentes,tanquam ſummariæ enumerantur,& declarat Barto. ad reprimendum,in uerb.figur.Quantumcunque tamen cauſa fuerit ſummaria,neceſſario interuenire debet cauſæ cognitio, partis citatio,et iudicis declaratio,ut dixit Alexan.in conſil. xlii. uiſo, nume.4.lib,quarto,& habetur in.d.clem.ſæpe.

Et quoniam in qualibet ſpecie cauſarum,ſiue ſummariæ, ſiue plena-

plenariæ,ſunt ultra communis iuris diſpoſitionem, in pleriſque locis uigore ſtatutorum, aut conſuetudinis localis, certus modus,ac ſolennitas in procedendo adhiberi conſueuit: Propterea diligenter ad id erit aduertendum: quoniam quicquid ſtatuenti, uel principi, quòd obſeruetur, et ſi ordo placuit, cenſetur ordo
54 ſubſtantialis: cum talia niſi cum aliquo miniſterio, et rationabili cauſa induci non conſueuerunt: idcirco ſi modus ille, et ordo non ſeruaretur,proceſſus eſſet nullus,diſtinctione non habita an eſſet ordo unius cauſæ,ad ſeipſam,uel ad aliã: quia ſemper quod fit contra huiuſmodi ordinem ipſo iure non ualet, capitulo cum dilecta,de reſcrip.c.cum uenerabili,de off.deleg. ita declarat Bal. in.d.l.prolatam, colum.pen.uerſi.et nota quòd,et in.l.1.ff. de lib. poſthu.ubi moderni uoluerunt quamlibet leuem ſolennitatem a
55 ſtatuto pro forma,et ordine inductam ſi omittitur,uitiare,quod reaſſumit Fel.in.c.quoniam contra,col.v.uerſi. ſi tamen ſtatutũ, extra ut lite non conteſt.& in.d.c.Cum dilecta, et ponit deciſio. conſil.decimo,uiſo puncto, colum.i.libro.i.et conſil.ccccxxix. licet,col.ii.nu.v.et conſ.ccccxxxiiij.in prin.et conſi.466.Stante, col.4.uerſ.et iſta conclu.lib.4.et plenius conſ.dxxxij.accurate.in prin.eo.lib.cũ cõſ.ſeq.in prin.et conſ.dcxij.cõcluſionẽ,col.i.li.v.
56 Cum itaque in concernentibus ordinem,et modum procedendi,coram quocunque iudice,ſiue ordinario,ſiue delegato attendi debeat locus iudicii, quamuis in deciſoriis locus contractus attendatur,ut de utroque eſt gloſſ.ordinaria, quam ibi ſequuntur Iacob.de Aret.et Cyn.ii.q.et Bal.in.l.fi.C.quæ ſit long.conſuet. per.l.iiii.in fi.ff.de teſt.l.ii.C.quemadmo. teſta.ape.l.ii. circa.fi.C. de iura.calum.iunct.l.i,in prin.ff.de uſur.et l. ſi fundus.ff. de euictio.et.l.i.C.de eman.libe.tenet Spec.in tit.de ferijs §.i.uerſic.ſed pone.ubi Ioann.And.et glo.in.c.licet canon.in.uerb.decreto. de elect.lib.vi.Canoniſtæ in c.quòd clericis,de foro competenti,& in rub.de conſuet. Et eſt communis opinio ſcribentium, ut late comprobat,& atteſtatur Alex.in conſi.clxiiij.circa dubitationẽ col.ii.uerſi.ſed præmiſſis,lib.vi. et in terminis tenet Rot. ut per Aegid.concluſi.lxxviii.ſuper appellatione,et Rot.dec.xx.anno domini,in fine.in no.Guido Pap.quæſt.cclxij.conſuetudo.

Idcirco diligenter uidere proceſſum conueniet, et perquirere nunquid ordo, ac ſolennitas iudicii in loco, ubi cauſa agebatur ſeruari ſolita ad unguem ſeruata fuerit.

Puta exempli gratia (pro te iuuenis) quòd cauſa in Ro.cu.

agitata fuiſſet, uidendum erit nunquid ordo iudiciarius fuerit ſer uatus, ſecundum ſtylum, et conſuetudinem illius fori, in quo cau
57 ſa cognita, et deciſa extitit, uidelicet ſi in ſacro Rotæ auditorio cognita fuit, uidebis nunquid termini ſubſtantiales ibidem protela, et ordine iudiciario ſeruari ſoliti, ſeruati fuerint: Nã in cauſis beneficialibus, ac ſpiritualibus, et alĳs de quibus in d. cle. Diſpendioſam, uel in profanis, in quibus a partibus (ut fieri conſueuit) fuerit obtẽtum reſcriptum, ut etiam in his procedatur, prout in beneficialibus, in iſtis omnibus quando cauſa eſt in prima inſtantia, ex ſtylo eiuſdem palatĳ, termini infraſcripti unus poſt alium, obſeruari conſueuit: uidelicet quia pars diuerſa ad dicendum contra commisſionem ad primam diem, ad libellandum ad primam, ad articulandum ad duodecimam, ad dicendum contra articulos ad ſecundam, ad producendum omnia, ad ſecundã, ad dicendũ contra producta ad ſecundam, ad declarandum, & iurandum de calumnia ad primam dies citari conſueuit.

In ſecũda uero inſtãtia oẽs prædicti termini ſeruantur ad primã diẽ, excepto termino ad articulandũ, qui ſeruatur ad octauã.

In tertia inſtantia termini prædicti ſeruantur ad primam diẽ, excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad ſextam (hos autem dies intellige quòd ſint utiles, & non continui, ut declarat Rot. deciſio. cxxxv. ſi mandetur, in no.)

In cauſis uero profanis, in quibus ex ui alicuius reſcripti inſtar beneficialium procedi non poteſt, cum de iure in eiſdem requiratur libellus, uel ſaltim talis qualis petitio, et lis omnino conteſtanda ſit, ultra terminos ſupraſcriptos, & ſtylo ſeruatur etiam terminus ad reſpondendum libello, et litem conteſtandum ad primam, et ad hoc ſi pars non reſponderit, ac litem non fuerit conteſtata, conſueuit quatuor uicibus citatio reiterari, uidelicet primo ſimpliciter, ſecundo ad primam diem, tertio ad idem ſub pœna excommunicationis, quarto ad idem ex ſuperabundanti, Alioquin ad uidendum ſe declarari, &c.

Deinde fit citatio ad articulandum ad decimamquintam diẽ in prima, in ſecunda inſtantia ad octauam, in tertia ad ſextam, in reliquis fit prout in beneficialibus, p̃terquã in termino ad libellãdũ, qui in prima inſtãtia in profanis fit ad octauã; in bñficialibus ad primã, prout in Ro. cu. practicãtibus notoriũ eſt, quãuis raro eueniat, quòd termini hmõi prout in profanis obſeruentur, quia cõiter obtinentur reſcripta, ut in hmõi cauſis procedi poſſit ad

inſtar.et prout in beneficialibus, et tunc uigore talis reſcripti ſer uatur termini prĩo loco poſiti,de quo uide Caſſ.dec.ix.de reſcri.

58 Et nota quòd ubicunque cauſa profana,ſeu alia uigore reſcripti,ſeu alias ſemel efficitur ſummaria,in quacunque inſtantia, & coram quocunque iudice qualitas huiuſmodi cognitionis ſummarie perdurat,ut per Aegid.concluſi.xli.Si Pap.& Caſſad. deciſio.viii.quæ magiſtra eſt,ſub tit.de reſcrip.

Erit inſuper ſciendum, quòd ex ſupraſcriptis terminis, quatuor ſolummodo ſubſtantiales iudicantur,quorũ ſi aliquis omit

59 teretur,proceſſus non ualeret,uidelicet.terminus ad articulandũ, ad dicendum contra articulos,ad producendum omnia,et dicendum contra producta.iſti nanque partis defenſionem,ac cauſarũ cognitionem,et inſtructionem reſpiciunt,& propterea non poſſunt omitti,nec illorum ordo præpoſterari: ut per Rot.deciſio. xxxiii.quando committitur, quæ declarat præſentẽ materiã, & deci.xc.domini omnes,in no,et deci.dcccvi. Sciendum eſt,in antiq.et Aegid.conclu.xxvii.& deci.dlx.concluſio.& Caſſad.deci. ii.de iud.qui optime loquitur,iunct.d.deciſio.viii.de reſcriptis.

Reliqui autem termini bonum eſt, ut propter ſtylum ſeruentur: quamuis ſi aliquis ipſorum omitteretur, uel præpoſteraretur,ſententia nihilominus ualeret,ex quo tales, uidelicet porrectio libelli,litiſconteſtatio,iuramentum calumniæ (non petitũ) in iſtis ſummariis non ſunt de ſubſtantia, ut magiſtraliter declarat idem Caſſad.dicta deciſione octaua,num.6.de reſcrip.

60 Eſt etiam ſciendum, quòd quando à principio cauſæ reus ad totam cauſam generaliter citatur,termini ſupraſcripti non dicuntur de ſubſtantia,ſed ad bene eſſe, ex quo contra taliter citatum, & non comparentem abſque ulteriori citatione uſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue de iure procedi poſſet, ut diximus ſupra,& hoc tenet Rota,deciſione.viii.in antiq.& deciſione.xciii. iudex,in fine,& deci.lxxviii.poſt Lapũ,&.ccxlv.licet,circa medium,&.ccxxiii.Si committatur. in no. in quibus locis uidebis Rot. concludentem terminos huiuſmodi, qui per audientiam contradictarum contra citatum ad totam cauſam ſeruari conſueuerunt,potius ex urbanitate, quàm iuris neceſſitate ſeruari: nihilominus propter ſtylum,etiam tales ſeruandi ſunt, ſecundum Aegidium,concluſi.cccx.fuit,&.dlx.concluſio poſt princip.

61 Ex ſtylo eiuſdem palatij in cauſis deſertionis appellationum, reus condemnatus ad docendum de appellatione, & eius legiti

ma

ma proſecutione primo pro prima dilatione, et ſic ſucceſsiue.ii. iii.&.iiii.ex abũdanti,et ſemper ad primam diem, quaſi ad inſtar peremptorii,quod per trinam citationem fiebat,citari conſueuit iuxta tex.et in.l.tres denunciationes.C.quomodo, et quando,et l.ad peremptorium.ff.de iud.

62 Idem ſtylus induxit, ut quando reus uult ab inſtantia iudicij abſolui,etiam quòd ex parte actoris termini, ſubſtantiales ſeruati nõ fuerint,cum reus nil aliud petat,quàm abſolui. Idem actor quater,uidelicet.i.ii.iii.et.iiii.ex abundanti,et ſemper ad primam diem ad procedendum,prout de iure citari ſolet,&c.et dictis terminis ſeruatis (quaſi peremptorio miſſo)idem actor citatur ad ſententiam,et reo abſolutoria cum expenſarum condemnatione conceditur,ſi eo interim actor aliquid releuans non probauerit, & de terminis iſtis loquitur Rot.deci.69. actore non ueniente, in no.et facit quod ponit Aegid.concluſio.cccclxii.ſi P.

39 In cauſis uero nullitatem, quando nullitas in iudicio principaliter,ſeu incidenter,deducitur qui termini ſeruari debeant,et an libellus,et litiſconteſtatio requiratur,ponit Rot.dec.cccxl.fuit dubitatum,col.i.et.cccxli.in no.Aegid.concluſ.cccxvii.in cauſa, et cccxix.in cauſa,cum aliis per me adductis ſupra,ſub rub. qualiter nullit.in iud.deduci poſſ.ubi etiam reperies de iudicio attentatorum : et quòd in eo non ſunt ſeruandi termini ſubſtantiales, ſed ſatis fore de ipſis attẽtatis docere,ut ponit Rot.deci.dcclxv. ſciendum eſt,quòd ſi in aliqua,in antiq.ut ibi dixi, et nota ſecundum Aegid.conclu.cccxliii.appellans, quòd termini ſeruati ſuper iniuſtitia,puta appellatione,deferuient etiam in cauſa nullita-

64 tis,cum nulla maior ſit iniuſtitia quàm nullitas,ſecundum eum: prout ẽt termini ſeruati in petitorio deſeruiunt in cauſa poſſeſſorij,ut per Biſſignetũ dec.i.de cauſa poſſeſ.et proprietatis cũ ſimil.

65 Et ſi foret cauſa diffamationis, et iactationum ſuper quibus quotidie altercari uidemus : cum in tali iudicio nihil dari, aut fieri petatur,neceſſario iuris ordinem ſeruare non oportet; ideſt libellum offerre,litem conteſtari,&c.Sed aliquali petitione porrecta,facta fide de iactationibus, ac ex ſuperabundanti præfixo termino aduerſario ad docendum quicquid prætendat, &c.

Termino huiuſmodi elapſo,et non probato, iudex declarare poterit diffamationes,et iactatiões præfatas iniuſtas,temerarias, ac de facto factas,et præſumptas,&c.deſuperque perpetuum ſilentium imponere,prout colligitur ex notatis per Inno. in capit.

conquerente,

conquerente,in ſecunda gl.de off.ordin.et in c.lator, qui filii ſint legitimi,per Bart.et alios in.l.diffamari, ubi eſt tex.C.de inge.& manumiſſ.et.l.mancipiorũ,de optio.lega.et declarat Bal.in ſumma,ſeu practica,ubi titu.de citatione,quæſt.vi.et facit deci.Rot. cccv.nota qualiter,in antiq.Et latius Practicam , et Theoricam dictæ.l.diffamari explicat Boer.deci.cclv.col.i.cum ſeq.quis autem in cauſa huiuſmodi dicatur actor,uel reus,uide in c.cum inter ubi Innoc.Ant.Abb.et Fel.extra de exceptio.et dec.Neapo. cclxviii.in alia cauſa,moleſtiæ uero prædictæ, ac diffamationes probantur eo ipſo,quòd aduerſarius in cauſa ſe opponit, et contradicit : nam hoc ſufficit,argum.l.is qui.ff. de rei uend.l.fin.ff.ſi uſusfr.pet.per Bar.in.l.ſi prius,in.v.op.ff.de no.ope. Tenet Lap. præmiſſa referendo alleg.lxv.quicquid Eccleſia,col.fin.

66 Eſt etiam ſciendum , quòd quando in palatio cõmittitur cauſa,etiam quòd eſſet in ſecunda, uel alia inſtantia, et termini puta in prima inſtantia eſſent ſeruati,ex quo tamen proceſſus de partibus regulariter modicum ualent,tela iudiciaria a capite inchoatur,et ſeruantur termini,prout in prima inſtantia ſeruari ſoliti,ut per Aegid.concluſi.lxxiiii.Termini,in fi.et.lxxviii.ſuper appellatione,et melius Rot.deciſio.xx.anno domini. in no..

Inſuper,Cum ſtylus curiæ,et loci in quibus cauſa agitur,non autem curiæ delegantis ſeruandus ſit (ut per eundem Aegid. concluſio.lxxviii.ſuper appellatione, et diximus ſupra) idcirco

67 ſi Papa cauſam alicui iudici in partibus cum poteſtate ſummarie procedendi committeret, talis iudex non cogeretur ſeruare ſtylum,et terminos Romanæ curiæ,ſed iuris communis diſpoſitionẽ ſequi deberet,ut ponit idem Aegi. concl.lxxxii. ſi Papa.

68 Si uero in eadem curia extra Rotam,puta in curia Capitolii, cauſa uerſa fuiſſe,tela,et ordo iudiciarius a ſtatuto,et conſuetudine illius fori inductus ſeruari debuiſſet, uidelicet quòd in cauſis ordinariis ſummam uigintiquinque ſcutorum exceden. pars ad uidendum productionem libelli,et reſpondendum illi citaretur. Et poſtmodum (libello exhibito)idem reus citari conſueuit ad litem conteſtandum,alias uidendum pronunciari haberi pro cõteſtata,necnon iuramentum calumniæ præſtari uidẽdum.Et demum lite conteſtata,uel habita pro conteſtata,ac iurato de calũnia,per teſtes,ſeu inſtrumenta cauſa inſtrui ſolet,ad quorum productionem pars etiam eſt citanda (prout diximus ſupra) demũ (parte petente)iudex trinas dilationes, duas ad probandum , &

reliquam

reliquam ad probatum habendum per omne genus probationis dare tenetur, quibus decurſis, principali, & procuratore (ſi quis eſt) ad audiendam ſententiam uocatis, ex ſcriptis recitatione, per iudicem pro tribunali ſedentem ſententia profertur: & ſi alias fieret, proceſſus, & ſententia non ualerent: prout ex forma dictorum ſtatutorum ſatis conſtat, & quotidie practicamus.

Sed ſi fores in alia curia, ſtylo & cõſuetudini illius adhærebis: quod cum ſit extra materiam noſtrã, ulterius nõ proſequamur.

VISO de ordine, ac ſubſtantialibus proceſſus & iudicij, reliquum eſt, ut ad nullitates & defectus ex ipſamet ſententia ratione ſolennitatis illius reſultantes tranſitum faciamus.

69 Dico igitur quòd ordinis iudiciarij, circa ſolennitatem probationis ipſius ſententiæ eſt, ut primo ſententia in mente iudicis cõcipiatur, & mature deliberetur, ac deliberata in ſcripturam redigatur: et redacta corrigatur, & taliter correcta litigatoribus hora audientiæ conſueta loco ſolito maiorum, per iudicem pro tribunali ſedentem, publice recitetur. hæc omnia ſpectant ad officium boni iudicis: quia quod magno conflictu decerni ſolet, id præcipitanter, et paucis literis temere deſcriptis diffiniri fas non

70 eſt: ut inquit text. in. l. fi. C. comminat. & epiſto. Ideo ſi ſententia non fuiſſet prius ſcripta, quàm proferretur, ipſo iure non ualeret: ut probatur in l. ſecunda & tertia. C. de ſent. ex breui. reci. & c. fin. de re iud. lib. vi. c. in primis. ii. q. i. c. i. de ſentent. excommun. in. vi. Requiritur ergo pro forma quòd ſententia primo ſcribatur, et deinde recitetur: adeo quòd ſi iudex oretenus pronuntiaret, & poſtmodum ſcriberet: talis præpoſteratio uitiaret: ut inquit Bar. in. l. fin. C. de ſenten. ex breui. recit. quem ſequitur Lanfranc. in c. quoniam contra. in. §. interlocutoriæ. uerſ. ii. requiritur. de probat. & hoc procedit etiam in cauſis beneficialibus et ſummarijs: in quibus de plano et ſine figura iudicij procedi poteſt: quia etiam in his (ut excludatur temeritas, et præcipitatio, & ut melius per ſcripturam probari poſſit) ſententia in ſcriptis proferenda eſt, ut uoluit tex. in dicta clemen. ſæpe. in uerb. in ſcriptis. & ibi glo. & ſcrip. de uerbo. ſignifi. hæc igitur iuris ſolennitas ſeruanda eſt, alias actus non ualeret, arg. l. i. et ibi gl. ff. de in iuſt. rup. teſt. et cumulat Feli. in. c. quoniam frequenter. col. iii. ut

71 lite non conteſtat. & cum pro publica utilitate huiuſmodi ſolennitas introducta fuerit, a partibus remitti non poteſt, ſecundũ theoricam Innocen. poſt gloſſ. in capitulo in cauſis. de offic. dele-

lega.

lega.& Caſſad.deciſio.ix.nume.8.de appel,& dicam infra.

72 Et intellige quòd ſententia taliter ſcribatur ut legi poſſit,alias pro non ſcripta haberetur,& non ualeret: ut dixit in ſimili de teſtamento tex.in.l.quo tutela.§.quæ in teſtamento.ff.de reg.iu.et tenet Bal.in.l.i.ff.de his quæ in teſta.delen.& ſcribenda erit in ea lingua quæ fuerit communis,et intelligibilis in eo loco, et inter eas perſonas,in quo,& contra quas proferretur, puta Latina inter Latinos,Græca inter Græcos,Vulgari inter Vulgares, ſtylo nihilominus illius curiæ adhærendo: & hoc ne quis ignorantia linguarum,quominus illi pareat ſe excuſare ualeat: per tex.in.l. iudices.C.de ſenten.&.l.ſed ſi.§.proſcribere.ff.de inſtit.&.l.i.§.fi. ff.de uerbo.oblig.et Bartol.in.l.decreta.ff.de re iudi.cum alijs, de quibus per Fel.in rubri.de conſtitu.colum.fina.uerſicu. ulterius &c.Et ponit Hoſtien.in tit.de ſenten.§. qualiter. colum.i.uerſic. quarto ſi recitauit.ubi dicit quòd ſi iſtud alicubi de facto non ſeruatur,de iure tamen ſeruari debet.& Spec. in titu.de ſenten.§.iuſta.colum.vi.uerſi quid de interlocutoria.ubi aſſerit in curia Frãciæ hoc non ſeruari: cum ibi non ſecundum iura ſcripta, ſed ſecundum certas illorum locales obſeruantias procedatur.

73 Hæc tamen ſcribendi ſolennitas (ſecundum aliquos) de expreſſo partium conſenſu omitti,& ſententia ſine ſcriptis proferri poteſt: ut uoluit Spec.in.d.§.iuſta.col.v.uerſic.non ualet etiã. Et ibi Ioan.Andr.qui aſſerit Guilielmum de Cu. hoc tenuiſſe in authen.niſi.C.de ſentẽ.ex breui.recit.ubi etiam hoc tenuit Ang. Iſtud etiam tenuit Bar.poſt.gl.in uerb.conſentientibus.in fi. per illũ tex.in.l.quoties,C. de priuileg.ſchola.lib.xii.qui tex.ad hoc cõiter allegatur: et tenet gl.in.c.ſtatutis.in.i.gl.ii.q.i.ponit gl.in uerb.illuſtriũ.in.c.fi.de re iud.lib.vi.& dec.Neap.cxci.Abb.col. iii.uerſ.ꝑterea.& Ant.Gorſet.in ſing.in uerb.ſentẽtia ut ſcis.Lanfran.in.c.q̃m contra in.§.interlocutoriæ.uerſi. eſt ordine ſucceſſiuo.nu.8.de probat.& Iaſ.in.§.curare.col.fin.inſtitu.de actio.

Contrarium tamen tenuit gl.in uerb.de partium. & Hoſtien. & Bernard.ibi in.d.c.de cauſis.de offic.deleg.cum(ut dictum eſt ſupra) ſit ſolennitas iuris in publicum fauorem introducta, cui renunciari non poteſt.l. ius publicum.ff. de pactis.l.nemo poteſt.ff. de lega.i. cum ſimil. & quicquid ſit de ſententia in cauſa graui & ponderoſa, iſtud tamen in cauſa uili & modici momenti non procedet: quia in tali,ſi partes uoluerint,ſententia ſine ſcriptis ferri poterit: ſecus ſi cauſa erit magna. & hoc modo

loquitur tex.et gl.in d.l.quoties.et facit tex.in authē.niſi breuio
74 res.C.de ſent.Prout etiam hoc non procedet in ſententia interlocutoria,ſi modo ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, uel interdicti non ſit: quæ ob illarum grauitatem in hoc adæquantur diffinitiue,et in ſcriptis fieri debent: ut in.c.i.de ſen. excom.in.vi.Aliæ uero interlocutoriæ oretenus per iudicem ferri, et per notarium in actis redigi poſſunt,ſecundum Spec.in d.§.iuſta.col.vi.uerſi.quid de interlocutoria.et Bal.in.l.fi.C. de ſent.ex breui.recit.quod tenent communiter doctores: ut inquit Iaſ.in l.ne quicquam.§.ubi decretum.col.x.de offic.præſi. unde ſenten
75 tia condemnatoria expenſarum,quæ ſecundum cōmunem opinionem dicitur interlocutoria: ut dicit Alex.in.l.quod iuſſit ſuper gl.magna.ff.de re iud. ſine ſcriptis proferri poſſet. In quampluribus etiam aliis caſibus ſententia non ſcripta poterit ſuſtineri: ut notat gl.in.d.c.fi.in uer.illuſtrium.et Abb.Feli.et alii in.c. Albericus.per illum text.de teſt.et in capitu.quoniam contra.in uerb.interlocutiones.et Iaſ in.d.§.curare. colum.fin. & in.d.l.ne quicquam.§.ubi decretum.cum ſimil.

76 Et aduerte quòd ubi ſententia ſub uerbis primæ perſonæ, ut ita pronunciaui,uel ita pronuntiamus &c.concepta reperitur,in ſcriptis lata præſumitur: ſecus ſi ſub uerbis tertiæ perſonæ: ut ita pronunciauit talis &c,conciperetur,ut inquit Spec.in.d.§.iuſta.col.vi.in princ.& tenet Lap.in.c.fi.de appel.lib.vi.ſecundum Rot.deciſi.ccccix.fuit dubitatum. in ſummario eiuſdem.in no.
77 quæ etiam notanter dixit quòd licet de ſubſtantia ſententiæ ſit, quòd in ſcriptis feratur: tamen poſtquam lata fuerit,poterit per teſtes: probari: ut latiſſime proſequitur Fel.in.c. ſicut.colū.vii. uerſi.Octaua & ultima.poſt Panor.ibi,in.iii.notab.de re iud.dicens ſufficere quòd tales teſtes ſe eam legi audiuiſſe deponant,licet illam non uiderint: quia ſolēnnitas ſcripturæ tali caſu præſu
78 metur, per illum tex.prout præſumeretur ſi notarius dixiſſet, lata,lecta,& ſententialiter promulgata &c. quoniam ex uerbis huiuſmodi ſcriptura præſumeretur: ut per Bar.in.l.ſciendum.in fin.ff.de uerb.oblig.& Bal.& Fel.in.d.c.ſicut.colum.vii. uerſicu. limita niſi.quod intellige quando ſententia in rem tranſiuiſſet iudicatam: quia tunc ob authoritatem iudicati ſolennitas illius præſumitur per.d.c.ſicut.& c. cum inter de re iudic. & capitulo bonæ.el.i.de elect.& ubique ſcrib.

79 Licet quando ſententia probaretur per teſtes,non haberet fauorem

uorem ſolitum,neque executionem paratam: prout ſi de ea ſolenniter ex proceſſu conſtaret,quinimo tali caſu in tentare actionem iudicati,& iudicio ordinario ageret oporteret:quoniam ceſſaret illud notorium iuris,quod ex prima facie ſcripturæ publicæ non aboletæ,nec concellatæ &c.reſultat,arg.tex.in.l.fi. C.de edic.diui Adri.toll. et tenet Barto. in ſimili loquendo de inſtrumento garentigiato probato per teſtes,in.l.i.in princip.et fi. ibi Paul.de Caſt.ff.de his quæ in teſta.delen.& Feli.in.d.c.ſicut.col. iii.uerſic.i.declaratio,cum ibi adductis.de re iud.

80 Diximus etiam ex ſolennitate ipſius probationis ſententiæ requiri:ut per iudicem in loco ſolito maiorum, & tempore congruo,id eſt de die et non de nocte proferatur:ut plene in.c. conſuluit,per illum tex.de offi.deleg.&.l.ſi ut proponis.la.ii.C.quo. & quan.l.pen.& ibi ponunt ſcriben.ff.de iuſti.& iur.& notat gl. in rub.C.commina.uel epiſt.& doct. in.c. qua fronte.de appell. de quo ſatis diximus ſupra de defectu iuriſdictionis tractando.

81 Debet inſuper ſententia publice,ideſt pro tribunali, et coram notario ac officialibus conſuetis,non autem priuatim & ſecreto loco,promulgari:quia tunc ſententia non ualeret: ut probari uidetur in.l.cum ſententiam.C.de ſenten.et tenet Hoſti. in ſumma in tit.de iud.§.qualiter.in prin.& Specu.de ſenten.§ qualiter.co-

82 lum.3.uerſi.debet autem ferri Actus nanque ſecrete et loco nō ſolito clandeſtine celebrati quaſi fraudulenti reprobantur. arg.c. quia propter.in fin.de electio.c. cum inhibitio. de clandeſti. deſpon.&.d.c.qua fronte.in princip.ubi ponunt doctores.et ponit Dec.in conſi.cccxcix. in tertia parte.

83 In hoc tamen arbitror quòd ſi locus & tempus ipſis litigatoribus intimata fuiſſent, quamuis uiderentur parum idonea : ſi partes non appellaſſent, ex hoc ſententia non eſſet reprobanda: ex quo de loco ac locum, ac de tempore ad tempus à partibus hoc ſcientibus et tacentibus uideretur facta prorogatione:ut uoluit Bal.in.d.l. fin. ff. de iuſti. & iur. & Alber.de roſa.in dicta.l. cum ſententiam.C.de ſentent.

84 Diximus etiam quòd ſententia poſtquam ſcripta fuerit, debet per iudicem pro tribunali ſedentem legi et recitari: alias ſi iudex dum profert ſententiam non ſederet, ſententia tanquam iuris ſolennitate omiſſa prolata,non eſſet ualida : ut eſt tex.in.c.fi. in fin.de ſentent.& re iud.l.b.vi.ubi gloſſ. in hac materia magiſtraliter loquitur.& gloſſ.in authen.ut ab illuſtribus,& qui ſuper

eos,in uerb.ſedere.et text.in eodem libro.in titulo de iud.§. ſede bunt autem,et ponit gloſſ.in.l.i.C.de ſentent. ex breui. recit. et Hoſti.in ſumma.tit.de ſentent.§.qualiter.in princ.et Specula.eo-dem tit.§.iuſta.col.v.uerſ.item eſt nulla ratione modi. ubi Ioan. Andr.in uerb.ſecundum.dicit quòd ſedere in iudice pronuncian te,et ubicunque actus requirit cauſæ cognitionem, eſt de ſubſtā tia:quia tali à iudice ſedendo, non procedendo expediuntur.l. ſi à procedente.C.de dila.lib.ii.§.dies.ff.quis ord.in bono poſſ.ſer-ue.ponit gloſſ.in clemen.ſæpe.in uerb.ſtans. ubi dixit hoc non procedere in cauſis ſummariis,et aliis breuioribus, in quibus de plano proceditur,per illum textum.et.l.leuia. ff. de accuſa.l. ne-quicquam.§.de plano.ff.de off.præſ.l. ſi defenſor.§.illud.iuncta. l.nolit.et ibi gloſſ.ff de interroga.action. et pro ſingulari ponit Roman.ſingu. dccxxviii. An poſſit ſententia cum ſequent.Et ſolennitas iſta ſedendi, tum ob maieſtatem iudicis conſeruan-dam,tum etiam ut maiori prudentia et animi maturitate et deli-beratione ſententia ipſa progrederetur,adinuenta eſt. Sedendo nanque animus quieſcit,et quieſcendo prudentior fit: ut notari conſueuit.in dicto.§.ſedebunt. unde ſi ſententia ex abrupto, et per iracundiam proferretur,non eſſet ſecundum leges, uidelicet mature et deliberato conſilio,ſed potius iracundia,odio et men-tis præcipitatione lata. et propterea quia Impedit ira animum ne poſſit cernere uerum: talis ſententia non deberet admitti: ut eſt bonus textus,in.capitulo.ira.&.c.cum apud.et.c. ſummope-re.xi.q.iii.Nam calore iracundiæ factum pro infecto haberi de bet.l.citatio.in princip.ff.de public l.iii.ff.de diuort.l.ii.C. ad le-gem Iulia.ma.l.quicquid.ff.de.reg.iur. quam legem optime de-clarat Roman.ponendo nunquid geſta per iracundiam ualeant ſingul. dviii. uolo commentare legem quicquid. et dicto Abb. in capitulo.at ſi clerici.col.vii.uerſi.et in quantum.de iud. latius per Felin.in cap.ſicut ex literis.col.ſi.de iureiur.et.c. dilecti filii. colum.ſi.de except.et.c. Mattheus.col.j.de ſimo. cum ſi cautius tamen foret ab huiuſmodi ſententia appellare, per ea quæ dice-mus infra,de ſententia lata per ſordes.

85 Oportet etiam,ut dictum fuit,quòd ſententia per ipſummet iudicem legatur,et recitetur: alias ſi per alium hoc fieret: et iu-dex de genere illuſtrium ac maioribus iudicibus non foret (ut erat præfectus prætorio, ac epiſcopus, et ſimiles, non ualeret: ut eſt text.in di.cap.ſi.de re iud.in.vi.et.l.i.et.ii.C. de ſentent. ex breui

breui.recit.ponit Hoſtien.in ſumma.in tit. de ſent.§. ſequitur. in princ.de quo per Lanfr.in.c.quoniam contra. in.§. interlocutoria.num.9. Eſt tamen aduertendum quòd Iacob.butrig.Bald. et Salyc.in.l.hac conſultisſima.C.qui teſta.fac.poſſ.tenet quòd quilibet iudex lectionem ſuæ ſententiæ alteri committere posſit: dummodo poſtquam fuerit lecta,dicat, et ita abſoluo, uel condemno etc.uel ita pronunciamus etc.et idem uidentur tenere Dominic.et Philipp.in.d.c.fina.de re iudic.et Feli.in.c.ſuper quæſti. uerſic.in glo.in uerb. cauſæ.nu.7.ubi pro hac parte plura allega. de offic.delegat.ſed Bartol.in.d.l.i.C.de ſententi.ex breuic.recit. et Lanfranc.in loco ubi ſupra,dicunt ita fieri conſueuiſſe: quando iudex,qui eſt de maioribus,pronunciat.Specul.autem in tit. de ſentent.§.iuſta.colum.vi.uerſicu.quid de interlocutoria. dicit ſatis fore,quòd per ipſum iudicem ſubſtantialia, et concluſio ipſius ſententiæ recitentur:et quòd in curia Romana pontifex et alii ita utuntur.Et nempe iſtud.in curia Capitolii ſeruari conſueuit, ſed in ſacro Palatio et in aliis locis dictæ curiæ, iudices noſtri temporis prout in papyri cedula pronunciare conſueuerunt: quæ cedula tunc non apparet:quamuis ſcriba ſeu notarius atteſtetur eandem cedulam ab ipſo iudice fuiſſe tunc lectam: quod potius ex ſtylo.quàm quòd uere ita fiat.toleratur: cum pro ueritate iudices ipſi cedula huiuſmodi non tunc legere, ſed poſtea illas per ſimilia uerba (ita pronunciaui ego N.) ſubſcribere duntaxat conſueuerint.

86 Et nota quia in huiuſmodi ſubſcriptione nomen dignitatis ſeu officii præponi deberet:et poſtmodum nomen proprium ipſius ſubſcribentis:quod tamen de conſuetudine non ſeruatur: ſed pro elocutione ac demonſtratione magis apta, primo ponitur nomen iudicis,et poſtea eius officium, ſeu dignitas deſignatur, hoc modo (ita pronuuciaui ego Sebaſtianus Vantius iudex commiſſarius, uel locum tenens,aut gubernator,ſenator,et ſimilia) prout eſſe contigerit,docet Bald.in.l.ii.C.de ſentent. ex breuic.recit. et ſuper omnia in ſimilibus adhærendum erit ſtylo et conſuetudini illius curiæ, in qua negotium tractabitur, quia quoad iſtas ſolennitas ſententia ſecundum fori conſuetudinem formanda et dictanda eſt, ut dictum eſt ſupra, et ponit Specul. in tit.de ſenten.§.qualiter.in.i.col.de quibus ſtylo et conſuetudine iudex etiam in camera à notariis, ſeu aliis in ſimilibus expertis ſe informare poterit,ut dicit Ant.de But.in.c.fina. colum.

DD 2 ante

antepenult.uerſi.ad primum &c.de conſuet.Barto. & Flori.in.l. 3.§.lege Iulia.ff.de teſtib.Cy. in.l.ii. uerſ. Secūdo quia.C.quæ ſit long.conſuet.Bald.et Alex.in.l.j. C. ut quæ deſunt aduoca.cum ſimil.de quibus per Alexan.qui hoc tenet conſil.lxxxii.uiſo.colum.2.in fin.lib.iii.& conſil.xiiii.uiſo.in princ.lib.v.Deci.conſi. dclv.colum.penult.in fin.et conſil.ccccii.columna.v.in fin. quid autem ſi omitteretur nomen iudicis, ſed in ſubſcriptione illius loco reperirentur ſimilia uerba, curia ita pronuntiauit, ſeu ordinauit &c.an ualerent? & tene quòd ſic, quoniam per illud uerbum curiæ intelligeretur de iudice illic præſidente, argument.l. ſi uno.ff.loc.&.l.ſi olei. C. eod. titul. ita in terminis tenet Guid. Pap.quæſt.cccclı.quid contineatur.

Hæc autem ſolennitas lecturæ ipſius ſententiæ, cum ſic actus qui tempore prolationis poteſt, et ſolet interuenire, per enuntia
87 tionem et narratiuam ſententiæ probabitur, ac etiam de facili præſumetur,iuxta tradita per doctores in.l.ſciendum.de uerbo. obliga.& ponunt Canoniſtæ in.d.c.ſicut.ubi Felin.poſt alios in colum.vii.uerſicu.limita.de re iudic.

88 Illa autem uerba quæ apponi per notarios communiter conſueuerunt,uidelicet lata,data, ac in his ſcriptis promulgata &c. non ſunt de ſubſtantia,neque de ſolennitate legis, & propterea omiſſa non uitiarent:ut uoluit gloſſ.in uerb.illuſtrium.in.c.ſi.de re iud.in.vi.quæ gloſſa in hoc ab omnibus communiter approbatur:ut inquit Alex.in conſil.xc.fere.nu.4.lib.j.

TRANSEAMVS nunc ad nullitates ex defectu formæ ipſiuſmet ſententiæ extrinſece,uel intrinſece reſultantes:Pro cuius declaratione, ſcire debes quòd ſententia nihil aliud eſt, quàm controuerſiæ propoſitæ à iudice legitime facta declara
89 tio,ſeu diffinitio.Ea igitur ſententia quæ controuerſiam legitime non diffinierit,ex quo caret effectu ac ſubſtantia propria & formali,nomine etiam ac effectu carere debet: & ueluti inſufficiens ac defectuoſa reprobanda eſt.

90 Propterea uides quòd ſententia quæ condemnationem uel abſolutionem,aut controuerſiæ in iudicio propoſitæ, per ſe, uel æquipollens, declarationem non continet, dicitur ipſo iure nulla:ut eſt.tex.in.l.præſes.& in.l.cum iudex.C.de ſent.tit.generali. &.l.ait prætor..§.1.et.l.præſes.&.l.in ſumma.ff.de re iud.Sententia itaque debet eſſe talis,ut iudicium et controuerſiam de præſenti diffiniat: cum illud in pendenti relinqui non debeat.l. non quem-

quemadmodum.ff.de iud.idcirco ſi ſententia ſimpliciter per uer
91 bum gerundium,uel futurũ tempus deſignans,cõciperetur, pro
ut quando dicitur talem cõdemnandum,uel abſoluendũ eſſe &c.
non ualeret:ut tenet Bart.in.l.i.C.ſi aduerſ.libert.Ioann.Andr.in
Spe.de excep.§. uiſo in uerb.pronũciari. q̃m aliud eſt quem libe
randum,& aliud liberatum eſſe:ut in.l.quem ſub conditione.§.fi.
ff.de condi.inſti.gloſſ.in.c.frater.xvi. quæſt.i. & in.c. ſuper eod.
in uerb.ordinet.de off.deleg.ita declarant doct.in.d.l. præſes. &
Imol.Rom.Alex.et alii in.l.i.§.ſi quis ita.ff.de uerb.oblig.& Fe
li.in.c.cum uenerabilis,colum.pen. uerſi. non obſtant adducta.
de exceptio. ubi aſſerit hoc intelligi debere quando in ſententia
non præcederet uerbum aliquod,quod poſſet importare diffini-
tionem de præſenti: ſecus ſi præcederet , & foret appoſitum uer
bum præſentis temporis diffinitiuum,& poſtmodũ adiiceretur,
quoad implementum & executionem ipſius ſententiæ,aliud uer
bum futuri temporis enunciatiuum,ſeu quod ſaltim implicite &
uirtualiter foret ſuppoſiti negotii de præſenti declaratiuum.Exẽ
pli gratia ſi diceretur,declaramus ſeu diffinimus rem,de qua agi
tur,ipſi actori fore reſtituendam,iuxtã text.in.c.eccleſia in.fi.de
conſt.et.l. Aemylius.circa. fi.ff. de minorib.cum alijs adductis
per And.Sicul.in c.ſi pro debilitate.col.fi.de offici. delega.Nam
tunc eo ipſo ꝙ declaratur rem reſtituendam eſſe,tacite, & uirtua
liter declaratur etiam rem illius eſſe,& ad illum ſpectare , prout
etiam quando dicitur minorem reſtituendum,quoniam uirtua-
liter intelligitur eundem læſum fuiſſe,ad poſitionem etenim con
ſequentis ſequitur poſitio neceſſarii antecedentis.l. ad rem mobi
lem.l.ad legatum.ff.de procurator.l.ſecunda.ff.de iuriſdict. om-
nium iudi.l.Pompo.uerſi.ſed & is.eodem titu.de procura.et po-
nit Alex.conſi.lij.uiſo.lib.ii.in fin.quamuis cautius foret poſt il
lud uerbum condemnandũ,ſeu abſoluendũ uel reſtituẽdum &c.
addere hoc uerbum prout et nos condemnamus , uel abſolui-
mus,aut reſtituimus optime in Romana curia ſeruatur.

Et quamuis(ut dixi) iudex non uteretur præciſe hoc uerbo
condemno,uel abſoluo,nihilominus pro ualiditate ſententiæ il-
92 lud exprimere per ſuum æquipollens ſufficeret, puta ſi diceret,
credo Titium decem debere Mæuio,quia hoc ſatis eſſet,ſecundũ
glo.in.l. diem proferre.§. ſi plures in gloſſ. magna.ff. de arbitr.
quam dicit ſingularem Imol.Roman.Alexand.& Iaſ.in.l.i.ff.de
re iudic.& pro qua uidetur text.in.l.ſi quis filio.§.irritum.ibi,&

credo &c.ubi Imol.& Angel.ff.de iniuſt.& irrit.teſtamen.

Idem foret ſi iudex dixiſſe, non uideo cur Titium non condemnem,quia perinde eſt ac ſi dixiſſet,cõdemno.l.i.§. ſi quis ita & ibi ponunt ſcrib.de uerb.ſignifi.Alexan.& Iaſ.in.d.l.i.ff.de re iudic.& Fel.in.d.cap.cum uenerabilis col pen.de excep.

Vel diceret, uideretur mihi Titium debere.l. quid tamen.§.ſi arbiter & ibi Bar.ff.de arbit.l.diui fratres.§.i.uerſic. pronunciare debebunt.ff. de liberali cauſa cap.i. ubi Abb. in finalibus uerbis illius textus.de iudic.& ponit Alexand.conſil.xix. columna.3. lib.5.& facit id quod ponit Dec.loquens de iſto uerbo uidetur, in conſil.dxxxix.inclyta.circa finem.libro quarto.

Satis etiam foret in reali pronunciare rem eſſe petitoris, ut in l.ſi inter me.circa fin.ff.de except.rei iud.quoniam eo ipſo quòd iudicatur rem meam eſſe, iudicatur etiam alterius non eſſe.l. Pomponins.§.ſed & is.ff.deprocurat.

Sufficeret etiam ſi iudex uteretur uerbo ſtatuimus, præcipimus,ordinamus,decernimus,declaramus,& ſimilibus, nam per talia uerba ſentẽtia diffinitiua ferri poteſt.c.in his.extra de uerb. ſign.prout etiam dici poſſet,imponimus ubi perpetuum ſilentiũ &c.per tex.in.l.Aurel.§.centum.tibi glo.fi.ff.de liber.leg. & ponit Bal.in.l.præſens.in fi.C.de ſenten.Latius præmiſſa Spec.pro ſequitur in tit.de ſenten.§.ut autẽ.col.4. uerſi. & nota ꝙ non eſt uis.Et ſi diceret iudex,cõdemno,imo abſoluo,ſententia abſolutoria uideretur argum.tex.in.l.Stichus.imo Pamphil.ff.de ma.teſta.& ponit Bal.in.i.conſti.C.§.in quibus.col.penul. uerſicu.deinde uero.prout ſi diceretur, uolo nolo, quia ultimum uerbum attenderetur,ut dicit idem Bald.in.l.quidam culogio.columna.i. uerſi.quid ergo.C.de iure deliberand.argu.l.ſi inæqualibus,ff.de hæredib.inſti.& præmiſſa refert etiam,et ſequitur Deci. conſili. cccxlv.in caſu.columna.4.uerſic.non obſtant uerba.lib.4.

93 Item ſufficeret quòd iudex declararet factum ſuper quo dubitabatur,quãdo pœna uel executio ipſo iure ſuccedit, prout dicẽdo talem hæreticum, uel criminis læſæ maieſtatis reum declaramus,aut ſimilia,quia tũc talis ſententia incontinenti à lege, certã & determinatã pœnam contra huiuſmodi delinquentes imponente perficitur,prout eſt tex. in.c. cum ſecundum.§.fin. de hæret.in.vi.&.c.pro humani.in fin.de homicid.eodem lib.quæ ſententia appellari conſueuit declaratoria,& priuſquàm feratur,executio aliqua contra quoſcunque quantumuis criminoſos, fieri

non

non poteſt,per tex.in.d.c.cum ſecundum,& ponit Felin.in. cap. Rodulphus.in uerb.ſed declaratoria.de reſcript.&.c.præterea.in principio,de ſponſal.& Alexand.conſi.ciii.uidetur.columna penult.uerſic.& regulariter.lib.i. & conſilio. cxxiiii. omiſsis. columna prima,eodem libro.

95 Ex quibus colligi poteſt, quòd ſi iudex per ſententiam ſuam abſque aliqua temporis præfinitione aliquem relegaret, ſententia huiuſmodi eſſet ualida,quia tempus,quòd deeſt,à lege ſuppleretur,taliſque intelligeretur relegatus per tempus decennii, per tex.in.l.ſiue præfinito.& ibi Bart.ff.de pœn.quem pro ſingulari adducit Bald. ad hoc in.l.i.C. de poſtul. & in capitulo ex literis, columna.vi.de conſtitut.ſequitur Iaſon.in.l.ait prætor.§.primo. columna finali.ff.de re iudica.& in.§.curare. uerſic. nunquid autem.inſtitut.de actionibus.

96 Ex his etiam datur intelligi decreta illa, quæ quotidie fiunt, admittẽdo,uel aliquid faciendo ſi & quatenus, uel ſi et inquantum de iure fuerit &c.ſuſtineri poſſe,cum habita relatione ipſius iuris quod certũ eſt,decreta huiuſmodi incontinenti certificãtur, ut de his plura ponit Felin.in.c.cum contingat,colum.iii.de off. delega. Maxime quia tales clauſulæ modum non conditionem importaut,ut dicit Lap.alleg.lxxxvii.Matthæus. column.fina. de quo latius uide per Vital.in tract.clauſ.ſuper clauſula.Si & in quantum. Sententia itaque per ſe uel relationem ad aliud negotium propoſitum diffinire debet,alias effectus proprios ſententiæ non operaretur,neque deberet tali nomine nuncupari.

97 Idcirco ſi eadem ſententia non eſſet conformis controuerſiæ, & petitioni partium,dici non poſſet quòd illam dirimeret & diffiniret..Et propterea non ualeret, quaſi quòd iudex extra interrogata reſpondiſſet.argum.text.in.l.prima.§. ſi quis ſimpliciter. ff.de uerborum obligatio.l.de ætate.§. cum prætor. ff. de interrogactio.et eſt text.iuncta gl.in uerb.petitionis.in c. inter dilectos.de fide inſtrument.Vnde conſueuit dici quòd fatuus eſt iudex,qui in aliud condemnat quàm ab eo fuerit petitum, ut dicit tex.in.l.fin.C.de fideicom.liberto. quia iuxta formam petitionis partium ſententia dictari debet.capitulo licet Hely.de ſimo. cle.ſæpe.uerſic.uerum quia, de uerborum ſignificatio, capitulo qualiter.el ſecundo,circa finem, de accuſat. iudex nanque ſuper non deductis coram eo poteſtatem non recipit, ut dicit textum in .l. ut fundus.ff. communi diuid. conuenit igitur iudicantem

antequàm ſententiam formet, diligenter examinare acta, & uidere quid, & qualiter petatur ab eo, id eſt conſiderare rem petitam cauſam petendi, et modum ſeu actionem intentatam, et cum illis ſententiam ſuam conformare, quoniam ſi ſuper alia re, uel ex diuerſa cauſa, aut per alium modum ab eo, quo fuit actum, ſententiã dare cum ſuper illis non fuerit lis conteſtata, nec ſeruatus aliquis iuris ordo, eſſet ipſo iure nulla ut declarat Bal. in.l.1. col.ii. uer. extra oppono. et in fin. C. ſi plures una ſentent. et in.d.l.fi. C. de fideicomm. liber. et tenet Alexan. conſi. clxxi. in cauſa. col.ii. in fin. lib.vi. et facit text. in cap. Abbate ſane uerſic. cæterum. de re iud. in vi. Et glo.i. in.c. hęc quippe. circa medium. iii.q.vi. cum alijs ad propoſitum adductis per Boer. deciſ. xlii. ſub num. 18.

97 Erit tamen aduertendum, quia ſatis fuerit ut illud ſuper quo pronunciatur acceſſorie, aut uirtualiter ex natura actionis, uel alias comprehendatur, et petitioni ſubſit, quia tunc quòd ſententia ſit extra petita dici non poterit, cum ſaltim tacite inſint, ut declarat idem Bald. in.d.l.fi. et in.l. et ſi ſeuerior. colum iii. C. de his qui no. infa. Franc. Areti. in.l. uinum. ff. ſi cert. peta. Iaſ. inſtitu. de actio. §. curare. uerſic. quarto. principaliter & ultimo, et latius ponit Fel. in.d.c. Hely. licet. colum. penult. ubi poſuit. xxxi. limitationes ad regulam illius text, quæ magis declarationes ſunt ſuper hoc, quando aliquid in iudicio cenſeatur ſaltim tacite & uirtualiter deductum, prout ex earum lectura patet, et in materia uide Alex. conſil. xlviii. in cauſa, colum. 2. lib. 7. et conſil. 8. uiſo, columna. 2. libro. 5. ex his ergo poterit iudex condemnare ad reſtitutionem rei una cum fructibus etiam quòd fructu non eſſent expreſſe petiti, qui acceſſorie et uirtualiter inerant petitioni rei, ut per Anton. de Butr. Abb. et alios in cap. grauis, de reſtitutio. ſpoliato. legiſtæ in.l. ex diuerſo. in principio. ff. de re. uend. tenet Guid. Pap. quæſtio. ccccv. Sempronius.

98 Ex eiſdem infertur etiam ꝙ ſententia abſque eo quòd aliquis ex litigatoribus petat, et inſtet, per iudicem lata, ſit ipſo iure nulla, ex quo iudex ad commodum partis, in cauſis ciuilibus, ſuper his quæ principaliter in perſonis litigatorum radicantur, regulariter nemine petente ſe non intromittit. l. iiii. §. hoc autem iudicium. et ibi Bart. col. iii. in fine. de dam. infec. l. unic. et ibi no. C. ut quæ deſunt aduoc. et ponit idẽ Bart. et ibi Alex. in.l.i. C. de error. aduoc. et Franc. in.c. dilect. quæſt. xxxiiii. de appel. ubi etiam dixit quòd iudex ſentẽtiam nullã reformare poteſt, etiam quòd

pars

pars non petierit,quia pro abſente iudex ſupplere poteſt, ſecundum Bal.in.l.ampliorem,in prin. C. de appel. Prout etiam ſupplere poteſt in cauſa fiſcali,ut per Roma.in ſing.dlxiiii.Non poteſt pro eo.& in aliis caſibus poſitis per Bartol.& Roma.in d.§. hoc autem iudicium.& Bal.& Salicet.in.d.l.i. ut quæ deſunt aduoc.et idem Bald.in capitulo cum nobis olim.de elect.poſt glo. & Dominic.in capitulo priuſquam. xxviii.diſtin.

99 Ex eadem ratione uideretur dicendum ſententiam ſuper conuentione,omiſſa reconuétione,latam eſſe nullam, ex quo iudex ſecundum acta & propoſitam controuerſiam iudicare non uidetur,quia conuentionem & reconuentionem unica ſententia terminare debebat.c.cum dilecti.de ordi.cogni. & c.i.&.ii.de mut. peti.Et quòd ſententia hoc caſu ſit nulla tenuit glo.prima.in fin. in cap.cuius in agendo.iii.quæſt. viii. contrarium tamen tenendum eſt , quia iudex hoc caſu quòd iudicauerit extra petita dici non poteſt , poſtquàm ſecundum petitionem actoris iudicauit, quamuis petitioné rei ex aliqua cauſa, puta quia ſibi non liquet, omiſerit.Nam iudex hoc facere poteſt,ut.l.quid tamé.ff. de arb. l.quidam æſtimauerunt.ff.ſi cert.peta. & propterea quamuis ambæ controuerſiæ unica ſententia (ſi fieri poteſt) terminandæ ſint,tamen ſi reconuentio omitteretur, appellandum eſſet , alias ſententia ipſo iure teneret,ex quo lex magis ſuper hoc conſulit, quàm iudici neceſsitatem imponat,ut declarat Angel. poſt glo. in.l.i.§.fin.in fi.ubi eſt tex.ff.quę ſent.ſine app.& tenet gl.& hoc ibi firmat Fel.in.d.c.i.de mut.pet.& gl.in uerb.in eadem ſententia.ubi etiam hoc tenuit Innoc. & Abb.in cap.ii. de ord.cog.

100 Quinimo iudex ſi res in iudicio deducta diuidua & ſeparabilis foret , poſſet (ut dixi) ſuper aliqua parte eorum quæ in iudicio deducta eſſent duntaxat pronunciare, & ſentétia ſua ualeret, prout uidemus quòd ſi iudicium ſimul contra plures cœptum ſit,reſpectu unius ſentétia ferri,& reſpectu alterius iudicium differri poteſt,ut eſt tex.& ibi Bart.& alii in.l.non idcirco. in prin. ff.de iud.& idem Bartol.in.l.v.§.fin.uerſi.ponet quòd unus.ff.de uerbo.obliga.& (plura referendo) tenet deciſi. conſil.ccxcv.in cauſa iſtorum.in prin.lib.ii.& deciſi.Neap. ut per Cap.deciſ.viii. in prin. Nam quot ſunt res ſeu capitula, tot uidentur ſententiæ, & uitiato uno,aliud remanet.l etiam.§.i.ubi eſt glo.ordinaria.& ibi Bar.Et cæteri declarant.ff.de minor.&.l.dicere. &.l. quid tamen.ff.de arbi.l.quædam mulier.ff.famil.herciſcun. & Specul.in

titu.de ſenten.§.iuſta. uerſicul.item eſt nulla ratione qualitatis.& Bald.in.l.generaliter.in ſecunda columna.C.de epiſcopis & cleri. Alexand.in.l.ſcire debemus. per illum text.ff.de uerborum obligatio. & Ioannes Mill.in uerb. ſententia ſi fertur ſuper parte. & Guid.Pap.q.xxvij.in manibus.quam uide.

Secus ſi iudicium eſſet indiuidium & cõnexum,quia tunc ſententia nõ poſſet ferri pro parte,ſed totum diffinire deberet, alias non ualeret, per tex.in.l.in hoc iudicio.et ibi glo.Bart.Cuma.& alij.ff.famil.erciſ.l.apud Celſum.& ibi Alexand.ff.de doli excep. Bal.in.l.ij.C.de re iud.et in.l.i.C.ſi aduerſ.rem iud.nam iſto caſu procedit regula quòd utile per inutile uitiatur,ut per Aegid.deciſio.xij.ſi in Eccleſia.declarant doctores in.l.ſancimus.§.primo C.de don.cum alijs de quibus per Deci.conſilio.cccxxxij. cum ſit.columna tertia,in princip.libro tertio.

Præmiſſa tamen non procedunt in arbitrio, qui ſi non fuerit dictum quòd ſimul omnia terminare debeat,ſuper parte duntaxat ualide pronunciare poterit.l.quid tamen.&.l.non diſtinguemus.§. cum in plures.ff. de arbit. fallit etiam in quibuſdam alijs caſibus,in quibus ſententia pro parte duntaxat lata ualet, ut per Felin.poſt Anton.Imol. & Panormi. in capitulo cum inter.columna tertia,uerſiculo ſententia.de re iudi.ubi ponit regulam cũ tredecim fallentijs,quam caſu occurrente uidere poteris.

101 Ex eiſdem etiam infertur, quòd ſententia quæ ex aliquo redditur dubia,uel obſcura,non ualet,ex quo controuerſiam & negotium uere diffiniſſe dici non poteſt, quinimo dubietas adhuc retinet partes ancipites et dubioſas, et ſic perinde eſt ac ſi non fuiſſet lata quoad cauſæ & controuerſiæ propoſitæ deciſionem. argument.l.de ætate.§. qui tacuit.cum ſeq.ff. de interrog actio. Et propterea etiam quòd res in iudicio deducta ſit generalis &

102 dubia,curare tamen debet iudex certam proferre ſententiam, ut in.§.curare.inſt.de actio.& toto titu.C.de ſenten.quæ ſine certa quantitate prof.& ponit Spec.in tit.de ſenten.§ qualiter.uerſi. item debet eſſe certa.cum alijs,de quibus per Alexan.conſil.cix. uiſo.columna prima,libro quinto, & declarat cõſilio. clxxxvij. in hac.columna ſecunda, in primo, libro ſecundo, & Decius. in coſi.viij.nume.6.lib.j.quoniam ſi ſententia non eſſet certa & liquida,non poſſet executioni demandari, ſed antequàm exequeretur,eſſet neceſſe eandem declarare & liquidare, ut per Bald.in addit.Specula.in titu.de ſenten.col.iii.uerſ.ſententia non liquida.

prout

prout dicitur de inſtrumento non liquido habente executionem paratam,quia priuſquàm exequatur liquidari debet,ut declarant Bar.Bal.& Ang.in.l.1.in fine.de lega.ſecundo Alexand.conſilio. xciiij.uiſo.colum.ſecunda.in fin.libro ſexto,& conſilio.cxxxvi. uiſo.columna fina.libro quinto.Deci.cõſilio.cccxxij. uiſis col.i. lib.ij.& Angel.de Aret.inſtit.de except.columna.xxiij.ſuper ru bri.& Iaſ.in.l.certi conditio.in princip.columna ſecunda.ff.ſi cer tum peta.prima igitur ſententia pro ſui certitudine aliam poſt ſe requireret ſententiam,et propoſitum negotium non diffiniret,et eſſet inſufficiens per ſupradicta Et idem ſi foret incerta & dubia ob ſui perplexitatem,aut repugnantiam, quia non ualeret.argu- ment.l.ubi repugnantia.ff.de regulis iuris,eſt gloſſ.in capitulo ſi is qui.xi.quæſtio.iij.& tenet Bar.in.l. duo iudices. in fin.ff. de re iudica.et Alexand.conſilio.cxxiiij.in cauſa.in fin.libro ſecundo, & conſilio.xlix.in cauſa.colum.ij.lib.vij.

103 Dicetur nihilominus certa & liquida ſi retulerit ſe ad acta, quæ certa ſint,quia hoc ſatis eſt,ut probatur in.l. in ſumma.ff.de re iud.&.l.ſecunda.C.de ſentent. quæ ſine certa quantit. certum enim dicitur nedum illud quod ex ſe certum eſt, ſed illud etiam quod eſt certum per relationem ad aliud.l. certum.ff. ſi certum peta.prout arguit Abb.in conſilio.xxviij.uerſi. quarto adduco. libro primo.quoniam relatum cenſetur eſſe in referente.l.aſſe to to.ff.de hæred.inſtitu.l.ſi ita ſcriptum.ff. de conditio. & demon- ſtratio.& ponit Deci.conſilio.xlvij. columna ſecunda.in princi- pio,libro primo,et conſil.lxxvij. columna ſecunda, in fine eodē libro.Ad aliud tamen quam ad acta pro eius certitudine ſenten- tia ſe referre non poteſt,ut eſt communis opinio ſcribentium,de qua atteſtatur Alexand.in conſilio.liij.quæritur.columna fina.li bro quinto,idem atteſtatur Iaſ.in.l.ait prætor.§.primo.columna

104 quarta.ff.de re iud.& in dicto.§. curare.uerſic. quæro ergo in primis.nu.37.inſti.de actio.unde iudex qui pronunciauit prout in conſi.in actis nondum exhibito,eius ſententia non ualebit, ſe cundum doct.in ſupraſcriptis locis,quamuis ſecus.foret.ſi conſi lium penes acta reperiretur, nam tunc ſententia ad illud relata ualeret,ut uoluit Spec.in tit.de excep.§.uiſo.col.ix. uerſic.porro in Italia.et in titu.de ſenten.§.qualiter.col.ij.uerſic. quid ſi iudex, cum alijs latiſſime congeſtis per.d. Felin. poſt alios in cap. cum uenerabilis,columna.xiiij.uerſic.iij.dum concludit. extra de ex- cept.et pro Alex.d.conſil.cix.et conſi. clxxxv.uiſo. col.fi.lib.ij.

Præmiſſa

Præmiſſa tamen intellige quando (ut eſt dictum) ſententia expreſſe ſe refert ad acta, ſed ſi ſimpliciter dixiſſet, condemno te ad ſoluendum id quod debes &c. tunc ſi certa quãtitas ex actis
105 probatoriis, in quibus cauſæ deciſio conſiſtit appareret, ſententiis huiuſmodi ualeret, quia ad ipſa acta tacite ex legis diſpoſitione cenſetur facta relatio, ſecundum gl. ordinariam in.l.ſi quis ad exhibendum.ff.de exhiben.reis. Acta enim probatoria quaſi uirgulæ ad ſententiam declarandam cenſentur, ut inquit Bald. in capitulo cum ſuper.ad fin.de cauſ.poſ.& proprie, & refert Felin.in capitulo licet Hely. columna antepenul. extra de ſimo. & ponit Alexand.conſilio.xii.attentis.in fin.libro ſeptimo.

Sed ſi quantitas certa non in actis probatoriis, ſed in reliquis, uidelicet aſſertorijs, & enunciatiuis, ac fidem non facientibus reperiretur, prout eſt libellus, ſeu poſitiones & articuli, quoniam ad iſta nec tacite nec expreſſe ſententia refertur, tanquàm dubia et incerta non ualeret, prout hæc fuit reſolutio & concordia diſcordantium opinionum, quam poſuit Bar.in.l.iii.C.de ſen.quæ ſine cert. quantita.& in.l.ait prætor.§.i.ff.de re iudi.ubi Alexan. dixit eam communiter teneri.et Ang.in.d.§. curare aſſerit ita in practica ſeruari, et tenent Canoniſtæ in d.c.Cum uenerabilis & Lanfranc.in c.quoniam contra.§.interlocutoriæ.nu.1.uerſi.attēde tamen.extra de probat. & Bald. Sal.Fulgo. & alij in d.l.iij.in
106 quibus locis late reperies articulum examinatum, ac etiam quod ſentētia ſuper iudicio uniuerſali (ut petitione hæreditatis) uel generali (ut adminiſtratione tutelæ) uel ſuper acceſſorijs (prout in fructibus, & expenſis) uel quando terminus ſeu inſtãtia liberetur, & nondum liqueret de cauſa, etiam quòd eſſet generalis & incerta non uitiatur, & per glo.ſi.ubi ſcribentes in capit. Querelam.de procur.& Spec. in tit.de excep.§.uiſo. uerſic.quid autem prius.dum ponit de condem.expen. quando non ſunt liquidæ.et per eundem in tit.de ſenten.§.qualiter. col.ii.uerſi.item debet eſſe certa.& ibi Ioan.And.in uerb.Tuas.& Iaſ.latisſime in d.§.curare.ubi plures utiles & quotidianas q̃ſtiones examinat.
107 Ex ratione præmiſſorum dici etiam conſueuit, quòd ſententia conditionalis eſſe non debet: quia per illam quæſtio propoſita de præſenti non determinatur: ſed iudicium in pendenti remanet contra tex.in.d.l.non quemadmodum.ff. de iudi.& text. in.l.i.§.fi.ff.de uſur.ubi dicitur quod tractus futuri temporis ad iudicem non ſpectat. Doctores tamen in hoc diſtinguentes dicunt,

cunt,quod ſententia ſub conditione de præterito,aut de præſenti lata tenet: prout ſi diceretur quatenus probetur, uel probatũ ſit te condemno, uel abſoluo &c. Vel quatenus non adſint mobilia,aſsignamus tibi immobilia : uel quatenus legitimum tutorem non habeas,tibi talem decernimus &c.his namque & ſimilibus caſibus,ex quo conditiones huiuſmodi de præſenti uel p̃terito actum non ſuſpendunt,ut in.l.cum ad præſenſ. cum.l.ſeq. ff.ſi certum petatur.ideo ceſſante ratione legis, ſententia ualebit: ut tenet gloſſ.in uerb.capiantur.in.ij.ſolutione.in.l.a Diuo pio .§.in uenditione.et ibi ſcribentes.ff.de re iud. &.l. qui teſtamẽto. ff.de excuſ.tuto.glo.i.in.c.Biduum.ij.q.vi.Bar. quem cæteri (Cumano,et Petro de Beſu.exceptis) ſequuntur in.l. ait prætor.§.i. in fi.ff.de re iud.et Bal.qui latius diſtinguit in add. Spec.in tit.de ſent.col.ii.uerſi.quandoque ſententia. et facit celebrius doctrina Inno.in.c.G.perpetuus.de fide inſtr.dum uoluit, quòd ſi ſenten-

109 tia occultaretur,iudex pronũtiare poſſet hoc modo, uidelicet, quatenus ſententia taliter lata ullo unquam tempore apparuerit, eam cõfirmo &c.uel infirmo,prout ſibi uideretur : cuius doctrinam pro notabili refert & ſequitur Iaſ.in d.§.uẽditione. col.pen. & Bald.in.l.ii.in.ii.colum.C.ut lit.penden. & Rot.deciſi.cccc ix. fuit dubitatum.in no.& Guid.Pap.quæſt.cclxv.ſi aliquis.

110 Et iſtis caſibus uidelicet quando ſententia ſub conditione de præſenti,uel præterito lata reperitur,ſiue cõditio huiuſmodi fuerit pertinens,ſiue impertinens,puta abſoluto te ſi Imperator fuit, uel eſt in Italia &c.indiſtincte ualebit per regu.l. primæ.§.biduũ & ibi ſcrib.ff.quand.appel.ſit.Quãuis Bal.in.d.additio. ad Spec. tenuerit quod etiam in terminis iſtis conditio impertinẽs uitiat.

111 Sed ſi in ſententia conditio de futuro apponeretur, tunc ſi eſt pertinens,& negotio,de quo agitur, adhæreat: putà condemno te ad centum,quę ſi intra triduum non ſolueris,condemno te in amputationem manus: ſententia huiuſmodi ualebit,cum ſolum modo lata ſit contra ius partis : ut tenet Bal.in.l. cum iudex.in fin.C.de ſent.et idem Bal.in.l.iii,in pen.col.uerſi.v. quæro.C.ex quib.cauſ.infa.irroga.de quo ponit Bart.in.l.ij ſecunda. col.ff de pub.iudi.& in.l.cum duobus.§.idem rñdit.ff.pro ſocio. ac ponit Ang.in lib.maleſic.in uerb.quas ſi nõ ſoluerit &c. fol.cclxxxii.

Aut quòd fuiſſet dictum abſoluo te ſi ita iuraueris &c. quo caſu ſi iuratur incontinenti, id eſt antequam ad actus extraneos diuertatur,ſententia ualebit per.l.generaliter. in fin. principij.C. de reb.

de reb.ecc.et tenet Ioan.And.in.§.iuſta.col.vij.uerſic. ſi iudex.in Spec.de ſenten.& glo.Bart.et alij.in.d.l.cum iudex. et Ang.in.l. quemadmodum.ff.de iud.talis enim conditio negotio pertinēs, dicitur intrinſeca,et quaſi ineſſe uidetur: & ſi incontinenti fuerit adimplebilis,non uitiat: ut ibi per eos.Idem erit ſi diceretur,condemno Titium ad relaxandum talem domum Sempronio illis uſufructuario, ſub conditione ſi ipſe uſufructuarius cautionem præſtiterit &c.talis ſententia ualeret,ſecundum Paul.de Caſtr.in l.fin.C.de uſufruct.ubi refert Bart.ita conſuluiſſe: & illos refert & ſequitur Deci.conſi.cccc xviij.uiſa.col.fin.in prin.lib.ij.

112 Idem etiam ſi fuiſſet dictum,condemno te in eo quod probabitur: quia talis ſententia non contra ius conſtitutionis,ſed contra ius litigatoris prolata uidetur: actore namque intentionem ſuam non probante reus abſolui debet.l.quarta.C.de edend.cap. unic.ut eccle.bene.Quamuis in iſto caſu ualeat ſententia,doctores adinuicem altercentur: ut patet per ea quæ ponit Alexan.in d.§.in uenditione.& latius Iaſ.in d.l.ait prætor.§.i.ff.de re iudi.et Alex.poſt Ang.in.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de uerb.obligat. in quibus locis idem Alexand. poſt multos per ipſum relatos, tenuit ſententiam huiuſmodi ualere: et idem tenet Bal.in.l. prolatam.col.penul.uerſic.extra oppono.C.de ſenten.et in.l.peremptorias,columna quinta,uerſic.quæro iudex tulit.C.ſententiam reſcind.non poſſ.et in.l.i.colum.penul.uerſicu. quid ergo.C. qui accuſ.non poſſ.ubi tamen uidetur intelligere ſententiam ualere, quando inſtantia labitur: et iudex non pronunciando pœnam incurreret: hanc partem ſequitur Feli.(ubi plura ponit in materia) in capitu.quoad conſultationem.in princip.de re iud.

Sed contrarium uidelicet quòd ſententia iſto caſu non ualeat, tenuit Bar.poſt glo. et ibi Bald. hoc idem tenens in dicta.l. cum iudex.C.de ſent.& idem Bar.et Iaſ.in.d.l. ait prætor.§.i.et Paul. de Caſt.in.l.continuus.in princ.ff.de uerb.obliga.ubi dicit quòd ſententia ſub conditione intrinſeca lata tenet, dummodo incontinenti impleatur.Melius poſuit Bal.in add.Spec. de ſent.columna ſecunda.in fin.& idem Bald.et Imol. in.d.§. Augerius. Ordo namque iuſtitiæ ac ſolennitatis iudiciorum hoc modo præpoſteratur: quia prius liquere debet id,de quo quis pronunciare debet,et præcedere cauſæ cognitio (ut diximus ſupra) & conditio iſta de iure eſt impoſſibilis,cum probationes poſt concluſionem in cauſa,et ſententiæ prolationem recipi non poſſint, capitulo

tulo paſtoralis.de excep.l. peremptorias.C. ſentent.reſcind. non poſſe.cum ergo præuertatur ordo iudicij, ſententia & proceſſus non ualebit,quoniam cauſæ cognitio ſubſtantialis eſt,et uitiat,ſi omittatur (ut dictum eſt) & in terminis noſtris inquit Baldus in.l.prima.columna fina.uerſicul.præterea. in fin.C.qui accuſare non poſſunt,et hanc partem tenet Alexand.in conſi. ſeptuageſimo tertio: uidetur,colum. penultima.in fine.libro tertio.et ſentit Ioannes Andreas in dicto.§.primo.uerſicul. quid ſi iudex.de ſenten. dum dixit tutius fore expectare probationes, et certe in actu practico hæc opinio eſſet amplectanda.

113 Si autem conditio habens tractum de futuro foret impertinens,puta condemno te,ſi nauis ex Aſia uenerit, uel te abſoluo, ſi Imperator uenerit in Italiam &c. tunc conditione huiuſmodi reiecta,ſententia firma remanebit,ſec.gloſſ.Cy. Bar.& Sal in.d. l.cum iudex.glo.Bar.Ang.et Pau.de Caſtr.in.d.§.Biduum,et in dicto.§.ſi uenditione.ubi hoc idem tenent Alexã.et Iaſ.in.d.§.in uenditione.per tex.in.d.§.biduum.et tenet Alex.d.conſil.lxxiij. col.fi.lib.iij.quamuis ſententia huiuſmodi ſi aliter ex proceſſi nõ iuſtificaretur,per uiam iuſtitię à iudice appellationis reuocari deberet: ut ibi per eos.Bal.tamẽ in.l.non dubium. in.v.oppoſi.C. de leg.et in.l.cum iudex.uerſ.modo reuoco.tenuit ſententiã non ualere, ex quo ſuper hoc non fuerat cœptum iudicium.Si uero in iudicio de hoc fuiſſet diſputatum,ſententia ualeret, ſecundum ipſum: ut in add.Spec.d.titul.de ſenten. colum.iii.in prin.

Præmiſſa intellige, niſi conditio poſita eſſet falſa: quia tunc
114 detacta falſitate, ſententia ad eam delata indiſtincte non ualeret,per text.in.d.l.qui teſtamẽto.ff.de excuſatio.tut.et tenet Ale. in d.§.in uenditione.col.viij.referens Angel. in.l. qui Romæ.§. duo fratres.ff.de uerborum obligatio.dixiſſe hoc eſſe legiſtis incognitum.et idem ponit idem Alexan. ad Bar.in.d.l.cum iudex. aut niſi conditio eſſet impoſſibilis: quia talis reddit ſententiam ipſo iure nullam.l.fi,ff.quæ ſent.ſine appel.reſcind.et ponit Imol. in.l.fi.ff.de condit.inſtit,facit quod ponit Bal.in add. Spec.in tit. de appel.col.xix. uerſi.impoſſibile decretũ eſt nullum.et Alex. in.d §.in uenditione,et poſt Bar. in d.l.cum iudex. et Felin.in.c. quoad cõſultationẽ.col.ij.in fi.ubi ponit hanc materiã.de re iud.

115 Idem ſi eſſet decretum trahẽs ſecum executionem,ut puta decretum tutelæ, curæ, uel ſimilium: in quibus procedit regula actus legitimi &c.de regu.iur.et.l.etſi conditionalis.ff.de autho.

tut.& propterea ſi conditio in talibus apponeretur,actus peccaret in forma, ideo non ualeret.l.muto.§. ſi ſub conditione.ff. de tut.&.d.l.etſi conditionalis.Si uerò eſſet alia interlocutoria,quæ executionem ſecum non traheret,conditio illam non uitiaret,ſecūdum glo.in d.§.ſi in uenditione.in uerb.interloqui.& in uerb. capiantur.in.ij.ſolutio, quam ibi cæteri doc.ſequuntur. & gloſſ. fin.in.l.ea quę.C.ſi mancipium ita fuerit alienatum.uolens decretum citationis ualere,ſi fuerit dictum compareas ſi manumiſiſti &c.uel ſi tua intereſſe putaueris &c.alioquin &c.

116 Si uero ſententia ſub modo proferretur, ex quo modus non
117 ſuſpendit: ſed ex eo naſcitur actio ualeret: prout ſi diceretur, abſoluo te,ita ut releues indemnem talem,uel ut prœcium reſtituas emptori: uel prout conſueuerunt facere anteceſſores mei, et ſimilia.Nam per talia uerba ſententia non cenſetur conditionalis,neque ſuſpenditur: ut declarat Bar.in.l.eum qui.§.Iulianus per illum tex.ff.de conſti.pecu.et glo.& doct. maxime Imol.& Fel.col.fi.& alii in c.quoniam Abbas.de off.deleg.& idem Bart. in.l.i.ff.de condit.& demonſt.ubi ponit ex quibus uerbis inducatur conditio,et ex quibus non.Talia igitur uerba,ſeu clauſulæ non faciunt conditionem, ſed cauſaliter ponuntur: ut declarat Boer.in deci.parlament.xvi.incip.dubium &c.Si tamen modus in ſua forma non ſeruaretur,uideretur quis ſententiæ renunciaſſe: ut in.l.cum eorum.et ibi glo.& ſcrib.C.de ſent.&.l. nonnunquam.ff.de colla.& Bald.in add.Spec.tit.de ſenten.col.ij.uerſi.ſuper hoc ſciendum eſt & Fel.in.c.in tantum.in fin.extra de ſimo. His igitur & ſimilibus caſibus,cum ſententia uere et effectualiter propoſitam controuerſiam non diffiniat,tanquam defectuoſa et inualida reputari conſueuit,ſecundum ea quæ poſuimus.

118 Diximus etiam, quòd ſententia controuerſiam propoſitam legitime diffinire debet,quia imprimis illud obſeruare debet iudex,ne aliter iudicet quàm quod legibus, aut conſtitutionibus proditum eſt: ut inquit tex.inſtit.de off.iudic.in prin.et propterea ſi iudex expreſſe contra leges in corpore iuris clauſas ſententiã diceret legibus ipſis aduerſando puta quòd minor quatuordecim poſſet teſtari,ſeu quod ſententia diffinitiua in ſcriptis proferri non deberet,ſeu filios,ætatem, uel priuilegium ad munus uel tutelæ excuſationem non prodeſſe,et ſimilia ipſò iure non ualeret,quaſi contra ius conſtitutionis contrarium inducentes manifeſte lata: prout eſt tex.in.l.i.§.itē cū.ff.q̄ ſent.ſine app. reſcind.l. ſi ex-

ſi expresſim.ff.de appell.l.2.C.quand. prouocat. non eſt neceſſ. c.i.extra de ſent.et re iud.nec excuſaret eum ſua prætenſa conſcientia:quia iniuriam facit legibus is,qui uult ſe meliorem uideri quàm ipſæ leges,ut in authent.de iud.§.oportet quem tex. ad propoſitum allegat Paris de ſind.in uerb.iudices puras. col. penult.prout neque idem iudex quaſi quòd leges & conſtitutiones huiuſmodi ignorauerit, excuſandus eſſet, cum legem miniſter electus et deputatus extiterit:ut in.l.i.§.poſt originē.ff. de orig. iur.& propterea non liceat tali ius in quo uerſatur ignorare. d.l. ii §.Seruius. maxime quòd leges et ſacræ conſtitutiones ita publice conſtitutæ ſunt,ut ab omnibus ſciri debeant.l.ſacratisſimę. C.de legib.cum ſimil.prout etiam non prodeſſet quòd litigatores conſenſiſſent,quòd talis ſententia eo modo proferretur, quia nihilominus eſſet nulla,ut declarant doctores.in.l.ſi conuenerit. ubi Iaſ.colum.i.uerſic.tertio limita.ff.de re iud.

Et præmiſſa intellige de iure claro et manifeſto,ut putà quòd eſſet regula iuris, ſeu aliàs ex clara et indubitabilis, ut declarat Matesſil.xx.not.et Dec.conſil.8.poſt princ.lib.i.aliàs ſi conſtitutio(puta uarios habens intellectus) cōmuniter reputetur obſcura,ob huiuſmodi probabilem excuſationem, iudex ſi contra eam quaſi putans ad cauſam non facere,pronuntiaſſet, ſententia ſuſtineretur,ut inquit text. in.l. cum prolatis.ff. de re iudi.quem tex.ad hoc ſingularem(ſecundum intellectum Iacobi de Aret.) faciunt ibi,Imol.& Alexand.in princip.& Iaſ.columna fina.poſt Bart.et tenuit hoc idem Bart.poſt Cy. et Baldus.in dicta.l.ii.C. quand.prouoc.Alexand.et Iaſ.et alii in.l.qui Romę.§. duo fratres.ff.de uerb.oblig.Anton.Imol.Panormi.Felin.in.d.c.i.in ſeptima colum.de re iud.

119 Lex namque obſcura et uarios habēs intellectus ad decidendum allegari non poteſt,ut uoluit Bald. in l.in ambiguo. ff.de reb.dub.et ſenſit glo.fin.in princ.in.c.i.de cōſtit.in.vi.et idem Bald.in capitulo fina. columna fin.uerſic. ulterius not.per illum textum: extra eodem titul. quem ſecutus eſt deciſion.dxl.quæritur.in fin.lib.iiii.in conſil. poteſt enim iudex ex uariis opinionibus alteram præligere, et ſec. illam iudicare ut inquit Rot.deciſio.dcclxxiiii.dic quòd aliquoties.in antiq.

120 Et quamuis aliquis(ex pluribus) alicuius legis intellectus magis communis reputaretur,ſententia tamē aduerſus huiuſmodi magis communem intellectum lata, non diceretur nulla, ut per Alex.in.d.§.duo fratres.colum.xxi.et Iaſ.in d.l. cum prola-

tis.col.fi.ponit Felin. in.c.i.col.final.uerſicu.ſ.nota.de conſtitu. dum uoluit quòd ſententia contra communẽ opinionem docto rum lata,quaſi ob expreſſum iuris errorẽ nõ ſit nulla, et allegat hoc tenuiſſe.Ang.poſt Imol.et docto.in d.ſ.duo fratres.

Iudex tamen contra communem huiuſmodi opinionem iudi cans,ſi illam eſſe falſam oſtendere neſciret in ſindicatu aliquanto tamen mitius quàm ſi contra legem indubitabilem iudicaſſet pu niretur,ut uoluit Bald.et Ang.in.l.ſi.C.de poe.iud.qui male iud. et gloſſ.inſtit.de obligat.quæ ex quaſi delicto.in princ. et Abb. in.c.prudentiam. in princ.de off.deleg.Alexan.et Iaſ.in.d.l. cum prolatis.in fin.col.et.d.Fel.in.d.c.i.col.penul. de conſtitution.et uide Bal.de pace iuram.firman.ſ.et iudices.colum.ii.et Alexan. conſil.lxvi.uiſis.in fin.lib.v.in conſil.xix.circa princ.lib.vi.

121 Et ſi iudex contra deciſiones dominorũ de Rota iudicaſſet ſententia non eſſet nulla, ex quo domini præfati poteſtatem le- gis condendæ non habent,nec eorum deciſiones, quamuis ma- giſtrales et magni ponderis ſint, uim legis obtinent , ut uoluit Dominic.in.c.duobus.col.xi.de reſcript.in.vi.Card.in.c.paſtor. de fide inſtrum.Fel.in d.c.i.colum.vi. verſi.ſcias etiam.de re iud. et Caſſa.deciſi.xvii.circa fin.de præben.

122 Ad effectũ igitur ut ſententia per expreſſum iuris errorẽ in- ualidari poſſit, requiritur ꝙ ſit lata patẽter et manifeſte cõtra te- norẽ,et caſum legis publicæ,et manifeſtæ,et ꝙ talis error oculo corporali in dicta ſententia habita relatione ad text. legis cerni poſſit,non aũt quòd oculo mẽtis,et ꝑ ſubauditos intellectus per cipiatur,uel quòd reſultet per tacitã relationem ad acta,qm̃ ſi er- ror in ſentẽtia nõ eſſet expreſſus, ſed ex tacita relatione ad acta deprehẽderetur,nõ uitiaretur ſententia, ſecundũ cõmunẽ opinio nẽ doctorũ,quia ad inualidandũ actũ taciti et expreſſi nõ eſt ea- dẽ ratio,prout arguit ac de communi atteſtatur Ale.conſ.lix.at tentis.col.v.uerſ.nec obſtat.li.3.et quòd requiratur error expreſ ſus,et non ſufficiat tacitus,probatur in.d.l.ſi expreſſim.et. d.l.ii. ibi,tã manifeſti iuris.C.quan.prouoc.ctc.et in.c. ſolet ibi, uel in- tolerabilẽ errorẽ in ſententia fuiſſe patẽter expreſſum de ſenten. excom.in.vi.et facit.c.uenerabilib.ſ. fi.eo. tit. et ita tenuit In.& Hoſ.in.c.P.et.G circa fin.de offi.dele.Cuius dictum famoſum et ſingulare reputat Ant.in.c.ab excõicato.de reſc. et doc. in.d.c.i. ubi Fel.col.8.de re iud. famoſũ etiã uocat Iaſ.in.l.ii.col.iii.C. de erro.caſ.et in.d.ſ.duo fratres.col.xxi. expreſſum aũt ſolummo-

do di-

do dicitur illud,quod ex uerbis infertur et colligitur,uoluit Bal. in.l.ad probationē.la.i.C.de prob.et Ang.in.l.ꝑtor,ait.ff.de op. noui nuncia.quos refert et ſequitur Dec.cōſi.lxviii.col.pen.lib.i. quos refert et ſequitur Decius conſil.lxviii.col.penult.lib.i.

Et ſi error non eſſet ita patens et legibus aduerſatiuus, ſed iudex ignorantia iuris lapſus aliquem puta Sempronium teneri inſolidum Mæuiæ,quæ erat uxor, uel ad ſolutionem centum computando uſuras.et uſuras uſurarum condemnaſſet:ſententia huiuſmodi quaſi potius contra ius litigatoris, quàm ius conſtitutionis lata ipſo iure teneret,per textum.in.l.cū præſes.ff. de re iudica.l.ex diuerſis.§.fi.ff.eo.tit.et.l ſeruo.§.cū prætor.ff. ad Trebell.Error tamē et iniuſtitia huiuſmodi per iudicem appellationis emendari,et reuocari deberet:ut uoluit Innoc.in.c. cum ſpeciali.in princ.de appellation.et Bal.poſt Iacob.de Aret. et Cynū in.d.l.ii.C.quand.prouoc.et Ant.Panormitan. et Felin. ibi col. ix.in.d c.i.de re iudic.et Alexan.in.d §.duo fratres.col.xxii.

123 Intellige inſuper præmiſſa,quando ex lectura ſententiæ apparet quòd talis iudex totaliter ſe in ſuo ſimplici motu, et intellectu erroneo, et legi aduerſatiuo fundauit, et illum ſecutus eſt, alioquin error hmōi nō uitiaret,puta ſi ultra cauſam erroneā idē iudex in eadē ſententia etiā aliquā aliā iuri cōgruentē expresſiſſet et cumulaſſet,nā ſententia ex cauſa congrua ſuſtineretur,ut probatur in.c.per tuas.qui filii ſint legit.et tenet Inno.in.d.c.in præſentia.Ioann.de Imol.in.l.ſi plagīj.ff.de uerb.obliga.ponit Fel.in d.c.i.col.v.de re iud.cum aliis de quibus per Alex. conſil. cxiii. perſpectis.columna.4.uerſic.poteſt etiam.libro ſexto.

Idem foret, ſi iudex cauſam erroneam cum dictione maxime uel præſertim expresſiſſet.Nam dictiones . huiuſmodi iudicem non ſe adſtrinxiſſe,ad cauſam illā expreſſam declarāt,ut docet Abbas in.c.ſicuti.de re iudica. et Alex. et Iaſon in. d.§. duo fratres.col. xxii. ubi conſulunt quòd ubicunque ex abundanti cauſa in aliquo actu exprimitur, quòd huiuſmodi dictiones ſi aptari poſſunt,ponantur, quoniam tunc ſi cauſa expreſſa erronea detegeretur , propter dictiones prædictas actus nihilominus ſuſtineretur ut dicit Imol.in.l.ſi is ad quem.ff.de acqu.hære. per huiuſmodi nanque dictiones uidelicet præſertim,uel maxime,cauſam,quæ dicitur erronea,ex abundāti fuiſſe appoſitā denotatur,et nō ſolēt quæ ſuperabundant,et extrinſecus adiiciūtur uitiare ſcripturas. l. non ſolent. ff. de regul. iur.l.quæ extrinſecus.ff.

cus.ff.de uerb.obl.l.teſtamentum.C.de teſtam.cum ſimil.

124 Præmiſſa etiam intellige de ſententia lata contra legem in corpore iuris clauſulam,quæ probabiliter ignorari non poſſit, ut diximus ſupra,et ponit Alex.in cõſi.lxxxi.ponderatis,lib.ii. ſecus autem foret ſi probabiliter ignorari poſſet,puta quòd eſſet lex noua,aut ſtatutũ,ſeu localis conſtitutio,et cauſa uerteretur in alio foro,quã ſtatuentium,et in quo ſtatuta,ſeu leges huiuſmodi extrauagantes nõ fuerint,neq; ſint publicatæ,nec notoriæ, quia his caſibus cum poſſint talia à iudice probabiliter ignorari, ut eſt tex.in.c.i.de cõſtitut.lib.vi.propterea à partibus allegari, ac produci in forma probanti: et q; ab uſu recepta fuerint probari debet,iuxta notata ſuper gloſſ.in uerb.frangere, in.c.i.de treug. et pace.et ibi per Feli.in colum.iii.uerſic.lex noua. & idem Feli. in.d.c.i.colum.6.et.7.et in.c.paſtoralis,de ſid.inſtr.&.c.cũ inter. de re iud.et.c.fin.de coha.cleri.et mulie.et tenet Alex. d. conſil. lxxxi.in princ.lib.2.ponit Ioan.de Ami.in conſil.xlii.column. pen.uerſi.ſentio prætorem.Quid autem ſi fuerit lata contra ſtylum,aut conſuetudinem probatam,uel notoriam quòd ſit nulla, uide Guid.Pap.in deciſion.in prima charta Felin. et alios in.d.c. primo,de re iud.et idem Guid.q ccxcii.ſi alicui.

125 Et quoniam ſententia quæ in iudicatum tranſiuit in eadẽ cauſa,et inter eaſdem partes facit ius: propterea ſi talis exceptio rei iudicatæ oppoſita fuerit, & probata:et ea non obſtante iudex aduerſus illã ſententiam contrariam proferat,perinde ac ſi foret contra ius expreſſe lata,nõ ualebit,ut l.i.in prin.ff quæ ſent.ſine appell.reſcind.l.poſt ſententiam.C.de ſentẽ.l.i.C.qñ prouoc.non eſt neceſſe,eſt communis opinio doctorũ, ut aſſerit Franc. in.c. dilecto, quæſt.xli.de appell.& q; ſit communis aſſerit etiam , & comprobat Feli.in.c.inter monaſterium,ubi latiſſime poſt alios hoc diſputat,in col.vii.uerſic.regulariter.de re iud. et idem atteſtatur Alex.in conſ.liii.quæritur,colum.iiii.lib.v.et Deci.in cõſil.ccxcv.in cauſa iſtorum,col.ii.uerſi.prædicta tamen,lib.2.

126 Et ſicuti expreſſio iuris erroris(ut dictum eſt) ſententiam uitiat:idẽ operabitur eiuſdẽ iuris,uel facti notorium,ex quo tale notoriũ æquipollet expreſſioni,ut dixit Inn.in.c.i.de offi.uicar. et ponit Feli.in.c.inter cæteras, col.v.uerſic. ſexta declarat.de re iud.&.c.cum ordinem,de reſcript.et in.c.per tuas,colum.2.uerſic.& hæc quæſt.de ſentent. excõmu. & quòd ſententia contra notorium iuris,aut facti ſit ipſo iure nulla , tenuit Innocent. in capi.

cap.2.de dilat.quem refert et ſequitur Franc.in.d.c.dilecto.quæ. xlii.et Abb.c.inter monaſteriū,nu.20. de re iudi. et latius ponit idem Felin.in.c.qm̄ contra,num.26.uerſic.ceſſat difficultas, ubi poſt relationem doctorum hoc tenentium dicit eſſe communē opinionem,et eam in practica ſeruari,extra de probat.

127 Hinc dici conſueuit,quod notoria,et ex actis reſultans iniqui tas,et iniuſtitia reddit ſententiam nullam et omnē illius præſum ptionē tollit,ac fomentum,quod pro authoritate ſentētiæ eſſet, ac præſumi ſolet,ex quo ita manifeſte de contrario conſtat.l.ſi pars,et ibi Ang.ff.de inoff.teſt.cle.Paſtoralis,in uerb.Piſana, de re iud.c.inter cæteras,extra eo.tit.c.cū Bertol.& ibi Innoc.ſuper uerb.conceſſimus,eo.tit.quem tex.ad hoc adducit Card.in cōſi. lvi.dū reuerendus.et facit tex.in.c.cū ad quorundam, de eccesſi. prælator. et in.c.ſuam,ubi Anto.de Butr. in ultimo notabili. de pœn.et eſt cōmunis opinio:prout atteſtatur idem Feli.in d.c.inter cæteras,colum.penul.in uerſic.amplia etiam.in fin.late ponit Rom.in.l.admonendi.in.x. col.uerſi.x.de iureiu. et latius idem Franc.in.d.c.dilecto, quæſt.lv. qui per longum diſcurſum contrarium tenuit,de quo etiam ponit Bald in.l.ciues.C.de appella. & idem Feli.in.c.ſi quando,in princ.de offi.dele.et in.c. nouit.de iud.et in.c.conſanguinei,num.5.de re iud.cum ſimil.

128 Prout idem foret ſi ſententia eſſet lata ex cauſa notorie falſa, nā,et tunc eſſet ipſo iure nulla,prout tenuit Abb.poſt But.Imol. et alios,in.d.c.inter cæteras,ubi Feli.colum.vi.uerſi.2.concl.aſſe rit ita cōmunem eſſe opinionem,et iſtis terminis intelligere potes Rot.deciſ.cccxlvii.nota quòd licet,in anti.dum uoluit,quod ſententia per falſas cauſas,et allegationes lata ſit nulla.

129 Vnde ſi iudex in ſententia expreſſe ſe ad aliqua acta non uera, ſeu nulla uel erronea retuliſſet,puta quòd dixiſſet,quia nobis conſtat per talem,et talē teſtes,etc.uel per tale inſtrumentū, etc. te debitorē,ideo te condemno, et inſpectis huiuſmodi teſtibus, ſeu inſtrumento ad quæ ſpecialiter ſententia per modum cauſæ ſe referebat,de errore ipſius iudicis conſtaret,ſentētia eſſet nulla, ut tenuit Bart.et Bald.in.l.i.C.de erro.calc.Io. de Imol. et Alex. in.l.rei iudicatæ.§.primo.ff.ſoluto.matrimo.idem Bar.et Paulus de Caſtr.Aret.et Iaſ.in.l.ſi is ad quem.ff.de acquirend. hæredita. et ponit Innoc.et alii poſt eum in d.c.cum Bert.de re iudi.uel ꝗ acta huiuſmodi ad quæ ſententia expreſſe ſe refert detegerētur nulla, ſeu falſa:quia tunc ſententia non ualeret, ut inquit Bal.per

illum text.in.c.cum cauſam,de re iudic. loquens de ſententia ad ſtatutum nullum ſe referente.& tenet Hoſtienſis in ſumma, in titulo de ſentent §.qualiter, colum.3. uerſic. Octauus ſi proferat, et Abb.Felin.et alii in.d.c.inter cæteras,et eſt communis reſolutio doctorum in.c.ab excommunicato,ubi Ant.in ſeptima charta,de reſcript.prout atteſtatur deciſio.Neapol.decis. xlvii. ſecunda columna,numero.3. ubi etiam ponit quòd ſententia (ſecundum eandem communem opinionem) eſſet nulla, ſi ſe referret ad probationes à iure reprobatas : puta ſi iudex dixiſſet, quoniam probatum eſt per duellum, uel experientiam ferri candentis,&c.ideo condemnamus,&c.per tex.in.c. ſecundo, de purgatio.uulg.per quem tex.hòc tenuit Bal.in.l.libertorum. C. de teſtib.allegās Ioan.And.ita tenere,in.c.quoniā cōtra.in fin.de probat.in nouell.et ſequitur Feli.in.d.c.inter cæteras,et Alex.in.d.l. rei iudicatæ,et idem Alex. poſt Bartolum in.l. certa ratione. C. quomod.et quando,&c.& in.d.l.ſi is ad quem,et Decius conſil. cccclxxv.in cauſa quæ Mantuæ.col.iii.uer.et breuiter, lib.4.

130 Si uero ſententia ad acta in ſpecie per modum cauſæ ſe non referret, ſed potius generaliter,et enunciatiue(ut puta quando dicitur,uiſt actis,&c.)uel quoniam nobis conſtat,ideo te condemno,&c.tunc licet error deprehenderetur in actis , nihilominus ſententia ipſo iure ualeret, ex quo iudex potuiſſet probationes aliquas recepiſſe, quæ non eſſent in actis redactæ , uel animum ſuum ex confeſſione partium, ſeu aliunde informare , iuxta dictum Bal.in.l.quoties.§.i.ff.de prob.ideo ſententia, quaſi contra ius partis lata ualeret , ſecundum communem ſententiam ſcribentium,de qua atteſtatur dicta decis.xlvii.colum.ii.

Ad inualidandum itaque ſententiam per modum erroris in actis expreſſis requiritur(ut dictū eſt)ꝙ ſententia præciſe referat ſe per modū cauſæ ad aliqua acta,quæ erronea detegātur , et error huiuſmodi ſi patens,et inexcuſabilis,tunc nanque error,ac nullitas actorū huiuſmodi propter expreſſam relationē,ſentētię ineſſe cenſetur,per.l.ait prætor.§.i.ff.de re iudi.et d.l.i.§.i.ff. quæ ſentent.ſine appellat.c.cūm Bertold.ibi, ex tenore ſententiæ,&c. et ibi Abb.ſecunda colum.poſt Inno.et alios,et tenent communiter doctores,ut diximus ſupra,ac etiam de communi atteſtantur Moderni,in.l ex diuerſo.§.fina.ubi etiam Alexand.ff.ſoluto matrim.et Iaſ.in.d.l.prima,de erro.calc.et.l.is.ad quem, Felin.in d.c.i.col.vij.uerſi.ſecunda declaratio.de re iud.cum ſimil.

131 Si

131 Si uero ſententia nullo modo ſe referret ad acta, tunc ſi error in illis actis deprehenderetur, ad quæ neceſſario ſententia referenda eſt, prout dicitur de libello, in.l.in ſumma.ff. de re iudicata, et.l.ut fundus.ff.communi diuid.c.licet Hely.de ſimo.uel prout eſt de prima ſententia, ad quam ſecunda referenda eſt.l.eos.C. de appell.l.prima.§.i.ff.quæ ſenten.ſine appellat.reſcind. Tunc error libelli, ſeu ſententiæ primæ cenſetur ineſſe, etiam in ſententia confirmante, et propterea eodem morbo laboraret, et eſſet nulla, ut declarat Bart.poſt Cynum, ſaluando opinionem Iacob. de Aren.in.d.l.i.C.de erro.calc. et ibi eum ſequuntur Alexand. et Iaſ.et eſt tex.in.d.l.i.§ ſed & ſi.ff.quæ ſent.ſine app.

Et ſi error in aliis actis ad quæ neceſſario nõ eſt ſienda relatio deprehenderetur ſententia nõ continens in ſe expreſſe, neque tacite (per neceſſariã relationẽ ad acta) errorẽ mero iure teneret, et parti non appellanti imputaretur, ita procedit tex.in.d.l.præſes, ubi gl et ſcriben.de re iud.et in.l.ii.in fi.C.quando prouo.nõ eſt neceſſ.et.l.ſeruo inuito.§.cum prætor.ff.ad Trebell.et.l. ex diuerſo.§.fina.ff.ſoluto matrimo.et.l.ii.C.de re iudi.et.l.error.C.de iur.et fact.igno.&.d.l.i.C.de erro.calc.cum ſimil.

Et ita etiam intellige ſupradictas communes opiniones, ſiue loquamur de falſa cauſa, ſeu errore iuris, uel facti expreſſo, uel notorio, et in materia (caſu occurrente) recurre ad Felin.in.d.c. q̃m cõtra, col.12.uerſ.fallit primo, de probat.&.d.c.i.de re iud.et Franci.in.d.c.dilecto, quæſt.iii. in octaua fallentia, de appellat. et ad alia loca, de quibus ſupra plura etiam, ſed more ſolito, con fuſe ponit Vital.in tractatu clauſularum ſuper clauſula nõ error ductus in uerſic.expleto errore arbitri.

132 Ex præmiſſis colligi poteſt, quãdo ſententia per falſos teſtes, uel allegationes, ſeu inſtrumenta lata ſit nulla, quoniam regulariter dici conſueuit ualida, etiam quòd teſtes pecunia corrupti, & ſubornati fuiſſent, ex quo probationes, ac media cauſæ non ſunt de ſubſtantia iudicij (ut diximus ſupra) et quia talis ſententia magis contra ius litigatoris prolata cenſetur, ideo ſi appellatum nõ fuerit, in rem tranſit iudicatam, quamuis per reſtitutionem in integrum reſcindi, et retractari poſſit, ut eſt tex.in.l.diuus, ubi hoc tenent doctores omnes, excepto Cumano.ff.de re iudicata, et ita intelliguntur leges.C.ſi ex falſ.inſtrumen.et.l.agnitius, de excep. hex falſis.C.de tranſact.c.licet cauſam, de proba.

Et eſt communis opinio doctorum in dicta.l.diuus, et Cano

 niſtarum

niſtarum in.d.c.licet,prout ibidem atteſtatur Fel.colum.18. uerſic.4.concl.quam ſequitur Rota,deciſi.ccccxliii. Nota ꝙ ſententia,in antiquis,quicquid in contrarium dixerit gl.in.c cum uenerabilis,ubi tenuit contrariũ extra de exception. quod limitatur non procedere in ſententia lata contra abſentem ex cauſa falſa dolo partis fabricata, quia his concurrentibus ſententia huiuſmodi reputatur nulla,per textum in.l.ſi prætor.§.Marcellus. ff.de iudic.quem textum ita intelligunt ibi Bartolus,Baldus,Angelus,et Paul. de Caſtro,et idem Bart.et alii in.d.l.diuus,de quo per Matheſſillan. ſingul.xvii. nota ꝙ quandocunque, cum ſequenti,latius ponit Feli.in.d.c.licet,col.xviii.uerſi. fallit primo, et Barto.et alii.in.d.l.is ad quem.ff.de acquirend.hæred.

Limitatur etiam non procedere in ſententia lata contra maiorem etiam ſi eſſet defenſus,quia fauore minoris ætatis ſententia prætextu falſarum allegationũ, ſeu teſtium prolata non ualebit l.1.C.ſi tutor,ex falſa allegatione,et hoc ibi tenuit Bar.et gl.in.l. ii.in uerbo manifeſte,et in.l.ſi.C.eo.tit.et in.l. qui teſtamento,et ibi glo.in uerbo pronuntiationis.ff.de excuſatione tutorũ,tenẽt Bartolus,Angelus,Paulus,Alexãder,Iaſ.poſt gloſſ.fin.in.d.l.diuus,et idem Bartolus,Alexan.Aretinus,et Iaſon in d.l.is ad quẽ et aſſerunt iſtam eſſe magis communem, et tenent Canoniſtæ in.d.cap.licet cauſam,ubi Felin.in.2.fallen.

Et quòd dicitur de minore,idem dicendum erit de fiſco, et eccleſia quæ iure minoris utuntur,ut in.c.i. de reſtitut. in integrũ, et eos æquiparat gl.ſi.in.l.ſi proc.§.i.ff.de iure fiſc. quã uocat ſingularem Iaſon inſtitu.de actiõn.§.ex maleficiis, ſuper uerbo in iudicium,ubi eſt alia ſimilis gloſſa,et glo.in.l.unica.C. de ſententiis,aduerſus fiſcum lat.quã in propoſito adducit Pau.de Caſtr.in l.ſeruo.§.cum prætor.ff.ad Treb.et facit glo.in.l.imperatoris.ff. de re iud.et ponunt ſcrib.in.l.non eo minus.C.de procur.

Limitatur etiam iſtud non procedere in decreto, quod ſi ex falſa cauſa latum fuerit,ſiue contra præſentẽ, ſiue abſentem feratur,eſt ipſo iure nullum.l.cũ uero.§.ſubuẽtum.ff. de fideicomm. libertat.et Bald.in.l.ſi.C. ſi ex falſo inſtrum. et.l. Seyæ egreſſæ, ubi Bart.ff.de tutor.dat ab his, etiã ꝙ cauſa partim eſſet uera, et partim falſa:prout ſi aliquid inſolitum daretur plus debito,quia tunc in totum uitiaretur.l.ſi non ſortẽ.§.ſi centũ,ubi Bartol.ff.de conditione indebiti, et ponunt doctores in.d.l. diuus, et.l.is ad quem,tenet Decius conſil.403.quamuis col.5.in medio, libr.3. et con-

& conſi.ccccIxxix.in controuerſia,col.ij. in fine.lib.iiii. declarat deciſ.Neap.ut per Capicium,deciſ.51. in cauſa Antoniæ. quamuis in diffinitiua quãdo eſt diuidua retractaretur ſolum in eo capite,quo falſa,ſeu nulla reperiretur.l.etiam.§.i.ff.de minoribus.l. ex falſis.C.de tranſac.& quòd decretum ex falſa cauſa interpoſitum indiſtincte nullum,etiam quòd cauſa non ſit in decreto expreſſa,tenet Rota deciſ.ccccxliij.nota quòd ſententia,et ita potes intelligere deciſio.ccclxlvij.nota quòd licet,quæ eadem iura allegat,licet loqui uideatur in diffinitiua in antiquis, & eſt communis ſententia doctorum,ut aſſerit dominus Alex.in conſi.ccvij. domine colum.fina.in principio,et conſil.cxlvij.uiſo in princip. libro ſeptimo,et conſil.lxix.in cauſa,col.ij.in princip.lib.iij.

133 Et in præmiſsis erit notandum,quòd iudex in dubio probationes in actis factas iudicando ſecutus fuiſſe præſumitur.c.cum I.& A.ibi,eorum dicta iudices ſecuti tantũmodo, cum per alios ea probata non eſſent de re iud. ſi uero examinati plures teſtes, aut uaria inſtrumenta,et diuerſæ probationes intentionem actoris concludentes producti, et exhibiti fuiſſent, detecta falſitate aliquorum teſtium,uel alicuius inſtrumenti ſententia ex aliis ueris ſuſtineretur,& iudex præſumeretur ſententiando uera, & nõ falſa ſecutus fuiſſe ut uoluit gloſſ.Bart.Bal.et alii,in.l.falſam.C.ſi ex fal.inſtrument.Paul.Alex.et Iaſ.in.ii.col.in.d.l.diuus.Specu. in tit.de ſent.§.quoniam,col.iiii.uerſic.& nota quòd probatio.& eſt text.in.d.c.cum I.& A. circa fin.et faciunt ea quæ poſuit Capic.in deciſ.Neapo.xxv.in cauſa reuerendi.ubi ponit etiam quo modo articulus falſitatis faciat ſuperſederi in cauſa ciuili, poſt Cyn.et Bal.in.l.i.C.qui accuſare nõ poſſunt,cũ aliis,de qbus ibi.

134 Item erit notandum, quòd antequam exceptio falſi aduerſus ſententiam proponatur,propter authoritatem rei iudi. reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam huiuſmodi reſcindendam intra quadriennium impetrari,et proponi debebit, ut uoluit glo.in.l. agnitis,in gl.pen.ff.de excep.quã ſequuntur Paul.Alex et Iaſ.in d.l.diuus,ubi Moderni dicunt hanc eſſe cõmunẽ, et tenent Cynus,Bal.Paul.Alex.et Iaſ.in.d.l.ſi ex falſis.C.de tranſact. et Bal. poſt alios in.l.quærelam.C.ad.l.Cornel.de falſ.et ita intelligi,debet.c.licet cauſam,de probat.&.c.cum uenerabilis,de exceptionum ſimpliciter uolunt exceptionem falſi contra ſentẽtiam per falſas probationes latã cõpetere,quod intellige petita prius,et obtẽta reſtitutione,et propterea Pau.de Ca.in.d.l.diuus inſtruebat

EE 5 illum,

illum,qui hmõi ſententiam obtinuerat,ne illius executionẽ niſi tranſacto quadriennio peteret et Iaſ.ibi aſſerit hanc eſſe ueritatẽ.

135 De ſentētia lata per ſordes,ideſt prece,pretio,timore,uel odio, prout exponit glo.in uerb.uel per ſordes,in cap.cum æterni. de ſent.et re iud.in.vi.et eſt optimus tex.in.c. quatuor modis.xi.q. iii.dici conſueuit,quòd ſi lata fuerit per gratiam,ſeu ambitionem ideſt quòd iudex uolens parti morem gerere, & gratificari, pro conſequenda aliqua dignitate,uel officio , ſeu ob amicitiam , uel odium litigatorum,aut quòd precibus deuictus ſententiam tulerit ipſo iure tenet,et ab ea appellare neceſſe eſt, ut eſt tex.in.l.ſeruo.§.cum prætor.ff.ad Trebellia.et tenet glo.in.l. uenales.C.quã prouoca.non eſt neceſſ.et in.l.fin quę uoluit hoc non procedere fauore minoris.C.ſi tutor falſ.allega.et eadem gloſſ.in.l.fin.C.de pœna iud.qui male iudi.ubi Bal.dixit,quòd ſententia lata per dolum iudicis etiam peſsimum ualet, et tenet , quamuis iudex puniatur,prout ibi.& facit glo.in d.c.quatuor.undecima quæſt.iii. licet nanque ita ferri non debuiſſet, lata tamen tenet, ut.l.i.§.biduum,et ibi glo.in uerb.ſtatim.ff.quand.appellan.ſit.&.l. relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdictis,et relegatis.

136 Si tamen dolus iudicis in ſpeciem corruptionis factæ per pecuniam tranſiret,ideſt quòd prætio corruptus ſententiam ferret, ipſo iure non ualeret , ex quo uenalis eſſet.l.uenales.C. quando prouoc.non eſt neceſſ.Canonizata in.§.uenales, ſecunda quæſti. ſexta,et per tex.iuncta glo.et ibi ſcrib.in.l.fin.ubi Bal.col.i.uerſ. ſecundo quæro.C.de pœn.iudic.etiam quòd pecunia, ut iuſtam ſententiam ferret,data fuiſſet quia nihilominus talis ſententia dicetur uenalis,per textum in.c.uendentes,prima.q.iii.ibi , iuſtitiã uendere,quia non licet iudici uendere iuſtum iudicium , quam-

137 uis liceat aduocato uendere iuſtum patrocinium , et iureconſulto rectum conſilium nam regulariter acceptio nummorum præuaricatio ueritatis eſt , ideo qui excuſſit manus ſuas ab omni munere,iſte in excelſis habitabit,inquit text.in.capitu.qui recte,et.c.non licet,cum pluribus cap.ſequ.undecima.q.iii. &.c.cũ ab omni.in fin.de uit.& honeſta.clerico.tenet Pau.de Caſtr.poſt gl.in.l.ii.ff.de condi.ob turp.cau.cum pluribus aliis in huiuſmodi materia per Nico.Boer.congeſtis,deciſi.parlam.cliii. per totũ: prout etiam dici conſueuit de teſte,qui pretium accepit, ut ueritatem deponeret.quia falſarius reputatur per text. cum glo.in.l.i. in princ.ff.de falſ.quam gl.ſingularem dixit Iaſ.in.d.l.diuus, col. penul.

penul.ff.de re iud.& uerbum pecuniæ in materia noſtra large ſu mitur: et capit omne id quod iudici datur: ut ſententiam ferat, iuxta tex.in.l.quinetiam cum.l.ſequ.in prin.ff.de calum. et tenet Bal.in.l.i.C.de pœn.iud.declarat Paris in tracta.ſind.in uerſicul. corruptio.cum uerſicu.ſequenti.ubi uide in materia.

Præmiſſa etiam intellige quando pecunia ante ſententiam da ta eſſet: ſecus ſi poſt: uel quòd unus tantum ex tribus iudicibus fuiſſet corruptus: aut is qui iudicauit fuiſſet arbiter, quia his ca ſibus ſententia mero iure ualeret, ut declarat Fel.in. c. tua nobis in fi.extra,de ſimo.et ponit Paris idem in.d.§.corruptio. in uer. an ſi tempore.col.fi.& Ang.in.d.l.uenales.in quibus locis etiam reperies quid in mutuante pecunias iudici, an uideatur corrum pere: & tenent quòd ſic,per notata per Bartol.in.l.quiſquis.C.ſi cer.pet.per illum tex.& in.l.i.de calum.cum ſimil.

139 De ſententia prætextu falſi iuramenti lata an teneat,uide glo. in uerb. præcipimus. & ſcriben.in.l.ſi ex falſis.C. de tranſact.& in.l.i.& fi.C.de reb.cred.in.l.admonẽdi.ff.de iureiurã.in.l. quòd ſi deferente.ff.de dol.in quibus locis uidetur, quòd communiter concludatur ſententiam ipſo iure tenere.prout etiam regulariter tenet quilibet alius actus etiam contra proprium iuramentum factus,ut eſt communis opinio doctorum, prout aſſerit Alexã. conſil.ccxxiiii.in re tam graui.colum.fin.libro ſexto, et de quo in conſil.xvi.ponderatis.columna prima.lib.iii.

140 Si uero procurator uel aduocatus fuiſſet per diuerſam par tem corruptus et ſubornatus,adeo quòd per colluſionem et cor ruptionem ſententia fuiſſet prolata,cum perſonæ huiuſmodi nõ ſint de ſubſtantia iudicij,nec ſuper his iuſticia principaliter radi cetur,ſententia huiuſmodi etiam mero iure ualebit, ut probatur in.l.i.iuncta gloſ.C.de aduoc.diuer.iudi.ſecundum intellectum, quem ibi tenent Odoſ.Cy.Pet.et Bar.ac Paul.de Caſt.in l.ſeruo iuncto.§.cum prætor.ff. ad trebel. ubi contrarium tenuit Bal.& Paris in tracta.ſind.§.corruptio.uerſi.corrumpens iudicem &c. & pro quo facit tex.in.l.cum non iuſto.cum.l.ſequenti.ff.de col luſ.det egen.&.c.fin.eod.tit. ubi uidetur probari quòd ſententiæ huiuſmodi tanquam inter falſas et ſimulatas perſonas per dolũ extortæ,ſint nullæ,et pro infectis habeantur, ſed in iudicando, non eſſet tutum ab opinione Bar.& ſequ.recedere.

141 Et ex quo talis per ſimoniam uincere tentat fingitur habere malam cauſam,& propterea illam perdit, ut dicit text. gloſſ. & doct.

docto.in.d.l.ii.C.de pœn.iudi.Prout etiam perderet, ſi acta uel proceſſum falſificaſſet,& per illum modum religionem iudicantis circumuenire uoluiſſet, quia etiam talis cauſam perdere debet,per tex.iuncta glo.fin.in.l.in fraudem.§.quoties. et ibi Bart. ff.de iure fiſ.Quamuis incorrumpente teſtes ſecus ſit, quia talis non perdit cauſam, ſed ſententia per reſtitutionem in integrum reciſa ex integro inchoatur,ut per Bar.in.d.§.quoties.et per eundem in.l.falſam.C.ſi ex falſ.inſtrumen. et in l.i.§. ſed et conſtitutio.ad fin.ff.de calumn.late ponit Fel.poſt alios in.c.cum uenerabilis.col.v.uerſic.utrum ſicut.ubi atteſtatur hanc eſſe communē opinionem de excep.& in.d.c.licet cauſam.de proba. et Paris in d.§.corruptio.col.ii.Et Ang.per illum tex. in l. ſatis aperte. ubi ponit regulā cum fallentiis.C.de fal.et late reaſſumit Boer.in deciſi.parlam.ccxci. ubi aſſerit prædicta cōiter teneri & obſeruari in practica.& Capic.in deciſ.Neap.lxvii. in cauſa magna.in pri.

142 Sententia autem ſi per metum lata fuerit, ipſo iure tenet, licet expoſt conſtito de metu,per actionem quod metus cauſa retractanda ſit,iuxta not.per gl,& doct.in.l.mulier.§.ſi dos.ff. quod met.cau.et quod mero iure teneat,uoluit glo.et ibi Archid.in.c. iniuſtum.et.c.quatuor.ii.q.iii.et gloſſ.in.l.interdum. ubi Bald.ff. quod falſ.tut.et ſentit glo. (non excipiendo caſum iſtum) in.c. Abbas.ubi hoc expreſſe tenuit Panor.col.v.uerſi. nouus caſus. extra quòd met.cau.et facit tex.(a contrario ſenſu) et ibi glo.in c.unic.eod.tit.lib.vi.dum ibi pouitur, quòd hoc fallit in ſententia abſolutionis a cenſuris, quia illa per metum lata eſt ipſo iure nulla,ut ibi,ergo in aliis ſecus fuerit. hoc idem tenuit Bald. in.l. decernimus.col.ii.in fi.C.de ſacroſ.eccle.et in.l.i.col.ii.uerſic.ibi, timeat &c.C.de ſent.ex breui.recit.ubi tū uideas,et tenet Specu. in tit de ſent.§.quoniam.col.ii.poſt princ.ſentit Rot.deciſi.374. fuit dubitatum de illo.in no.et firmat Roma.in ſing.xci.quæro a te.et Corſet.in uerb. dicebat Ludo. Roma. in litera.S.Coacta etenim uoluntas,uoluntas eſt.c.merito.xv.q.i. et tenet Lanfran. in.c.quoniam contra in.§.interlocutoriæ.uerſi. ſed nunquid ualeat ſententia.num.9.de probat.cum ibi adduct.uide tamen Bal. contrarium tenentem.in.l.fi.in fin.C.de pœn.iudic. qui mal.iud. et in.l.ii.§.i,ff. de iud. ubi de hoc habuit quæſtionem de facto, prout etiam refert Deci.conſi.xliii.colum.iiii.uerſi.circa tertium libro.i.quem uideas,et eundem Deci.conſil.cxix. diuino.libr.ii. ubi in materia renunciationis per metum factæ multa congerit,

prout

prout fecit etiam Vital. in tracta. clauſula. in clauſula non ui. vii. uerſicul. de metu officialis. cum ſequen.

Ex omnibus igitur præmiſſis ratione formæ intrinſecæ, uel extrinſecæ ipſiuſmet ſententiæ, eadem poterit eſſe nulla, & nedū ex præmiſſis, uerūmetiam ex compluribus aliis caſibus ſententiæ et proceſſus per modum nullitatum poterunt impugnari, quæ curioſis lectoribus inueſtiganda relinquuntur.

IN RVBR. SEV TITVL.

Qualiter ſententiæ &c.

SVMMARIA.

1 *Litigatores, quid agere debeant in iudicio ut nullitas euitetur.*

2 *Iudicis officio congruit cuncta rimari & prouidere, ut ſolennia debita obſeruentur, neue lites ex induſtria protrahantur.*

3 *Perſonarum in iudicio comparētium habilitas in primis quærenda eſt. & nu. 5,*

4 *Iudicis habilitas ante omnia in iudicio quærenda eſt.*

6 *Actio & libellus in iudicio apte proponi et cōcipi debet.*

7 *Iudiciorum ordo ſubſtantialis ſeruari, & ſententiæ cum debita ſolennitate ferri debent.*

8 *Iudicem ſe fore competentē pronuntiare ualde utile eſt: & quomodo hoc procedat.*

9 *Iudex procedendo ad ulteriora exceptiones iudicij impeditiuas reijcere uidetur.*

10 *Procuratores ſeu comparentium perſonas eſſe legitimas pronuntiare multum confert.*

11 *Nullitatem opponens quō & qualiter opponi poterit,*

12 Nullitatem

12 *Nullitatem obijciens excluditur ſi fuerit iudicij incapax aut ſi ſua non interſit. nume. 13. uel a tribus conformibus ſententijs ſit condemnatus. numer. 14. aut ſit lapſa inſtantia ſtatuaria cauſæ nullita. 15. ſiue quòd officium iudicis quod competit pro nullitatibus eſſet præſcriptum. 16. aut quod idem opponẽs promiſiſſet ſtare ſententiæ, & non dicere de nullitate. 17.*

18 *Acta iudiciorum ſubſtantialia a lege non a partibus pendent: ideo ſi ſint nulla, non poſſunt a partibus ualidari quamuis partes poſſint ſe adinuicẽ obligare de illis pacendo: & tunc in uim pacti ſuſtinentur, et mandantur executioni etiam quòd ſint nulla.*

19 *Nullitati renuntiari poteſt.*

20 *Præteritio filiæ in teſtamento patris habetur pro exhæredatione, & non poteſt dicere teſtamentum nullum: quoniam extat ſtatutum quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

21 *Nullitatem opponẽs ratione ſententiæ quæ impugnatur excluditur: puta ſi opponat ad impediendum decretũ, ſiue relaxationem ſequeſtri, ſiue contra ſententiam in conſiſtorio principis latam. nume. 22. uel ab eodẽ principe confirmatam. nume. 23. uel opponatur contra ſententiam, quæ ab alia ſententia quæ in rem tranſiuit iudicatam confirmata fuit. 24.*

25 *Princeps proceſſum ex defectu iuris poſitiui nullum poteſt confirmare, ſed tunc requiritur certa notitia & ſcientia in ipſo confirmante.*

26 *Sententia ex quocunque etiam iuriſdictionis defectu nulla poteſt per iudicem appellationis confirmari.*

27 *Sententia lata præſente parte et non reclamante præſumitur*

mitur

mitur rite et recte lata,& ſeipſam abſque alio proceſſu iuſtificat.

28 *Sententia antiqua ideſt.xxx.uel.xl. annorum præſumitur rite & recte lata, maxime ſi in ea enuntiantur ſubſtantialia interueniſſe.*

29 *Nullitatẽ opponẽs ratione oppoſitionis excludetur: ſi generaliter et uniformiter, ac nulla expreſſa cauſa opponet: talis nãq; oppoſitio dicitur inepta, et nõ impedit.*

30 *Exceptiones & proteſtationes generales regulariter nõ impediunt, neque proceſſum retardant.*

31 *Nullitas allegata altiorẽ requirens indaginem leuis præiudicij, & calumnioſa non retardat proceſſum.*

32 *Iudex concipiens malitiam in excipiẽte debet parum curare de exceptione, ex quo non probata ueritate illius nil operatur.*

33 *Nullitatis obiectio non obſtet tertio qui iudicio nullitatis non interfuit: dummodo is de cuius intereſſe principaliter agebatur ſuperatus non fuerit.*

34 *Sententia ex defectu iuriſdictionis qualiter & quot modis impugnari conſueuerit.*

35 *Iuriſdictio ordinaria quando eſt notoria probari non eſt neceſſe.*

36 *Iuriſdictio in quã tacite uel expreſſe fuit cõſenſum, præſumitur, ideo probanda non eſt, ſed exceptio negantis eam probanda eſt.*

38 *Iuriſdictio ordinaria ſatis eſt ſi negabitur quòd probetur per communem habitionem & reputationem, quia in tali ſufficit quaſi poſſeßio iuriſdictionis.*

39 *Habilitas in perſona præſumitur ex pluribus actis per eũ publice geſtis.*

40 Iuriſdictionis

40 Iuriſdictionis quaſi poſſeſsio altero non poßidente & præcedente titulo per unicum actum iuriſdictionalem acquiritur.

41 Iudex ordinarius quandiu toleratur in officio nihil quo ad inualidandum acta contra eius perſonam opponi poteſt, quod impotentiam facti uel iuris concernat.

42 Iuriſdictio delegata qualiter probari poßit.

43 Delegato quando eſt perſona illuſtris & magnus officialis principis creditur quoad iuriſdictionem ſibi commiſſam.

44 Delegatio præſumitur & reſultat ex ſcientia & tolerãtia delegantis.

45 Scientia quoniam eſt fundamentum intentionis per allegantem probari debet.

46 Lex Barbarius. ff. de off. præt. procedit etiã in delegato.

47 Delegare ſeu de nouo committere cenſetur etiam is qui ſcit & tolerat procuratorem ſeu ab eo delegatum fines mandati excedere.

48 Delegantis poteſtas & iuriſdictio probari poteſt ex communi reputatione, quæ ſufficit ad probandum titulum prædeceſſoris.

49 Delegandi poteſtas quibus competat de iure.

50 Delegari hodie poſſunt maxime de iure canonico quandoque cauſæ etiam meri imperij.

51 Delegans an habuerit poteſtatem delegandi cognoſcit iudex delegatus ab eo.

52 Iudex quando dubitatur an ſit iudex, ratione dubietatis remanet iudex, & proceſſus illius ſuſtinebuntur.

53 Delegatio facta in non ſubditum ualet, quamuis ad acceptandum delegationem cogi non poßit.

54 Iudex

54 *Iudex qui patitur defectum iuriſdictionis impeditiuum ſi non opponitur & non ſit defectus naturalis procedere poteſt.*

55 *Iudex non habetur pro criminoſo ſeu excommunicato, uel infami antequam pro tali ſit publice declaratus.*

56 *Exceptiones quæ ſolent opponi contra perſonam iudicis uel impetrantis non reddunt reſcriptum nullum, quãuis retrahant principem à concedendo.*

57 *Exceptiones contra perſonam iudicis & litigatorum opponi ſolitæ ante litem conteſtatam opponi ſedent.*

58 *Exceptiones reddentes iudicium retro nullum ſemper opponi poſſunt: & quæ ſunt.*

59 *Reſcripta ad lites ſi non ſint aduocatoria etiam ꝗ ſunt ſubreptitia mero iure ualent.*

60 *Forma reſcripti utilitatem partium concernens ſi à iudice non ſeruatur: & partes expreßim non contradicant ualet proceſſus.*

61 *Præſens & non contradicens in iudicialibus conſentire uidetur:*

62 *Iudex ſi excedit uel grauat ab huiuſmodi exceſſu eſt appellandum: alias proceſſus eſſet ualidus: quia non ſufficit ſimpliciter proteſtari uel excipere ſi à non admiſſione non appelletur.*

63 *Forma mandati ſi non ſeruetur, qualiter proceſſus ſuſtineri poßit: & infra num. 100.*

64 *Reſcripta ſtricte interpretantur ad effectum quòd minus offendant ius commune.*

65 *Reſcripta delegatoria latisſime quantum uerborũ proprietas, iuris neceßitas, & mandati intentio patiuntur interpretanda ſunt.*

66 *Delegatus ad audiendum cenſetur delegatus ad diffiniendum: & delegatus ad unam cauſam cenſetur ad omnem illi incidentem delegatus.*

67 *Iudex appellationis cognoſcit de nullitate tanq̃ acceſſorie.*

68 *Cauſa ſimpliciter commiſſa, intelligitur commiſſa ciuiliter & criminaliter, & tã reſpectu proprietatis quàm poſſeſſorij, & tam quoad cognitionem quàm defunctionem, & cum omnibus ſuis incidentibus dependentibus: & uide hic exempla & Matth.*

69 *Iudex unus & idem in diuerſis cauſis quando adiri debeat, & non obſtet exceptio incompetentiæ.*

70 *Iuriſdictio conſideratur reſpectu ſummæ petitæ, non ſummæ debitæ, & ratione dubietatis ualet proceſſus.*

71 *Iuriſdictio delegati re integra per deceſſum uel receſſum delegantis expirat, ſed poſtquam in perſona delegati efficaciter radicata eſt, nõ expirat niſi ope exceptionis.*

72 *Voluntas præſumitur durare quouſque mutata non probetur.*

73 *Reſcripta delegatoria tantum durant, quantum actio ſiue per qua fuerunt impetrata.*

74 *Iuriſdictio qualitercunque reuocetur uel expiret, debet conſtare iudici, aliter proceſſus eſt ualidus.*

75 *Reſcripta ad lites quamuis de iure non impetrentur abſque ſpeciali mandato: hoc tamen ex Romanæ curiæ ſtylo non procedit, quia quilibet impetrat.*

76 *Iuriſdictio tam ordinaria quàm delegata ex tacito uel expreſſo partium conſenſu de tempore in tempus (ſi iudex non contradicat) prorogari poteſt.*

77 *Sicuti utraque iuriſdictio prorogatur ex eodem tacito conſenſu de re ad rem.*

78 Iuriſdi-

78 *Iuriſdictio ordinaria de perſona ad perſonam prorogatur: ſecus in delegata: & qualiter iſta intelligantur.*

79 *Iuriſdictio ordinaria & delegata de loco ad locum prorogari poteſt.*

80 *Prorogatio iuriſdictionis tacitæ quõ fieri intelligatur.*

81 *Minor.25.filiusfamilias,monachus,mentecaptus,ſurdus mutus,& ſimiles quamuis ſoli in iudicio quoad eorum præiudicium ſtare non poſſunt, ſententia tamen in eorum fauorem lata ualebit.*

82 *L.non eo minus.C.de procura. extenditur ad omnes qui aliorum auxilio iuuantur: tales enim inhabiles in iure parificantur: & priuilegium uni conceſſum ad alios extenditur.*

83 *Minor.25. & filiusfamilias in quàm pluribus cauſis perſonã legitimam in iudicio ſtandi habere noſcuntur.*

84 *Monachus et religioſus in multis cauſis per ſeipſis in iudicio ſtare poſſunt prout hic.*

85 *Actor ſi fuerit iudicij incapax puta minor ex parte rei opponi poterit de illius inhabilitate: & impedietur proceſſus, ne iudicium claudicet.*

86 *Pupillus & minor qualiter ſint conueniendi: & in cuius pſona iudiciũ & actus ſint dirigendi, ut iudiciũ teneat.*

87 *Filiusfamilias ſeu religioſus ſi conueniendi ſint: & pater uel ſuperior non uelit præſtare conſenſum, quid agendum ſit pro ualiditate faciendorum.*

88 *Acta facta cum perſona inhabili puta pupillo poſſum unica citatione & audientia cum perſona habili repeti, & reintegrari: & in* Roma.cur. *poſſet ſuper hoc reſcriptum impetrari, num.90.*

89 *Termini ſubſtantiales male ſeruati in uim extrauagan.*

Inno.yiij.unica citatione & audientia repetuntur & reintegrantur in Rota.

91 Procurator quod quis nõ fuerit ex parte domini pro quo fuit comparitum uſque ad mille annos opponi põt, & eſt potentisſima exceptio:nec obſtet quod fueri pronũciatum talem eſſe legitimũ procuratorẽ. num.93.

92 Mandatum ex diuturnitate temporis præſumitur ſecundum aliquos & qualiter intelligendum ſit.

94 Mandatum tacite reſultat in eo qui uidet cauſam ſuam ab alio tanquàm ſuo procuratore agi,& nõ cõtradicit.

95 Mandatũ procuratoris, & mandatũ iudicis regulariter pacificantur:& argumentum ualet de uno ad aliud.

96 Mandatum tacite reſultat ex conſignatione ſcripturarũ ad cauſam facientium: quoniam is cui fit conſignatio eſt ſolitus talia exercere.

97 Mandatum non probatur ex ſola iurium oſtenſione, quando conſignatio non probatur.

98 Cautio rati exigitur,ut ſaltim pro expenſis recuperandis alteri parti ſuccuratur.

99 Coniuncta perſona uere non eſt procurator coniunctæ, neque illi præiudicat, quamuis prodeſſe poſsit ideo ab his exigitur cautio rati.

100 Mandatum tacite præſumitur in eo qui utilia geſſit, & fecit ea quæ uериſimile eſt dominum facturum: fuiſſe: et talia idem dominus cogi poteſt ratum habere.

101 Ratihabitio tacita ſeu expreſſa retrotrahitur, & confirmat ea quæ in ualide à principio geſta ſunt.

102 Ratificatio fieri poteſt quandocunque etiam poſt ſententiam in fauorem ratificantis latam, ſecundum communem opinionem: ſed Rota poſt ſententiam non admittit ra-

tit ratificationem niſi in præiudicium ratificantis.

103 Ratificatio reſultat ex eo quod dominus proſequitur *cauſam à falſo procuratore eius nomine inchoatã, uel utitur illius proceſſibus, aut poſt cauſam inchoatã ad eundem procuratorẽ facit, aut à ſentẽtiã cũ tali procuratore lata ſimpliciter appellat: & uide hic uſq; ad nu.* 104.

104 *Ratificatio tacita operatur & fieri poteſt etiam in excedente fines mandati.*

105 *Mandati defectus ſi opponitur ab alio quã ipſo domino poteſt de facili impleri: maxime cum idem dominus poſſit tacite uel expreſſe acta huiuſmodi ratificare etiam poſt ſententiam: & ſi opponitur de inhabilitate perſonæ conſtituentis uel conſtitutæ, reſponde prout hic.*

106 *Sententia interlocutoria uim diffinitiuæ non habens, neque multum grauans abſque citatione ferri poteſt.*

107 *Citatio poſtquàm cauſa fuit diſcuſſa, cognita, & instructa eſt ſolennitas iuris poſitiui, ideo tunc omitti poſſet.*

108 *Is qui conqueritur ſe non fuiſſe citatum, & nihil aliud releuans allegat, non eſt audiendus.*

109 *Citatio ex ſtylo in multis locis facta concluſione in cauſa omittitur quoad ſententiam audiendam.*

110 *Citatio in Romana curia ad ſententiam audiendam nominatim fieri conſueuit: facta tamen concluſione in cauſa ſi omitteretur, poſſet per uiam reſcripti ſuppleri, prout aliæ nullitates iuris poſitiui.*

111 *Citatus generaliter ad totam cauſam, & non comparens ad reliquos actus non eſt ulterius citandus: et citationes quæ fieri conſueuerunt per contradictas, ex urbanitate potius quàm iuris neceſſitate fiunt.*

112 *Citandus non eſt ulterius is qui ab aliquo prætenſo gra-*

uamine appellatus à iudicio receſſit.

113 *Citatio quibus caſibus non ſit neceſſaria uel de iure omitti poßit remisſiue.*

114 *Citatio ubi non ʒ neceſſaria ſi omittitur, uel inepte fit, aut non expectatur is: qui fuit citatus non uiciat proceſſum.*

115 *Præſens in iudicio præſumitur citatus.*

116 *Præſentia partis tollit & purgat oēm citationis defectū.*

117 *Citatio in ſententia ſeu actu antiquo ex temporis diuturnitate præſumitur.*

118 *Citatio ſi inpugnetur ex defectu iuriſdictionis quid agendum ſit: et regula eſt quòd illud propter quod tollitur, ſuſpenditur, uel impeditur iurisdictio ipſi iudici allegari et conſtare debet.*

119 *Citatio tempore feriarum decerni & exequi poteſt.*

120 *Citatio eo ipſo quòd de ea per relationem nuncij conſtat quòd ad partis inſtantiam & à iudice decreta fuerit, præſumitur.*

121 *Citatio abſque loco & tempore per iudicem ordinarium decreta ualida eſt.*

122 *Citatio etiam nulliter decreta ſeu alias defectuoſa ſi per illam citandus certificatus eſt afficit & arctat perinde ac ſi quis legitime citaretur.*

123 *Citatio quòd ad notitiam citati peruenerit, qualiter probari poßit.*

124 *Citationis defectus cum clauſulam, dummodo ad notitiam citati peruenerit in* Romana *cu. per reſcripta ſanari conſueuit.*

125 N*ullitates prouenientes aliunde q̃ ex defectu iuriſdictionis citationes & mandati cum ſint iuris poſitiui, & iu*

ra pa-

ra partium non lædant, in Rom. cur. per uiam reſcriptorum communiter reparari conſueuerũt, prout hic.

126 Confeſſus in iudicio de nullitate ex defectu proceſſus obijcere non poteſt: & uide qualiter hoc intelligi deberet.

127 Nullitas quæ eſt dubia uel obſcura non recipitur: & in dubio contra eam & pro ualiditate actus pronunciari debet.

128 Appellatio quòd ualuerit, & quòd non ſit deſerta in dubio pronunciandum eſt.

129 Sententia ex aliquo defectu nulla, ſi conſtabit illam quoad cauſæ merita iuſtitiam continere à iudice appellationis ſeu nullitatis confirmari aut reformari poterit: ideo bonum eſt quòd cauſa in negotio principali recte inſtruatur, & conſtet iudici de bono iure partis.

130 Poſſeßio ſeu tenuta nulliter capta ſi conſtet, quòd iuſtitia exigente danda erat, confirmari debet.

131 Captura non rite facta ſi conſtet de debito, uel quòd alias iuſta ſit confirmari debet.

132 Sententia nulla quòd à iudice appellationis poßit quoad cauſæ merita & iuſtitiam confirmari eſt communis opinio.

133 Iudex appellationis & nullitatis eadem ſententiæ & ex eodem proceſſu poterit declarare primam ſententiam nullam, & nihilominus partem non fouentem iuſtitiam in negotio principali condemnare.

134 Commixtio iura partium conſeruans admitti debet.

135 Auditores Rotæ ſimul & ſemel in articulo grauaminis puta nullitatis & negotio principali, uel etiam omiſſo grauaminis articulo procedere poſſunt: ideo bonum eſt habere iudicem propitium.

Qualiter ſententiæ & proceſſus, qui dicuntur nulli, defendi, ſeu reparari poſſint.

HVCVSQVE uidimus de nullitatibus & qualiter ſententiæ & proceſſus ex eiſdem impugnari conſueuerint. Reliquũ eſt (ne eiſdem nullitatibus nimium fauiſſe uideamur) ut aliquid etiam contra eaſdem, & pro defenſione ipſarum ſententiarum ponamus.

Dicamus igitur primo, quomodo ſe habere debeant litigatores ne fiant nullitates. Secundo, ubi factæ fuerint, qnaliter illas obijciens repelli poſſit. Tertio, in ſpecie de nullitatibus ex iuriſdictionis, mandati, ſeu inhabilitatis cõparentium, citationis, & reliquis in genere ſupplendis, & reparandis defectibus pertractemus. Quarto & ultimo (præſuppoſita nullitate) quid agere oporteat, ſummarie præcurramus.

1 Et quoad primum, Commouendi ſunt litigatores, & cauſarum patroni, qui glorioſæ uocis confiſi munimine, ſpem, uitã, & poſteros defendunt, ut omni diligentia præcauerant, ne in tales defectus ſeu nullitates incidant, quod erit factu facile, ſi ipſimet ad unumquodque faciendum diligenter, mature, ac debito modo animeduerterint, ideſt ſi nec præcipiti feſtinationem, nec moratoria cunctatione proceſſerint. Singula igitur cõſulto peragant, ne (nimis feſtinãdo) præcipites in laqueum huiuſmodi defectuum temere incidentes, litigatores ipſi longe tardius ac maiori cum diſpendio & difficultate id conſequantur, quod maturius & ſine magno labore (recte procedendo) conſequi potuiſſent. Cauſidici uero imperitia & rubore confuſi, ueluti abiecti atque degeneres inter uiliſsimos numerentur, attendant itaque ne proprijs armis ſe confodiant. & ſibimet ipſis impedimento ſint, ut inquit tex. in l. ueteres. in fin. ff. de itine. actuq; priuat. & l. ſi de manifeſtis. §. tandiu. ff. de cond. furt. cum alijs, de quibus per Alexand. conſil. xcv in cauſa nume. 2. libro primo.

2 Spectat etiam, ad officium boni iudicis cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, ac ut ſolennia debita in iudicio adhibeantur, ne iudiciũ fruſtra fieri contingat, prouidere. capitulo iudicantem. xxx. quæſt. ultima. iuncto capitulo. Cauſam quæ, & capit examinata, de iudic. & ponit glo. in uerb. Abſen-

Abſentia in fi.in.c.i.§.ſed & ſi de elec.in ſexto,quā declarat Fel. in d.c.cauſam.in princip.et ſeq.Bal.in.l.licet.col.iij.uerſic. ſed hic quæritur.C.de procurat.Ad ipſum nanque iudicem ſpectat cura re ut lites minuantur,neúe ab aliquo ex induſtria protrahantur iurgia,ut inquit text.in.l.quiſquis.C. de poſtul.l.quidam exiſtimauerunt.in fin.ff.ſi certum petatur.l.ſecunda. in principio.ff.de aq.plu.arcend.l.properandum.in principio.C.de iud. cum ſimil. & ponit Spec.de offic.om.iud.§.deſeruit.uerſicu. item facit libellum &c.& uerſicu.& quod dico &c.

3 In principio igitur quæſtionis (ut negotium caute procedat) ante omnia de perſonis,quæ iudicijs interſunt quærendum erit, ut in ſimili docet tex.in.l.ſi quęramus.ff.de teſtam.l.nō ignorat. C.qui accuſ.non poſ.l. quidam referunt.in uerb. eſſe enim debet &c.ff.de iure codicil.l.ſi in diem.in prin.ff.de condic. & demōſt.

4 Et primo uidendum erit de perſona iudicis,nunquid ſit competens futurus iudex cauſæ motæ ſeu mouendæ,quod facile cognoſces,ſi uidebis ea quæ poſuit Spec.in tit.de iuriſdi.om. iudic. col.fi.uerſi.& breuiter nota.& tit.de compet.iudic.adi.§.i.& ſeq. ubi reperies quis iudex in qualibet ſpecie cauſarum adeundus ſit,de quo ſatis uidimus ſupra ſub rubri. de nullitate ex defectu iuriſd.et ponunt doct.in rubr.extra,de for.comp.

5 Secundo aduertendum erit ad perſonas litigatorum in iudicio comparentes,uidelicet nunquid legitimam in iudicio ſtandi perſonam habuerint,& ſi non fuerint principales litigatores, uidēdum fuerit qua poteſtate comparuerint,de quo late poſuimus ſupra ſub rubr.de nullit.proceſ.ex defect.inhab.& mand.comp. & ponit Specula.in tit.de actore,cum ſequen.titu.

6 Tertio erit aduertendum quòd actio ſeu negotium apte proponatur,ſuper quo pro magiſtrali inſtructione uidebis eundem Specu.in tit.de actio.ſeu petitio.& titu.de iud.& in titu. de libel. cōcep.& aliqua diximus ſupra ſub rubr.de nullit.ex defec.ꝓceſ.

7 Quarto aduertetur ut ſubſtantialia iudiciorum ſecundū qualitatem cauſæ intentatæ,et ſtylum illius curiæ,in qua fueris,diligēter obſeruentur,demumque ut ſententia ſolenniter, et in forma debita,per iudicem proferatur,de quo plene diximus ſupra in dicto tit.de nullit. ex defect. proceſſ. &c. Et continuo meminiſſe oportebit,ut pars diuerſa ſiue eius legitimus procur. ſi non fuerit præſens, ad quemlibet actum legitime citetur, de quo plene diximus ſupra ſub rubr.de nullit.ex defect.citatio.

FF 5 8 Conſue-

8 Conſueuit etiam (et ſanum eſt conſilium) pro fundanda iuriſdictione et poteſtate iudicantis obſeruari, quòd idemmet iudex in cauſa, de qua agitur, ſe iudicem competentem declaret, et talis pronunciatio reſpectu incompetentiæ iudicis, cum de ea ulterius non ſit quærendum, utilis admodum reputari conſueuit, ut docet Bart.in.l. ex quacunque.col.iii.ff. ſi quis in ius uocatus &c. Ang.in.l.i.C.ſi à non comp.iud.Alexand.in.l.de pupillo.§. qui opus.in tertia columna, de ope no.nunciat. et in conſi.123. uiſo.in princip.lib.i.et conſi.i.colum.iii, ubi declarat hoc libr.v. ponit Abb.in cap.cum ordinem in fin.de reſcrip. Innoc. et poſt eum alii, uidelicet Franc.Imol.Panor.in.cap.ſi duobus.de appel. idem Innoc.ubi late Fel.in capitu. ſuper literis.de reſcrip.et idem Fel. in rubr. de foro comp. in fin.cum aliјs. adductis per Deci. conſilio.xviii.uiſo.in princip.libro primo.

Et intellige quòd talis pronunciatio prodeſt: dummodo iudex aliqualem iuriſdictionem, licet elidibilem, habeat: nam ſi penitus nullam haberet, puta quòd literæ iuriſdictionales eſſent falſæ: talis pronunciatio non faceret eum iudicem qui non eſſet: ut declarat Aegid.concluſ.xxviii.iudex.& conclu.xxij. ſecundã magnam.et declarat Dec.in dict.conſi.xviii.in fin. & Alexand. conſil.lxxvij.uiſis.columna.i.et conſi.lxxxij.uiſo proceſſu.col.i. libro tertio.deciſio.Neap.cccliiii.in cauſa reuocationis.numero. 14.Mill.in uerſic.iudex qui prætendit ſe delegatum & Fel.in capitulo ſciſcitatus.colum.iij.uerſicul.ampliatur.de reſcrip.et ſentit Rot.deciſio.lxxxvi.ſi à pronunciatione.in fi.in no. & facit deciſio.dccxxxvij.nota quòd neceſſarium. in antiqu.

Talis inſuper pronunciatio ad effectum quòd proſit, expreſſe fieri debet: Nam tacite uidelicet per proceſſum ad ulteriora, nõ ſufficeret: ut declarat idem Felin.in capit.ſuborta.colum.v.uerſ. limita quarto.de re iudic.& in dicto.cap.ſuper literis.uerſic.fallit duodecimo de reſcrip. cum aliis de quibus per Hip. in.l. ſi quis. 9 uerſicu.teneas etiam menti.nu.99.ff.de quæſt. Quamuis regulariter iudex procedendo ad ulteriora, exceptionem propoſitam iudicii impeditiuam reiicere uideatur: ut declarant doctores per illum text.in capit.ex parte de appella.Bart.in.l. ſi a procedente. C.de dilat.ſentit glo.in uerb.intueri.in.l.ii.§.ſi dubitet.ff.de iudic. eſt deciſio.Rot.dxcv.dic quòd ſi aliquæ exceptiones. in antiqu. et ponit Alexand.conſil.xxxvii.uiſo.colum.v.uerſicul. quarto confirmatur.libro.ij.et conſil.cap. diſcuſſis.colum.i.libro.v.

10 Et

10 Et ſicuti perſona iudicis per ſuam pronunciationem (ut præmittitur) legitimari poteſt, eodem modo perſonæ ipſorum litigatorum etiam per ſimilem pronunciationem legitimari poterunt: et talis pronunciatio erit utilis, ut de his etiam ulterius nõ quæratur: ut uoluit Spec. in tit. de excep. §. nunc uidendum. colum. penul. uerſic. in ſumma nota cautelam, & ponunt doctores maxime Bar. Pau. de Caſt. & Iaſ. in. l. licet. C. procur. et Bald. in. l. falſus. in penul. col. uerſic. ad quartum uenio. C. de furt. et Alexã. in conſi. lix. uiſo proceſſu. col. ij. uerſic. ſecundo reſpondeo. libr. ii. & prædicta omnia, de perſonarũ ac iudic. legitimatione, et quot, & quibus modis fieri poſsit, et quantum proſit, latius reaſſumpſit idem Hip. in. d. l. ſi quis ne quæſt. fere per totam. ff. de quæſt. Quæ omnia ſi diligens patronus cauſæ ſeruauerit, rarò in iſtos defectus et nullitates inciderit, ſed cauſam ad finem ſuũ optatũ, abſq; difficultate perducet. hæc ſint pro aliquali inſtructione, quã res adhuc integra permanet, & priuſquam nullitates fiant.

11 Secundo principaliter ſi agetur de defectu ac nullitatibus iã factis, diligens cauſarum patronus conſiderabit imprimis, nunquid aliquo pacto aduerſarium appoſitorem, ab huiuſmodi oppoſitione excludere poſsit, uel ratione ipſius opponentis, aut cauſæ uel ſententiæ contra quam opponitur, ſiue ratione ipſiuſmet oppoſitionis, aut perſonæ illius contra quem, uel iudicis coram quo nullitas huiuſmodi proponitur.

12 Ratione perſonæ ipſius opponentis aliquando idem oppoſitor excludi poterit: puta ſi foret inhabilis et incapax in iudicio ſtandi: ut tot. titu. C. qui legit. perſonam ſtandi in iud. cum aliis, de quibus late diximus ſupra ſub rubr. de nullitat. ex defect. inhabil. compa. Nam cum materia huiuſmodi nullitatis ſine iudicio expediri non poſsit: ut inquit Bald. in rubri. C. quorum appellat. non recip. per tex. in. l. finali. in principio. ff. de appellat. eo ipſo quòd opponens apparuerit iudicij incapax regulariter repellendus erit, et non audietur.

13 Prout repelli poſſet, ſi non conſtaret quòd ſua intereſſet: cũ in iudicio audiri etiam non debeant hi quorum non intereſt. l. i. in princip. ff. de appellat. recip. c. non ſolet. ii. quæſt. vi. cum inter. de elect. c. de his. extra de accuſat. cum ſimil.

14 Vel prout excludi poſſet is, qui per tres ſentẽtias conformes in cauſa illa condemnatus extitiſſet: quoniam talis ſuper nullitate huiuſmodi ſententiarum, quouſq; plenarie executioni man-

datæ

datæ fuerint,audiri non debet : ut eſt tex.in clem.i.& ibi late ſcri ben.de ſent.et re iud.Idem ſi foret excluſus à ſtatuto,certum tem pus iam tunc elapſum,ad cauſam nullitatis proponendam & ex
15 pediendam præfigente : nam extra tempus ſtatuti & inſtantiæ, maxime per uiam petitionis, ſuper nullitate ulterius audiri non deberet,ut uoluit Alex.in conſil.ccxxv.ponderatis.libro ſexto. & conſil.cv.ponderatis.col.ij.lib.v. & de quo per eundem conſ. lxxxij.uiſo.col.iij.lib.iij.ſtante namque huiuſmodi ſtatuto,nedũ agere prohibitus,audiri non debet : quinimo nec iudex ex offi cio ſuo,ad illius commodum, procedere poterit : et ſi procedet, nulliter faciet : ut uoluit Bar.in.l.i.§.quod autem.ff.de aleat.&.l. non ſolum.§.fin.ff.de iniur.cũ alijs, de quibus per Alexan.conſi. lxxvij.uiſis.nu.2.lib.3.& conſi.lxxxi.ponderatis.nu.4.libro.ij.
16 Siue quòd officium iudicis,quod pro nullitatibus huiuſmodi declarandis et reuocandis competit,de quo per Innoc. in.c.i.cir ca fin.extra de offic.iudic.& in.c.ſæpe.in.iii.col.in princ. de app. et uidimus ſupra in.q.i. foret legitime præſcriptum : et facultas illud implorandi tempore ſublata:quoniam officium iudicis,ſeu facultas illud implorandi tantum durant quãtum reliquæ actio nes perſonales : ut per Bal.in.l.data opera.col.xxix.C. qui accu ſare non poſſunt,et Salicet.in.l.præſes.uerſi.ulterius quis poteſt. C.quo,& qñ.Franc.in.c.dilecto.q.v.de appell.et Alex.conſ.lxi. uiſo.titulo.col.4.nu.15.et Deci.conſil.viii.diuino.col.pen.in.fin. lib.i.cum alijs,de quibus alias diximus.hoc igitur caſu opponẽs tempore ipſo foret excluſus,et non deberet audiri.
17 Vel quòd ipſemet opponens ſeipſum ante ſententiam uolun tarie excluſiſſet,puta quòd ſententiæ ferendæ ſtare, nec dicere de nullitate promiſiſſet : ſed illi (qualiſcunque foret) parere, tunc etenim lata ſententia iudex nullo alio de principali cauſa diſcuſ ſo,iuſtam conuentionem,ueluti cõfeſſi,ſequetur : ut inquit tex. in.l.tale.pactum §.qui prouocauit.ubi Bal.et Angel.col.xvii.ff. de pact.et facit tex.in.l.i.uerſic. ſi quis ante ſententiam profeſſus fuerit non appellare, indubitanter auxilium perdit &c.ff. à qui bus appella.non licet.facit etiam.l.ſi conuenerit.ff. de re iud.&.l. ſi aduerſus.C.de fid.inſtrumen.et.l.ſi quis in conſcribendo.C.de
18 pact.cum ſimil.Nam etſi acta ſubſtantialia iudicij à partium uo luntate non pendeant,ſed à lege : illaque propterea de dictarum partium conſenſu omitti, uel ſi nulla fuerint, ratificari non poſ ſint,per regul.quòd actus nullus. ex facto à poteſtate mea non dependen-

dependente,à me ratificari; nec nullitas ſuppleri poſſit. arg.l.ne-
mo poteſt.de legi.priuatorum.C.de iuriſdict. omnium iud.l.nec
ex prætorio ff.de reg.iur.Bar.in.l.i.C. qui pro ſua iuriſdict.et in
l.licet.C.de procur.c.uno.de litiſcon.notat gl.fi.in.c.fi. de re iud.
lib.vi.et Abb.in.c.prudentiam.in prin.col.vi.uerſi.quo ad tertiã
quæſtionem.de off.deleg.et in.c.fi.de probat.glo. et doctores.in
c.de cauſis.de off.deleg.Alex.in d.l. ſi conuenerit. et Rot.deciſi.
lxxxvii.in cauſa in qua eſt ſeruandus.et deciſ. cclviii. ſi auditor.
in no.Poſſunt nihilominus partes ipſæ per pactum ſeu ſtipula-
tionem ſe obligare non excipere de nullitate, ac de parendo hu-
iuſmodi actibus et ſententiis : quæ et ſi forent nullæ, nihilomi-
nus inter partes in uim pacti et ſtipulationis exequentur : quia
licet non ualerent ſententiæ,ualeret tamen pactum & contentio
huiuſmodi,per text.in.l.ii.C.commu.utriuſ.iud. et ibi doctores.
et declarant Bal.et Ange.in.d.§. qui prouocauit. et Iaſ.in.d.l.ne-
mo poteſt.col.x.uerſi.cõfirmatur.in.ii.lectura.ff.de leg.i. et Ab.
poſt alios in c.examinata.de confir.util.uel.inutil.et in cõſi.xcii.
cum per ſententiam.col.i.lib.i.Franc.in.c.dilecto.quæſtio.50.de
appel.et late ponit Fel.in.d.c.de cauſis.col.iii.uerſic.i.conclu.ubi
in hac materia ponit regulam cum aliquibus fallentiis, et in.c.ſi-
gnificaſti.in princi.in uerb.tene menti.de foro compet.et in.c.cũ
ex officii.in uerb.non obſtat dictum Innocentii : de præſcrip.te
net Alex.in terminis noſtris in conſi.xxxii.opportune.colum.
ii.lib.ii.et Deci.conſi.cccclxxv.in cauſa quæ Mantuæ.col.4. nu
19 me.33.et conſi.ccccxcix.in cauſa.col.4.nu.13. et deciſ.Neapol.
cxcvii.promiſſio.in fin.cum aliis, de quibus per Hip. in.l.i.§.ad
quæſtionem.nu.28.ff.de.q.Et quòd poſſit renunciari nullitati ui
de Bal.in.l.antiquæ.§.fi.in fin.C.ad Velleya.& Paul. de Caſtro
in conſi.cclx.in nomine ſanctæ &c.ii.col.lib.i.et latius quàm ali
bi per Ioan.Baptiſtam Peruſinum in tract.de arbit.lib.vii.c.x.et
ſeq.ubi ponit (loquens de compromiſſo) quando, et quibus ca
ſibus pactum et renunciatio nullitatis ualeat : quem poteris ui-
dere,quantumcunque igitur his caſibus ſententia foret nulla,de-
beret exequi,ſi non tanquam ſententiam, ſaltim uigore pacti et
ſtipulationis : ut.d.§.qui prouocauit: et taliter opponens à lege,
ſiue ſtatuto,uel à ſemetipſo, à iure dicendi de nullitate excluſus,
audiri non deberet,maxime ſi pactum ſeu renunciatio fuiſſet iu-
rata : ut loquitur Alex.d.conſi.xxxii.poſt Ang.conſ.clxxxvii.
incip.a & b.contraxerunt &c.et per ea quæ ponit idem Alexã.

conſi.xxi.

conſilio.xxi.attentis.col.4.lib.3.pro quo facit etiam illud quod uoluit idem Ang.in.l.Papinianus.§.ſi quis mortis.uerſiculo ultimo legatur.et in.l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoff. teſta-
20 men.dum inquit quòd ſtante ſtatuto, quòd maſculis exiſtentibus fœminæ non ſuccedant: filia in teſtamento patris præterita,ab huiuſmodi ſtatuto excluſa, audiri non deberet, allegando teſtamentum patris nullum et inualidum ob ipſius præteritionem: et uere audiri nō deberet,cum ſtante tali ſtatuto, per quod ſuitas ſublata fuit,præterito filiæ pro exhæredatione habetur,& teſtamentum remanet ualidum,ut declarat Bar.in.l.i.§.ſciendum in fi.ff.de ſuis et legit.et.l.i.§.filium.in.iiij.quæſt.ff. de cont. tab. et Bald.in.l.fi.in fin.C. de lib.præt. & eſt communis doctorum opinio ſecundum Alexā.in.l.Gallus.§.quid ſi tantum.col.iii. de lib.& poſthu.et in.l.Filiæ dotem.C.de collat.et melius in conſil. xlvii.abunde.col.fin.lib.ii. ubi atteſtatur de cōi.et facit quod ponit idem Alex.conſi.xix.circa.col.i.uerſi.ſed præmiſsis. libr.vi. et conſi.cxxv.qm̄.eo.lib.et Dec.conſi.dv. copioſe.in prin.lib.4.

21 Ratione cauſæ,ſeu rei,uel ſententiæ de qua agetur,opponens nullitatē excludi poterit,et non erit audiēdus,puta ſi ad impediēdū decretū,ſeu relaxationē ſequeſtri, nullitatē opponeret, iuxta tex.in cle.ad cōpeſcēdas.in fi.de ſeq̄ſt.poſ.& fruct.et ponit Rot. cccxciiij.nota quòd ſi ferat.in antiq.et deciſ.ccccxc.ſi ferat.in no.

22 Vel ſi nullitas contra ſententiam in conſiſtorio principis latam,ubi ordo iudiciarius,ac cæteræ iuris poſitiui ſolennitates nō attenduntur,opponeretur,iuxta tex.in.c.ad petitionem. in fin.et ibi doct.de accuſ.per quem tex.Bald.in.c.i.§.fin.de nat.feud.&c. dicit principem ſola ueritate inſpecta, ac ordine iudicii omiſſo procedere poſſe.Idē tenuit idem Bal.in.l.fi.C.de legi. et late poſt alios ponit Fel.in.c.ex cauſis.de re iudiū.Aug.in.l.princeps.ff.de legib.Roma.in.l.ſi quis arbitratu.in.iii.col.ff. de uerb.obligat.

23 Siue quòd nullitas opponeretur contra ſententiam, uel proceſſus per eundem principem confirmatos: quia ulterius de illorum inualiditate diſputandum non eſſet: iuxta ea quæ ponit In no.et alij.in.c.i.et.ii.de confirma.util.uel inutil.et legiſtæ.in.l.iiii. uerſ.condemnatum.ubi Iaſ.col.iii.uerſ.tertiò limita.ff. de re iud.

24 Poteſt namque princeps proceſſum nullum ex defectu iuris poſitiui ratum habere,ut quotidie in Ro.cu.fieri uidemus, quando conſtat cauſam ad ipſius merita recte inſtructam, inquit Abbas in c.cum olim.col.penul. de re iud. allegando text.in.d.c.ad

petitio-

petitionem.ubi etiam de hoc meminit Feli. ibidem col.ii.uerſic. tertio nota.de accuſat.et facit text.cum ibi not.in c.i.de tranſact. & quod ponit Barto.in.l.conficiuntur.§.codicilli.ff. de iur.codicil.& in conſi.cxcvi.ciuitati Camerinen.col.i.in fin.et late ponit & declarat idem Fel.in.c.qualiter et quando.el.i.col.ix.uerſi.fallit ſexto.de accu.poſt Abb.et alios in ca. ea quæ.de re iud.ſuper quo tamen aduertendum erit,quia certa ſciētia principis actum nullum confirmantis requiritur,alias nullitas non excluderetur, ut uoluit Aegid.conclu.cxvi.ſi petens,& glo.in c. per diuerſitatem.in uerb.communi.de conceſ.præben.Bart.in.l.ſi cōſtat.ff.de app.et Ab.in conſ.63.Omnipotentis.uerſi.ii. principaliter.lib.i. & Alex.conſi.lix.uiſo inſtrumento.col.iii.lib.i.et conſi.cxxxv. uiſo.col.ii.lib.vii.& conſi.i.nu.35.lib.v.Caſſad.deciſ.ix.de reſcr. huiuſmodi autem confirmatione ex certa ſcientia concurrente, nihil apponi poteſt quod annullet : cum id uideatur factum de plenitudine poteſtatis : ut uoluit Bal in.l.eos.in princ.C.de app. & in procе.Decr.col.iiij. iſti ergo poſt confirmationem principes nullitates opponenti,perpetuum ſilentium imponi debet,ut docet idem Bald.in.c.i.§.ſi quis autem.per illum textum.de pac. Conſt.et pmiſſa ponit.Dec.conſ.dclv.col.pen.lib.v.et cōſ.cxci. col.ii.li.i.et conſ.341.uiſo puncto.col.i.uerſ.et nō parū.et conſi. 373.uiſo.col.ii.lib.iii.Et nota quòd intelligimus de cōfirmatiōe facta in forma ſpecifica : quæ fit ex certa ſcientia, et cū cauſæ cognitione,nō de ea quę fit in forma cōi.quia talis nō operatur ualiditatē quoad tertii præiudiciū,ut optime declarat Alc.in conſi. 123.ſcripſit.col.vi.nu.18.uſq; in fi.lib.4.ubi uide.idē Dec.conſi. 804.procedēdo.col.ii.in prin.lib.4.et.649.in fin.uoluit quòd in dubio pſumendū ſit, quòd cōfirmatio facta fuerit ex certa ſcientia.Allegat Alex.in conſi.i.col.x.lib.v.et conſi.38. uiſo ſtatuto. lib.4.quos uidere poteris,intellige ergo quando nullitas fuit ipſi confirmanti expreſſa, alias ſi putaſſet ualidam , ſed pro firmiori munimine roboraret,confirmatio illa non tolleret nullitates, ut declarat Abb.in c.inter dilectos.col.iiii.uerſic. quarto oppono, poſt Inno.et Hoſtien.extra de fid.inſtrumen. et tenet et declarat idem Dec.conſi.dxli.uiſa donatione.col.pen. uerſic.i.quia.lib.4.

25 Vel (pone exemplum) quòd nullitas opponeretur contra ſententiam,quæ per aliam ſententiam rite et recte latam,quæ in rem tranſiuiſſet iudicatam,confirmata foret,prout contigit quādo appellatur,& de nullitate dicitur,& iudex appellationis bene

iudicatum

iudicatum,et male appellatum per ſentẽtiam ſuam declarat, hoc etenim caſu de nullitate actus cõfirmati, obſtante ſententia et re iud.confirmante,ulterius quæri non poteſt, ut tenent communiter doct. in.d.cap.i.et.ii. de confirma.util.uel inuti.et Franc.poſt alios in.c.dilecto.quæſt.xli.et.xlviii.de appel.per Innoc.in.c. ſuper literis.in uerb.forſan. de reſcript.et Rot.deciſio.cxviii. nota quòd ubi ſententia nulla.in anti. pônit Fel.in.c..ea quæ.in.1.col. de re iud.et facit tex.in.l.fi.ubi ponit Bar.C. de fid.inſtr.et.l.ii.C. ſi ex falſ.inſtrum.per quæ iura hoc uoluit idem Barto.in.l.ſi expreſſum.in.iii.col.in prin.ff.de appel.et in.l.i. col.pen.C. quando prouoc.non eſt neceſſ.Anchar.et Imol.in clement.i.de re iud. ex
26 quo enim ſemel fuit cognitum et deciſum, de his ulterior quæſtio habenda non eſt,ut ibi per eos,quia (ut eſt dictum) ſententia etiam quòd ex defectu iuriſdictionis eſſet nulla, per iudicem appellationis confirmari poteſt . Et ſi cauſa nullitatis ſententiæ primæ,in ſententia confirmante ceſſauerit, tanquam rite et ualide confirmata demandabitur executioni, ſecũdum communem ſcribentium opinionem,de qua atteſtatur Alexand. in conſilio. cxi.uiſo.lib.v.et conſil.lxvii.uiſo.in fin.lib.vi.et conſi.lii.quæritur.lib.v.et de quo in conſi.lxxix.perſpectis.numero.4.lib.2.

Debebit inſuper animaduerti nunquid ſententia quæ per uiã
27 nullitatis impugnatur,præſente parte,uel ſaltim legitime citata, et non reclamante lata fuerit, quia poſtquam in rem tranſiuerit iudicatam,quòd ſententia huiuſmodi rite, et recte lata fuerit,pſumetur,ſi modo expreſſe de contrario non conſtabit,ut uol.Innocen.in.c.Bonæ.el.ij.de elect.et in c.cum in iure.de off.deleg.et in c.ſicuti.de re iud.ponit Fel.in c quoniam contra.col.xv.de probat.eſt communis ſcribentium reſolutio : ut trad.Alex.in conſi. xxii.uiſo proceſſu.lib.ii.et conſi.xxv.uiſo.lib.vii.Abb.conſilio. xvii.lib.2.Aegid.concl.lxxxix.ſententia. et Caſſad. deciſio.i.de præſump.in fi. Talis enim ſententia ob rei iudicatæ calorem ex ſeipſa, etiam abſque alio proceſſu ſe iuſtificat : ut dicit Aegid.d. concluſi.lxxxix.et ponit Ang.in.l.i.C.de relat.et.l.fi.C.quando appel.ſit.et Alex.in.l.fin.ff.eod.tit.Bal.in.l.fin.C.de ordi iud.ponit Rot.ccci.ſi petatur.in no.et aliàs diximus.

28 Bonum inſuper fuerit uidere, nunquid ſententia huiuſmodi quæ impugnatur,ſit recens,uel antiqua,puta triginta,uel quadraginta annorum,iuxta tex.in c.ſi quis per triginta.ſi de feudo fuerit controuerſia.et.c.peruenit.extra de emptione et uenditione,

ſuper

ſuper quo uidelicet quando ſententia dicatur antiqua, arbitrio iudicantis ſtandum fuerit:ut uoluit Anton.de Butr. in cap. illud de præſump.quem ſecutus eſt Alex.conſ.lxxix. circa primum. col.4.uerſi.fortificatur,lib.1.& conſil.4.columna.vi. libro.ij. & conſil.ix.uiſo columna fin.lib.3.& conſil.xvij.uiſo. colum.2.in prin.lib.4.ponunt doctores in c.de cauſis.de off.dele. Pro huiuſmodi namque ſententia antiqua,& quod rite & recte lata fuerit, præſumi ſolet, maxime quando ſubſtantialia in eadem ſententia,uel alia parte proceſſus,enunciantur:hoc enim caſu enunciatio huiuſmodi talia interueniſſe probat, ut declarat Baldus.in.l. emancipatione.C.de fide inſtrum.& Curt.iuni.conſil.lxxvii. & Felin.poſt alios in c.ſicuti.nu.32.de re iud.& in.c.quoniam contra.col.xv.de probatio.& Abb.conſi.xvii.col.3. lib.ij. & Deci, conſil.xlij.colum.vj.& conſil.cccxlj.uiſo.colum.vi. circa fin. & conſil.ccclxxxv.iuridicam,col.j.& conſil.ccccix.uiſo,in princip. &.dlviij.in cauſa.col.2.uerſi.non obſtat.lib.4.& cõſi.dcxxxvij. ij.col.Et præmiſſa tenet Rot.ut optime ponit Caſſad.deciſ.iij.de proc.& Saruienſis in compend.utriuſ.ſignat.ſuper reg.de nõ iudicando.fol.85.num.73.ſuper quo uide Alex. conſil.cxviii.Põderatis.col.ij.in fi.lib.vi.& conſ.clxxix.uiſis.col.pen.li.vij.Regulariter namque ex temporis diuturnitate præſumitur ꝙ ſolennitas extrinſeca etiã adhibita fuerit,per Bar.& alios in.l.qui alien. in princ.uers.ſed & ſi non adierit.& ibi Ang.ff.de acquiren. hæredit.& eſt communis opinio doctorum:ut aſſerit Alexan.in.l. ſciendum.col.v.uerſic.item fallit,ſecundum Ange.ff. de uerbor. oblig.prout etiam refert & ſequitur Dec.conſil.ccxxij. Diuino, colum.3.uers.4.prædicto.lib.ij.& dicto conſil.ccccix.col.j.

29 Ratione ipſiſmet oppoſitionis obijciens nullitatem audiendus nõ erit: ſi oppoſito peccauerit in forma,uel in materia: peccabit aũt in forma oppoſitio,ſi nullitas inepte in iudicio proponetur:quia in iudicio deduci debet per unũ ex illis modis,de quibus ſupra diximus ſub rubr.qualit.nullit.in iud.deduc. Nullitas etiam ſimpliciter & indiſtincte, ac nulla expreſſa cauſa in iudicio deducta,dicetur in formis,& informiter propoſita: ideo per ſimilem generalẽ & informem nullitatis propoſitionẽ,curſus,& expeditio cauſæ retardari non debebit:ut eſt de mente,Innocen. in.c.cum Bertoldus.circa fin.de re iud.& Bald.in.l. in teſtamento.in princip.ff.de execut.tutor.& in.l. tale pactum.§. qui prouocauit.quæſt.xv.ff.de pact.et Franc.in.c.dilecto,quæſtio.xiii.

de appel.et Lanſ.de Oria.in.c.quoniam contra.in.§.interlocutoriæ.nu.37.de prob.Et eſt deciſio.dominorũ de Rot.deciſ.cxlv. nota quòd intentans.et deciſ. dccxlix. nota quòd ſi principalis. in antiqu. Nam cum nullitatis plures plures ſint ſpecies,id eſt ex pluribus et diuerſis cauſis oriri posſit,non generaliter,ſed ſpeciſice proponenda eſt : ut dici conſueuit de exceptione ſimulationis:ut per Bald.in.l.ab Anaſtaſio.in fi.C. mand. cum aliјs addit. per.d.Alex.conſil.cxi.uiſo ſuperiuri.col.j.lib.3.& Dec.in conſi. cccclxiii.in cauſa.col.ii.uerſi.his ſtantibus,lib.4.et cõſi. dcxlviij.

30 Pro reſolutione.in fin.lib.v.Nam regulare eſt, quòd exceptiones,proteſtationes,et ſimilia, generaliter et cauſa non expreſſa, propoſitæ non leuent,nec iudicium impediant:ut uol. Bartol.in l.j.ff.de except.& facit text.in.l.ſcire oportet.§.ſcire.ff. de excuſ. tuto.quem in propoſito adducit Alexand.conſi.clxxxi.in cauſa.poſt princip.lib.vi.et facit text.in.l.i.C.de præd. curial. lib.x. quem tex.allegat Bal.ad propoſitum in.l.fi.colum.vi. uerſicu.et nota hic.C.de edict.diui Adr.tollen.extat conclu.Aegid.dlxvij. Generalis exceptio de ſubreptione non ualet &c. late ponit Felin.in.c.paſtoralis.ubi gloſſ.& doctores,colum..4.in princip. de except.& Ang.ſuper rubr col.xx.uerſ.ſecundo circa hoc.inſtit. de except.et facit text.in.c.conſuluit.et ibi ſcrib.de app.

31 Oppoſitio autem peccabit in materia: puta ſi nullitas allegata for e calumnioſa,uel altiorem requirens indaginem, aut leuis præiudicij foret iſtis nanque caſibus bonus iudex omnibus bene penſatis,reſeruato iure agendi ipſi opponenti ed ulteriora procedet.argumen.text.in.l.ii.C.de fal.et.c.ſciſcitata.de integ. reſtit.

32 Nam ubicunque iudex malitiam in excipiente concipit, de eiuſdem confectis exceptionibus,ſeu appellationibus parum curare debet:q̃m non probata illarum ueritate corruunt, ac nullũ iuris effectum operantur:ut uoluit Innoc.in.c. poſt electionem. in fin.de conceſſ.præb. quę ad hoc pro notabili adducit Panor. in.c.ſuper eod.de appel.et.c.de cætero.de re iud.&.c.conſtitutus col.2.uerſi.eſt tertium remediũ. de fideiuſſ. cum aliis, de quibus per Alexand.conſi.lxv.habita.col.iii.uerſi.fortificantur.libro.i. &.d.Iaſ.in.l.4.§.condemnatum. col.iii. uerſi. adde quòd pro iſta &c.ff.de re iud.Et regulare eſt quod executio, ſeu cauſæ proceſſus non retardetur,ſi nullitas allegetur : quæ altiorem indaginẽ repoſcat:ut uoluit Bar.in.l.3.§.condemnatum.ff. de re iudic. per tex.in.l.fi.in fi.C. de ord.cog.et eſt communis ſententia docto-

rum

rum ſecundum Alex.in conſi.xxxiii.uiſo.in fi.lib.i.et Iaſ.in.d.§. condemnatum.col.j.uerſ.ſecundo nota.et alias diximus.

33 Ratione illius contra quē nullitas obiicitur non peocedet obiectio:ut finge quòd legatarius agat ex teſtamento ad legatum: et obiiciatur ſibi teſtamentum huiuſmodi eſſe nullū: et ꝙ ita declaratū fuerit contra alios legatarios: quæritur an iſta nullitatis oppoſitio obſtet legatario agere uoluerit? Et reſpondet tex.in.l. j.ff.de except.rei iud.ꝙ nō: quinimo ex tali teſtamēto,etiā quod irritū et nō ſolenne prætendatur,legatarius ipſe donec in iudicio nullitatis fuerit ſuperatus,agere poterit:et ita communiter cōſueuit intelligi ille tex.prout eſt glo.in.l.Papini.in.§.ſi ex cauſa. in uerb.non ualeant.ff.de inoff.teſtam.Et idem dicendū erit de quocunque alio actu declarato nullo inter alias perſonas: dummodo non ſit ſuperatus ille,de cuius principali intereſſe agitur, per regu.ꝙ res inter alios actæ aliis nō præiudicanr:ut declarāt doc. in.l.ex cōtractu.&.l.ſæpe.ff.de re iud.declar.Alex.conſi cxxvi. in cauſa.col.j.uerſ.nec obſtat.lib.ii. et faciūt ea quæ poſuit idē in conſ.clvi.ſtantibus.lib.ii.et conſi.xxx.uiſis,col.ii.in fin.lib.vi.

Vel ponas exemplum iuxta terminos.l.non eo minus.C. de procur.ubi ratione perſonæ pupilli, ſeu minoris, ſi actus geſtus utilitatem et commodum ipſorum concernet,quod ſit nullus et inualidus obiici non poteſt:de quo ſatis ſupra uidimus ſub rubr. de nullitate ex defectu inhab.ſeu mand.comp.

Ratione iudicis obiectio nullitatis forſan euitabitur, oſtendendo cognitionem huiuſmodi ad talem iudicem non ſpectare, nec ſuper articulo nullitatis illum iudicem fore competentem: prout late ſupra uidimus: ſub rub.quis dica.iud.compe. in cauſ. nullit.Ex his igitur aut ſimilibus modis, obiiciens nullitates aliquando fortaſſe à iudicio excludi poterit.

TERTIO principaliter, ſi aduerſarius per aliquem ex modis ſupradictis à iudicio excludi non poterit, ſed in obiectionibus ſuis omnino fuerit audiendus: imprimis conſiderandum erit,quæ ſpecies nullitatis in iudicio proponatur, et unde proueniat,ac totis uiribus laborandum nunquid ab ea ſententia & proceſſus defendi ac tueri posſint:et hic patronus cauſæ omnia experiri et uiriliter contendere debebit.

Exempli gratia, pone quòd nullitas oppoſita ex defectu poteſtatis iudicantis prouenire prætendatur: imprimis conſiderabitur modus, et cauſa ipſius defectus et prætenſæ nullitatis:

34 Nam aliquando dicitur eum.qui ius dicit, nullum funditus habuiſſe iuriſdictionem,ſed hominem mere priuatim extitiſſe:aliquando etſi de aliquo poteſtate ſibi tradita conſtiterit: dici conſueuit illã fuiſſe inualidam et inefficacem ex defectu concedentis,uel perſonæ illius,cui cõcedebatur,aut ratione cauſæ, ſeu rei quæ cõmittebatur, uel ratione formæ,ſeu alias prætenditur illũ, qui protulit ſententiã,nullã habuiſſe iuriſdictionẽ.Aliquãdo uero & ſi in totũ iuriſdictio non negetur:dicitur tamen ꝙ in cauſa et negotio huiuſmodi iudex fuerit incompetens,uel ratione loci,aut cauſæ ſeu rei,uel temporis . aut perſonarum : prout ſupra ſub rubric.de nullitat.ex defect.iurisdict.plene tractauimus.

Quando igitur in totum iurisdictio et poteſtas iudicantis negatur,et de illa ex proceſſu nullo modo conſtat:nec apparet aliqua ſuper ea facta pronunciatio, minusque temporis diuturnitas,uel authoritas rei iudicatæ ſuffragatur:ſi de ordinario iudice
35 tractabitur,et in eo loco,ſeu tribunali,ob locorũ uicinitatẽ, ſeu alias,notoriũ ſit,quòd ille,qui ſententiã protulit,tẽpore prolationis,pro tali ſe publice gerebat,et communiter reputabatur:obiiciens nullitatẽ ac defectum poteſtatis iudicis,quaſi calumnioſus, repellendus erit:et tali caſu, cũ iuriſdictio iudicantis ex ſe ſit patens et notoria,aliter probanda non erit:ut docet Bal. in iſtis terminis.in.l.ea quidem.col.3.uerſ.notorium uero facti.C.de accuſa.et.l.2.col.xi,C.de ſeruit.et aq.et clarius in.l.i.in fi.C.qui et ad uerſ.quos.et in.l.ſi quis per calumniam.uerſ.deinde quæro.C.de epiſc.et cler,et alibi ſæpe ubi dicit de ordinaria iuriſdictione nõ eſſe fidem faciendam, ſed quaſi poſſeſsionem ſufficere.

36 Sed ſi talis iurisdictio et poteſtas in loco iudicii,puta ob longinquitatẽ,ac locorum diuerſitatẽ, uel temporis diuturnitatem, ſeu alias non fuerit notoria: tunc erit uidendũ nunquid aduerſarius per aliquem actum poſitiuum in talem iudicẽ conſenſerit: puta aliquas exceptiones contra perſonã agentis proponendo, uel litem curam illo ſuſtinendo,ac conteſtando:his nanque caſibus attento partis conſenſu.et quòd pro fundamẽto iuriſdictionis ordinariæ regulariter præſumitur,talis habebitur pro iudice:et aduerſario contrarium aſſerenti incumbet onus probandi, ſecundum theoricam Innoc.in.c.cum in iure.de off.deleg.et hoc ibi ponunt doct.et in.c.fina. de eo qui furt.ordi.ſuſce.tenet Bal. in.l.geſta. uerſ. quæro nunquid pro actis præſumatur. C.de re iud.& Archid.in.c.nobilisſimus.in uerb.oſtendat autem xcvii. diſt.

diſt.& declarat Abb.in.c.ſicut nobis.col.ſi.in princip. de re iud. Nam ſemel in aliquo officio approbatus, non debet amplius re probari,per reg.quod ſemel placuit.de reg.iur.& notat Bart.in.l. Pompon.la prima,colum.iiii.ff.de nego.geſt. & ponunt Innoc. Abb. & Fel. Decius, ac alii in.c. cum uenerabilis, de except.& idem Dec.conſil.dclxv.ad dubium poſt princ.lib.v.

37 Si uero proceſſus & ſententia in contumaciam aduerſarii confecti & fabricati fuerint, adeo quod nullus partis aduerſæ tacitus, uel expreſſus poſſit conſenſus allegari: & iuriſdictio quæ negatur non fuerit notoria, ex quo ius dicens tanquam iudex de iure communi ordinarius ſententiam protulit: ac intentio iudicantis de communi iure ſit fundata.&(prout diximus) pro iuriſdictione ordinaria præſumendũ ſit:talis negatio iuriſdictionẽ dubiam non reddet quinimo exceptio negantis eã legitime probari debebit:ut uoluit Rot.deciſ.cccxxvii.ſi cõtra petẽtẽ. in no.

38 Vel ſaltem ſatisfuerit illam probare per communem habitionem, nominationem,& reputationem: id eſt quòd perſona, quę ſententiam protulit,tunc communiter,& publice habebatur, tenebatur,& reputabatur pro iudice, uel conſtituto in tali dignitate:cui de iure annexa ſit iuriſdictio: & ſufficiet ad hoc ut geſta per eum ualeant.arg.l.barbarius.ff.de off.præt.&. l.ij. C. de ſenten. & eorum quæ ponit Innoc.in.c. nihil eſt. de elect. & ponit Specu.in tit.de probat.§.probare.colum.penult.& declarat Abba.poſt Innoc. & alios in dicto capitulo. cum in iure, columna fin.in princip.de off.delegat. & tenent domini de Rota.deciſio. xlvii.ualent acta.in.no.& deciſi.ccccxcix.ualent acta. in antiq. ita intellige Aegid.concluſio.cccc ij.inter priuatos.

Sufficiet ergo hoc caſu quaſi poſſeſsio iuriſdictione, uidelicet quòd ſic agebat,ſic reputabatur &c.argument.text.in.l.iii.ff. ad Maced.&.l.j.& ibi Bald.C.eo.tit.Et tenet Bald.in.d.l. ſi quis per calumn.ii.col.de epiſc.& cler.& Bart.in conſi. lxxxii. punctus quæſtionis.ubi etiam modum articulandi iſtam quaſi poſſeſsionem docet:& Fel.in.c.exceptionem.nu.37.de except. poſt Specu.in titu.de leg §.ſupereſt.colum.v.uerſic. quid ergo. & in tit.de iud.deleg.§.excipi.colum.vii.uerſ. Item quia dixit &c. & Lap.alleg.lxxxix.in Dei nomine.circa medium.uerſic.item dicimus &c.& facit tex.in.c.ſi iudex.de ſenten.excõmu.in. vi.hãc enim quaſi poſſeſsionem, ipſum iudicantem à principio adeptũ fuiſſe: niſi prius literas ſuæ poteſtatis oſtendiſſet, præſumi non

debet argumen.text.in l.prima. C. de mandat.princip. & ponit Conſtitutio Bonif.8.quæ incipit, iniuncta. ſub titu. de elect. in extrauagan.de qua meminit Caſſad.deciſio.8. nume.5. de reſti-
39 tutio . ſpolia. Ex multis igitur geſtis publice, & cum pluribus perſonis,præſumitur habilitas in perſona.d.l.i. C. ad Maced. & declarat Ange.in.§.item ſi.colum.x.in princ.inſtit.de excep.pro ut etiam ex ipſa fama publica collatio dignitatis præſumetur.l. ſolennibus.C.de fid.inſtrum.quem tex.ad iſtud propoſitum adducit Paris de ſind.in uerſi.electio.§.in officiis.in princ.

40 . Iuriſdictionis autem quaſi poſſeſſio , altero non poſſidente, & præcedente titulo,uel altero poſſidente,ac ſciente, & patiente per alium exerceri, per unicum actum iuriſdictionalem acquiri tur, ſecundum Innocen.& alios in.c.dilecti.de capel.mo. & late per Feli.in.c.auditis.colum.8.uerſi.præſcribens. de præſcrip. & Dec.conſil.cclxxi. diuino.cclum penult.in.ii.conſil.lib.ii.& ponit Specu.in titu.de iuriſdict.omnium iudicum.column.penult-uerſic.illud.etiã nota quòd poſſeſſio.& Bart.in l.i.§.ſi quis.ff.d. iti.& actu.priua.& Alexand.conſi xcvi.in cauſa.colum.3.nume 13.& conſi.94.colum.3.lib.v.& conſi lxviii.col.pen. lib.2. ubi. declarãt hoc intelligi debere quoad ſpeciem illius iuriſdictionis, cuius erat actus,quem exercuit:et facit id quod ponit idem Deci.conſil.cxxvi.diuino.col.2.in princ.lib.j.declarant modern.in tracta.præſcrip.in.2.quæſtio.ſecundæ partis principalis.colum.. penult.& Rot deciſio.ccccxv.fuit dubitatum. colum.ii. no. per bannimenta etiam probatur quaſi poſſeſſio iuriſd. etiam quòd non conſtet illis fuiſſe paritnm, ſecundum gald.in marg.in uer. poſſeſſio refert.& ſeq.deciſ.Neap.ut per Cap.Deci.xxvii.nume. 30.& ad præmiſſa uide etiam in deciſ.lvii.

41 Conſtito itaque ſemel de huiuſmodi quaſi poſſeſſione iuriſdictione iudicis ordinarii,ad inualidandum acta & proceſſus ab eo factos.aliqaid opponi contra ipſum non poterit,quod impotentiam facti,uel iuris concernat,ut puta quòd fuerit ſeruus criminoſus,infamis,hæreticus,excommunicatus,uel alias ad iudicandum inhabilis.quia acta per eum facta nihilominus ualebũt, non ex merito uitæ,ſed de offici publici (in quo toleratur) poteſtate:ut uoluit gl.in.c.i.in fi.3.q.vii.& Hoſtien.in ſum. de offi. ord.§.quis poſſit eſſe.in fi.& Spec.in tit. de iud.delega.§. excipi poteſt.uerſi.item quòd criminoſus & in tit.de off.ord.§.fin.& facit tex.in.c.fi.iii.fi.4.q.vii.&.d.l. Barbarius.ubi Bal.col.ix.&.l.ſi

arbi-

arbiter.C.de ſent.cum ſimil. Et de proceſſu facto coram iudice ordinario etiam. publice excommunicato quòd teneat eſt deciſ. Rot.decis.24.nota quòd proceſſus, ſub titu. de off. ord.in anti. et eſt communis ſententia doctorum, uidelicet quod tales exceptiones cõtra iudicem ordinarium in officio toleratum ad acta et proceſſus inualidandos opinio non posſint.prout aſſerit Feli. in.c.ſciſcitatus.col.2.de reſcript.et declarat Lanfr.in.c. quoniam contra.in.§.interlocutoriæ.in princ.extra de prob.

42. Si autem tractabitur de proceſſu et ſententia iudicis de legati,et nullo modo de poteſtate ſeu delegatione ipſius conſtiterit, nec per teſtes,aut partium confesſiones probari: neque de facili ad delegantẽ; qui hoc declaret,posſit haberi recurſus: prout hos modos probandi ponit et declarat Spec.in tit.de probatio.§.uidendum reſtat.poſt princ.et in tit.de leg.§. ſupereſt. uerſ. quid ſi delegati iuriſdictionem,et Hoſtien.in ſumma de recuſatio.§.fin. col.pen.uerſ.quid de auditoribus, et gl.in uerb.ſine reprehenſione.in.c.cum olim.et ibi Abb.in fi.de priuil.et ponunt doct.in.d. c.cum in iure.de off.deleg.uel etiam ſi ſententia aliqua parte præſente et non reclamante prolata,aut temporis diuturnitas,uel ſuper iuriſdictione et competentia facta pronunciatio, non ſuffragabantur: prout diximus ſupra loquendo de ordinario, ſi hæc omnia defuerint.

43. Imprimis attendenda erit perſona ipſius delegati: quoniam ſi de maioribus iudicibus, ac grauis et illuſtris perſona, puta Cardinalis, ſeu alias magnus officialis Papæ, uel principis foret: illi aſſerenti ſe habuiſſe iuriſdictionem, crederetur etiam in tertii præiudicium,capitulo nobilisſimus.xcvii. diſtin.quem textum, ita intelligi debere declarat Rota deciſione. dccxiii. nota quòd non creditur in antiq.et tenet Specu. in titu. de teſte .§.reſtat.col.3.uerſ.decimonono creditur Cardinali etc. et in titul.de leg.§.ſupereeſt.columna.4. uers. quidam tamen dicunt, et Io.And.in capitulo.i.de off.dele.in,vi.quem in propoſito adducit Pau.de caſt.in.l.uni.C.de mand.princip. et tenet Abb. in.ca. quoad translationem.in fin. de off. deleg.Lanf.in capitulo quoniam contra. in uer. teſtium. uerſ. ulterius dubitatur. numero. 75.et Feli.plura ponit in capitulo cum in iure. columna penultima uerſicu.præſumitur commisſio. de offic. deleg. & Aegid. concluſi.clxxxiii.Aſſertioni.et Alexand.conſi.cvi. colum.pen. num.19.lib.ii.ac ita ſtylus et conſuetudo obſeruat, inquit Lap-

allega.xxxiii.an frater minor.uerſ.an credatur &c.col.fin.

Sed ſi perſona delegati non eſſet talis,cui ob dignitatem, ſeu aliam præminentiam uel grauitatem credendum foret: tunc ſi delegatio,& mandatum iurisdictionale expreſſe probari nō po terunt,ad probationem tacitam ſeu præſumptā recurrendū erit, uidelicet probando per teſtes quòd ille talis,qui,tanquam delegatus ſententiā protulit,publice & notorie,ac ſciente & patiente ipſo delegante,uel illo,qui ipſum delegare poterat procesſit, et
44 ſententiam protulit:ex tali namque ſcientia,et tolerantia, præſumpta delegatio reſultat, et præſumitur mandatum ſuperioris præceſſiſſe.arg.l.i.§.magiſtrum.et ibi hoc firmat Paul. de caſtr. ff.de exercit.l.fina.l.fina.ff.quod cum eo.tenet Bald.poſt But. et alios in.l.ii.uerſi.modo dixit.C,de ſenten.eſt deci.Neap.cccviii. Franciſcus.col.4.uers.3.ad idē & Alex.in cōs.84. ſuper lib.v.et cōſi.138.nume.9.uolu.i.et in terminis cons.clvii. uiſo inſtrum. col.3.lib.ii.et facit etiam quod ponit cons. xvi. in cauſa. col.v. lib.v.Dec.conſ.126.diuino.in ſi.et melius cōs.dcl.nu.12.tangit Fel.in.c.cū in iure.col.v.in prin.de off.delega.et Cornel.in cons.
45 cclxviii.in.4.uol. Scientia tamen ac tolerantia ipſius ſuperioris,ex quo eſt fundamentum intentionis,per eum,qui talia allegat,articulari et probari debebit:ut notat Bart.in.l.omnes. in fi. C.de agric.et cenſi.lib.xi.Et Ang.in auth.de eccle.tit.§. pen. et in.l.i.col.ii.C.de mili.ag.prout in propoſito concl.Deci. conſil. 437.quæritur. nu.3.lib.3.et cōſil.ccccxlv.in fi.et cons.dclxxii. quæritur.col.ii.nume.7. uerſ. tertio etiam reſponderi.lib.v.poſt Bald.in.d.l.2.uerſ.modo dixit Iacobus.C.de ſent.et Alex.d.con ſil.cxxxviii.oportune.in princ.uolu.i.et conſi. clxxix. in cauſa. col.ii.lib.vi.et deciſ.Neap.ut Capic.deciſ.lvii.in cauſa magnifici.

Vel recurrendum fuerit ad diſpoſitionem.l.barbarius.uidelicet quòd is,qui ſententiam protulit, communiter et publice ha
46 bebatur et reputabatur pro iudice: ad illumque tanquam talem ab hominibus habebatur recurſus:ut diximus ſupra. Nam diſpoſitio.d.l.Barbarius,etiam.in iudice delegato procedit,per tex. in .d.l.ii.C.de ſenten.et eſt communis opinio doctorum, prout aſſerit Felin.in.d.c.ſciſcitatus,colum.3. et in.c. cum dilecta, colum.2.uerſicu.lex.Barbarius,extra de reſcrip.

47 Et præmiſſa procedent etiam ſi aliquod mandatum iuriſdictionale appareret,quamuis impertinens,et minus ſufficiens foret,quia eodem ſuperiore, qui mandatum dedit ſciente, et patiente

tiente delegatum fines mandati excedere, uidetur quaſi de nouo ad id poteſtatem dare, & acta ac proceſſus ex huiuſmodi tacita, & præſumpta delegatione ſuſtinebuntur, pro quo uidetur text. in.c.cum olim,et ibi hoc ponit Feli.col.iij.uerſic. nota ibi,&c.de off.deleg.dum ponit concluſionem,quòd dominus ſciens,& patiens obligatur a procuratore mandatum excedente,et facit tex. in.c.fi. de iureiur. in.vi. cum aliis adductis per gloſſam finalem, in prin.in.d.c.cum olim,et Barto.in.l.fin.C.de excoc.et transla. milit.anno.et ſentit Rot.deciſi.428.ſi habens,in no. ponit Iaſ.in l.ſi procurator,uerſic.ſeptimo limita.C.de proc. & Alex.d.conſil.84.ſuper conſultatione,lib.v. et Deci. conſil.427. in princip. libro tertio,et hæc diximus quando de mandato, ſeu delegatione,ſaltim ad id ſe extendente,nullo modo conſtabit.

Si uero de mandato,ſeu delegatione conſtiterit,ſed impugnetur,ac prætendatur illam ineſſicacem.et inualidam, puta ratione ipſius delegantis,uidelicet,quòd nullibi conſtet, quòd ipſe fuerit iudex,ac poteſtatem talia delegandi habuerit, tunc poteſtas eiuſdem delegantis ſaltim per unum ex modis ſuprapoſitis probari
48 poterit,maxime per communem reputationem,et famam,quæ ſufficit ad probandum titulum ſaltim præſumptum in prædeceſſore,arg.eorum quæ diximus ſupra,et per ea quæ ponit Lap. allega.lxxxix.et Fel.n.in.c.illud, columna tertia, de præſum.& Caſſad.deciſi.ij.&.iij.de cauſ.poſſ.& proprie.

Et conſtito quòd delegans fuerit iudex, etiam ſi de minimis iudicibus fuiſſet,delegare potuerit,cum hoc ſit ſimplicis iuriſdictionis.l.imperium,ubi Bart.et doctores.ff. de iuriſd.om.iud.§. ſi uero,in authen.de exhib.reis. idem foret ſi probaretur, quòd ipſe delegans erat delegatus principis,uel proconſulis, aut legati de latere,ſiue ad uniuerſitatem cauſarum delegantis, uel fuerit delegatus a iudice ordinario cum expreſſa poteſtate ſubdelegandi,
49 prout quando committitur quòd quis per ſe, uel alium cauſam cognoſcat, ſiue probaretur conſuetudo generalis illius loci, ſeu prouinciæ,quòd iudices quicunque indifferenter cauſas delegare uel ſubdelegare conſueuerint: his nanque caſibus poteſtas delegandi, uel ſubdelegandi ſatis concludenter probaretur: prout præmiſſa ponit,et per multa iura comprobat Felin.poſt alios in cap.ſuper quæſtionum.§.ſi uero,de off.delega. et de quo legiſtæ in.l.quia,et.l.more.ff.de iuriſd.om.iud.et.l.a iudice.C. de iud.cle. iudices,de offic.delega.et Canoniſtæ in capitulo cum Bertoldus,

 de re

de re iud.& Franc.in.c.cum cauſam, de appe. cum ſimil. inſuper ſi delegatio,uel ſubdelegatio ſciente,& patiente primo delegante facta fuiſſet,ab eodem cenſeretur facta,uel ſaltim approbata, ut declarat Alex conſil.lxxxiiii.nu.2.lib.v.& diximus ſupra.

Sed ſi opponeretur quòd delegatio, uel ſubdelegatio non ualuerit ratione ipſius cauſæ delegate,puta ex eo,quòd cauſa huiuſmodi de iure non erat delegabilis,prout ſi fuiſſet meri,uel mixti imperii,iuxta tex.& not. per ſcribentes maxime.d.Alexã.in.l.i. ff.de off.eius cui mandat.eſt iuriſd.& Spe. in tit.de off.om.iud.§.
50 i.per tot replicari poterit,quòd hodie obiectio non procedit,ex quo etiam de iure ciuili omnia poſſunt demandari præter ultimum ſupplicium, & illud etiam ſi præſes abeſſe, uel impeditus eſſe cœperit,ut in.§.prohibentur.in authentic. de collat.& tradit Spe.in loco,de quo ſupra uerſ.ad huius autẽ articuli, &c. col.vi.

Et quòd de iure Canonum omnia cognoſcibilia, etiam quæ ſunt meri imperii (quicquid de iure ciuili ſit) delegabilia ſint.c. in archiepiſcopatu; ubi glo. & ſcrib.de rap. ponunt doctores in c.quod ſedes,ubi Abb.col.ii.& Felin.eadem colum.uerſic.datur alia regula,qui aſſerit hanc eſſe communem opinionem, de off. ord.et ponit Abbas in.c.paſtoralis, in.iii.notab.eod.tit. & tenet Rot.deciſ.ccccxvi.fuit dubitatum,in no. notans differentiam in hoc inter ius Canonicum,et Ciuile: & uere ita eſt cõmunis opinio,ut atteſtatur etiam d.Alexan.conſil.cvi.perſpectis,columna finali,uerſic.& hoc maxime libro ſecundo.

Si diceretur delegationem non ualuiſſe, ex eo quòd cauſa delegata ad forum delegantis non ſpectabat,iuxta tex.in.l.i.C.qui
51 pro ſua iuriſd.tunc replicabitur,ſi cauſa huiuſmodi ad forum delegantis ſpectauerit,necne pertinuiſſe ad cognitionem,& forum ipſius ſubdelegati,ad quem pertinet exceptiones,per quas negatur delegantem habuiſſe iuriſdictionem,admittere, uel repellere. c.ſi a ſubdelegato,de off.deleg.lib.vi.& ibi glo.in uerb. aliis caſibus,& ibidem Ioan.And.et Spec.ac Ioan.And.in addit.in uerb. cognoſcet.in.§.ſi.uerſic.ſed quis cognoſcet.col.v.de iud. delega. de quo ponit Abbas in.c.cum te conſulente,in fin. de off.deleg. & Felin.in.c.ſuper literis,columna finali, de reſcrip.& propterea
52 cum non fuerit coram eo exceptum,quòd ſaltim ratione dubii, et incerti euentus,ipſe remanſit iudex, ut inquit Spec. in loco de quo ſupra,et facit tex,in.l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.c.ſignificantibus,de off.delegat. & eſt gloſſ.in.l.ſecunda, in uerb. ſciant.ff.ſi quis

quis in ius uoc.&c.Nam uidemus,quòd quis cognoſcere cõſueuit an ſua ſit iuriſdictio,ut ĩ dictis iuribus,et latiſſime ponit Angelus in.§.præterea,col.x. uerſic.quæro opponitur quòd eſt iudex incompetens,&c.inſtit.de excep.& Anto.Corſet.in lib.ſingulariũ,in uerb.iuriſdictio.ut ponũt regulã cum ſuis fallentijs.

Si uero diceretur delegationem non ualuiſſe, ex quo delegatus de iuriſdictione delegantis non erat: prout requiri uidetur
53 per tex.in.l.unica.C.qui pro ſua iuriſd. Reſponde iſtud non eſſe de ſubſtantia delegationis,ſed dũtaxat requiri ad effectum,quòd delegatus cogi ad delegationem acceptandam, & exequendam poſſit. Nam delegatio in perſonam etiam non ſubditam facta ualet,quamuis inuitus ad id munus cogi non poſſit,prout declarant doct.in.d.l.unic.& Ioan.And.in Spec. de iud.deleg. in.§.iã nunc.in princ.in uerb.cauſarum,& Abb.poſt alios in.c.paſtoralis.ii.colum.uerſi.quarto nota.de off.ord.& eſt glo. ordinaria in l.eum qui in uerb.magiſtratum.ff.de iuriſd.om.iud.

Sed ſi delegatio impugnaretur ratione perſonæ ipſius delegati,puta quòd diceretur ſeruum,monachum,infamem,ſeu alias iuriſdictionis incapacem extitiſſe,iuxta tex.in.l.cum prætor.§.fina.ff.de iud.& capitulo tria ſunt.iii.quæſtio.vii.Reſponde quòd proceſſus,& ſententiæ per iudicem,qui patiebatur defectum ſuæ poteſtatis impeditiuum latæ,ſi non fuit oppoſitum,ipſo iure teneat,iuxta communem opinionem ſcribentiũ,de qua poſt alios atteſtatur Fel.aſſerens hoc etiam procedere in delegato,in capit. ſciſcitaris,col.iij.uerſi.ualet proceſſus,extra de reſcript.dummodo tales defectus a iure naturæ non proueniant,uel quem fundi tus inhabilem et incapacem reddant,ut de furioſo,muto, ſurdo, impubere,& ſimilibus alias diximus,& declarant ibi Feli.& Ange.in.l.ſi.C.de except.& Roma.in rub.de arb.colum.viij.

55 Inſuper ante ſententiam ſaltim declaratoriam quis non debet reputari,neque dici infamis,crimino ſus,excommunicatus,uel ſimilis,ut declarat Dec. in conſil.822. in cauſa electionis,nu.13. & ponunt doc.in.c.ad probandum,per illum tex. de re iud.&.c. intelleximus,de iud.Bar.& Bal.in l.ii.C.de ſent.Abb.in.c.fraternitatis,in.vi.col.de teſt.poſt glo.in ſumma.xxiiij.q.i. & alias diximus.Et propterea antequam quis publice pro tali.ſ. inhabili, & incapaci habeatur, quæ facta ſunt, ratione officij utilitate, & authoritate publici,propter communem errorem, & publicam utilitatem ſuſtinebuntur.d.l.barbarius.ff.de off.præſi.cum ſimil.

c 3 56 Eſt

56 Eſt etiam aduertendum quoniam ſimiles exceptiones, uidelicet talis delegatus, uel etiam impetrator erat infamis, criminoſus, &c. non faciunt, quòd literæ, ſeu mandatum iuriſdictionale non ualeat, quamuis forſan ipſum delegantem a concedendo, ſi talia ſciuiſſet, retraxiſſent, ut inquit Spec. in tit. de excep. §. nunc uidendum, col. pen. uerſic. ſed nunquid, de quo per Inno. in c. ſuper literis, de reſcrip. et in c. cum ſuper, de off. dele. ponit Lanf. in c. quoniam contra, in. §. interlocutoriæ, poſt prin. extra de prob.

57 Debent etiam tales, ac ſimiles exceptiones, quæ contra perſonam iudicis, uel comparentium proponuntur, ante litem conteſtatam opponi, ex quo declaratoriæ ſunt, ac litiſconteſtatio ſit finis, & terminus talia opponendi. l. cum apertisſimi. C. de iud. l. iii. C. de iuriſd. om. iudi. l. ita demum. C. de proc. l. Pomponius. §. rati. ff. eod. c. ſi quis. §. exceptio. iii. q. vi. Niſi forēt tales exceptio-
58 nes, quæ iudicium retro actum redderent ipſo iure nullum, quoniam iſtæ quandocunque, etiam poſt ſentētiam, opponi poſſent, cum ſemper in principio eſſe, et nihil fuiſſe factū uideatur, prout eſt quando in totum negatur iuriſdictio, et adducitur cauſa penitus eradicans ut puta quòd ipſe aſſertus iudex fuit uir priuatus, & abſque aliqua poteſtate, uel totaliter incompetens, ut ſunt iudices ſeculares ratione clericorum, uel quòd patiebatur aliquē naturæ defectum totaliter iuriſdictionem impedientem, ſeu quòd literæ delegationis fuerunt falſæ, aut impetratæ pro publice excommunicato, uel quòd eſſemus in actu, cui a principio lex omnino reſiſtebat, et omnem potentiam aliter faciendi remouebat, ſecundum Bald. in l. fi. nu. 7. C. ad ſenatuſ. Mace. his etenim caſibus ſi exceptio oppoſita, ac etiam per interlocutoriam, quæ in rem tranſiuiſſet iudicatam, a iudice expreſſe repulſa foret, nihilominus adhuc etiam poſt diffinitiuam, de ea in cauſa appellationis, quæri poterit, ut eſt tex. in c. licet, et ibi gloſſ. in uerb. reddēs, de appella. in vi. Bald. in l. ii. ff. ſi quis in ius uo. Alex. in l. i. §. ſublata ff. ad Trebel. ponit Felin. poſt alios in c. inter monaſterium, col. vi. uerſic. decima declaratio. de re iud. Bartol. et alii in l. licet C. de procur. & Canoniſtæ in c. in noſtra, extra eod. tit.

In reliquis autem fruſtra opponetur exceptio quoad iudiciū retrofactum, et ſententiam latam annullandam, quia etiam quòd exceptio eſſet uera, et probaretur, per hoc non releuat probantem, cum ſententia ex hoc non inualidetur.

Et ſequendo ordinem ſupraſcriptum pone quòd iuriſdictio, & delega-

& delegatio impugnentur ſub prætextu quòd literæ, ſuper hoc emanatæ fuerint ſubreptitiæ,et obreptitiæ, et nullam propterea uideantur attribuiſſe poteſtatem,iuxta tex. in cap.tua nobis, de off.uic.talis excep.non releuabit,nec reddet proceſſum retro nul
59 lum,ex quo literæ, ſeu reſcripta ad lites (ſi modo aduocatoria non ſint) etiam quòd eſſent ſubreptitia, & obreptitia, non ipſo iure nulla,ſed ope exceptionis elidenda ſunt: & propterea proceſſum illorum uigore facti reputantur ualidi c. ſi autem.c. plerunque.c.cæterum.c.ad audientiam,el.ij. ubi late per gloſſ.& doctores de reſcrip.ponit Hoſtien.in ſumma eod.ti.§.quæ poſſunt obijci.col.viii.uerſi.ſed nunquid proceſſus,& eandem concluſionem tenet Rot.ut per Aegid.concluſio.cccclxxxv.proceſſus,et Bisſignet.deciſio.xiii.utrum ſi ſit,in tit.de reſcript. & Caſſad.deciſio.i.eod.tit.late per Fel.in.c.ſuper literis,&.d.c.ad audientiam. Et nota quia caſu quo eſſemus in aduocatione, ſi cauſa uni commiſſa,alteri in eo ſtatu, quo erat coram primo, committeretur, commisſio ualeret, licet ſtatus illius aliter non exprimeretur: nam ex actis,& proceſſu incōtinenti de illius ſtatu apparere poterit,& ſatis conſtat de mente committentis alteri, quòd uoluit eam reuocare a primo,ut uoluit Innocen. & ibi declarat Fel.col. ii.in prin.in.c.ex literis,de off.delega.& tenet Rot. deciſio.383. nota quòd licet cauſa.in antiq.& deci.214.ſi cauſa.iuncta deciſi. 67.ſi petatur, cum ſua add. quæ iſtud declarat in no. maxime ſi apponeretur illa clauſula ſolita,uidelicet (ſtatum, et merita cauſæ pro ſufficienter expresſis habent,ut.d.deciſio.214. quia talis clauſula habet uim ſpecificæ mentionis,ut uoluit Ang.per illum text.in.l.omnes.C. de quand.præſ.et extat conſilium d. Ant.de But.conſi.ii.quòd hodie obſeruatur in Rot.quicquid teneant doctō.in contrarium,prout atteſtatur Caſſad.ſuper reg.de triennali,deci.x.nu.2.& atteſtatur idem Saruen.ibidem.q.xvii.in fin.& idem Caſſad.deciſio.38.numero.3.ſuper eiſdem regulis,et Deci. conſil.cccxli.uiſo.in princip.& conſil.clxv.uiſo,colum.i.quamuis clauſula huiuſmodi intentionis defectum non tollat,ſecundū ea quæ uoluit Paris in conſil.74.gratia,lib.4.

Si uero impugnaretur proceſſus ſub prętextu quòd forma reſcripti, ſeu delegationis non fuerit ſeruata, iuxta terminos capit. cum dilecta,de reſcrip.c.cum uenerabilis,de off.deleg.cum ſimil. erit primo diligenter conſiderandum, nunquid per illam forma aliqua præter iuris communis diſpoſitionem inducta fuerit, ſuper

per quo uidebis ea quæ opportune poſuit Fel. in.d.c.cũ dilecta,
60 col.v.uerſi.primum ſignum, idem tractat de ſignis formam de notantibus.Et præſuppoſito quòd formam indixerint, uidebitur nunquid talis forma publicum,uel potius merum fauorẽ ipſarum partium concernat,prout in huiuſmodi reſcriptis de iuſtitia plerunque contingere ſolet. Nam ſi partium fauorem principaliter concernet,& iudex procedendo illam de expreſſo, uel ſaltẽ tacito,dictarum partium conſenſu,non ſeruauerit,ut eſt quando neutra pars exceſſui contradicit,proceſſus erit ualidus, & imputabitur parti, quæ ſi diſplicebat, proceſſui contradicere debuit, pro quo facit tex.in cle.ſæpe,in uerb.non contradicentibus, circa fin.& hoc uidetur ſenſiſſe Inno.in.c.prudentiam, & clarius firmat Panor.in.c.ſuper quæſtionum.§.uerum, col.ii.uerſicu.nota hoc dictum,& in c.quoniam.§.is autem, in.ij.notab.de off.dele. & idem tenet Fel.in.d.c.cum dilecta,col.xi.uerſi. limita.hæc, & in.c.cum olim,col.iii.uerſi. nota quòd iudex poteſt excedere fines mandati,ſi partes non contradicunt,&c.de off. delegat.& de quo per Alex.in.l.ius publicum.ff.de pact.idcirco quãdo iudex excedit,neceſſaria eſt contradictio,ne pars tacendo uideatur con
61 ſentire,ex quo in actis iudicialibus paria ſunt partẽ expreſſe conſentire,uel præſentem eſſe,et non contradicere, ut uoluit Bartol. in.l.i.C.de relat.& in.l.ne in arbitris,in fi.C. de arb. & Bald.in.l. Emancipatione.C.de fide inſtr.& ponit Fel.pro reg.in.c.cum in iure,col.iiij.uerſi.ſecunda concluſio,de off.delega. & benefaciunt quæ ponit Alex.conſi.xxxi.habita,col.ij.in princ.lib.vij.

62 Quinimo nedum exceſſui contradicendum, ſed ab huiuſmodi proceſſu appellandum eſt, ut inquit Panor.in.d.c. ſuper quæſtionum,& in.c.cum olim Abb.in.iii.not.de off.deleg. & ſi non appellaretur,iudiciũ,& proceſſus ualeret, quoniam regulare eſt, ut quis excipiat,& ſi exceptio non admittitur, quòd a non admiſſione,& reiectione,ſeu proceſſu ad ulteriora appelletur. Et tunc per huiuſmodi appellationem ſuſpenditur iuriſdictio,& impeditur iudex ne ulterius progredi poſſit,& ſi progreditur,nulliter facit,ut declarat idem Abb.in.c.ex parte,el.ij.col.i.de appell. Bar.in.l.ſi a procedente.C.de dilat.Fel.in.c. Eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xi.uerſi.nec excuſatur,extra de conſtit. idem ponit Hoſtien.in ſumma,de reſcrip.in.§.quæ poſſunt obiici,col.ix. uerſic. ita ſimplex ſum,in fi. Simplex igitur proteſtatio ad reddendum proceſſum nullum non ſufficeret.

63 Poſſes

3 Poſſes etiam ad ſaluandum proceſſum ab iſta obiectione de forma mandati non ſeruata recurrere ad ea, quæ ponit Iaſ. poſt alios in.l.ſi procurator.C.de procu.ponens quot modis mandatum excedi poſſit,& ad ea quæ ponit idem Fel. in dicto capitulo cum dilecta.columna.cvi.uerſiculo limita regulam,ubi notabiliter ponit octo fallentias ad illum tex. ex quibus aliquæ fortasſis inſeruient propoſito tuo,& ad ea quæ ſupra diximus de iudice delegato excedente formam mandati ſciente, et patiente ipſo delegante,& uide Alex.conſi.ij.uiſis,in princip.lib.ij. ubi ponit ſatis eſſe adimplere formam mandati per æquipollens, & idē ponit.xc.conſi. in fin.lib.iii. Memor etiam fueris quòd Inno.in d.c.prudentia,in uerſic.excommunicari, dixit quòd ubicunque in reſcripto apponitur clauſula concernens inſtructionem circa merita cauſæ,quæ alias intelligebatur,non cenſetur inducta noua forma mandati,item ſi mandatur aliquid fieri ſub conditione etiam non extante conditione,tenet quod fit, dummodo partes non contradicant,& quoad primum dictum refert,& commendat Abbas in capitulo fina.colum.penul.uerſicu.uenio,extra de præſump.Et uide Bald.in.l.præſcriptione,colum.iij,uerſic. & ex hoc ſoluitur.C.ſi contra ius,uel util.pub.

Sed impugnabitur iuriſdictio delegati, & eius proceſſus ſub prætexto,quòd limites ſuæ iuriſdictionis exceſſerit, ac extra ſibi commiſſa,& demandata proceſſerit, erit aduertendum, quoniam,& ſi reſcripta ad lites,ex eo quòd plerunque concedens a partibus circa impetrata decipitur,ſint ſtricte capiēda, ut uoluit tex.in.c.p.&.g.de off.deleg.c.ſi.c.ſedes.c.ex tenore,de reſcrip cū ſimil.quæ ponit Rot.deciſio.417. fuit dubitatum, in fin.in no. 4 nihilominus hoc intelligi debet ad effectum, ut reſcripta huiuſmodi ius cōmune minus lædant,quàm fieri poſſit: in hoc enim ſtricta fieri debet interpretatio, ut declarant doctores.in.ca. 1.& c.cauſam quæ.ubi Fel col.viii.uerſic.ſexta declaratio. de reſcrip. & ponit Alexand.conſi.xxxiij.uiſis,col.ij.lib.vi.& Deci.conſil. xxxiij.colum.penul.uerſi.Tertio præmitto,lib.i, & conſi,ccix. colum.ii.circa medium,& conſi.233.diuino.col.fin.lib.ij.

Quando autem reſcripta,& delegationes huiuſmodi parum, uel nihil ius commune offendunt,prout ſunt iſta mere delegato 5 ria, quæ gratioſa non ſunt,ſed iuris rationi nituntur, latiſſime interpretari debent, uidelicet quantum patitur proprietas uerborum, iuris neceſſitas, & mandantis intentio, ut declarat

Innot.

Inno.in.d.c.ſuper literis.ii.col.& Io. Mill.in uerb. reſcripta ſunt ſtricti iuris,allegando Bal.in.l.præſcriptione,colum.8.uerſic.his præmiſsis (quem uideas) .C.ſi contra ius,uel util.pub.& in terminis ponit Abb.in.c.cum olim Abbas,col.iii.uerſi.ſed quæro de off.deleg.& Roma.in conſi.363.ubi firmatur cõcluſio quòd reſcripta huiuſmodi delegatoria ad omnia quæ extendi poſſunt ex lato ſignificatu uerborum extendi debent. Et facit concluſio dominorum, ut per Aegid. concluſio.558.concluſio quòd ſi.& dcvi.concluſi.& ſentit.Dec.conſil.xxxiij. col.penul. in fin.lib.i. & conſi.cclxxxv.uiſo tenore.col.iii.uerſi.nec obſtat.lib.ii.

66 Hinc uidemus quòd delegatus principis ad audiendum, uidetur etiam delegatus ad diffiniendum , prout delegatus ad unam cauſam,uidetur etiam delegatus ad quamlibet illi incidentem,& ſic in incidẽtibus & acceſſorijs non eſt neceſſaria commisſio ſpecialis,inquit Bald.per illum tex.in.l.fin.C.ubi & apud quem. Et
67 Mill.in uerb.reſcriptum ſi mandat.& facit tex.in.l.qui proprio .§.item quæritur.ff.de procur.iudici enim ſtatim quòd factus eſt iudex,omnium rerum,quæ in iudicio uerſantur , officium incũbit.l. Aediles.§. item ſciendum.ff. de ædilit. edic. hinc eſt etiam quòd iudex cauſæ appellationis abſque alia ſpeciali commisſione de nullitate,tanq̃ incidenti & acceſſorio cognoſcit, ut per eundem Bal.in.l.i.C.quando prouoc.non eſt neceſſe. & per Felin.in
68 c.ſuper literis.uerſi.quæro facit.de reſcrip.prout uidemus etiam quòd ſimpliciter cõmiſſa cauſa,intelligitur tam ciuiliter , quàm criminaliter commiſſa,ſecundum Bal.in addit.Spec. in tit.de iudic.deleg.uerſi.cauſa ſimpliciter commiſſa.& allegat Ioan. And. in Nouella,in cap.diſpendia.de reſcrip.in ſexto,item cenſetur cõmiſſa tam reſpectu proprietatis quàm poſſesſionis.c.ad hæc. de ſequeſt.poſſ.& fruct.eſt glo.prima,in capitulo ſecundo. de cauſ. poſſ.& proprie.et tenet Rot.ut per Aegid.conclu.dcvi.& Rot. deciſio.cccxcvi.ſi committatur cauſa.in no. Ac inſuper intelligitur commiſſa nedum quoad cognitionem , ſed etiam quoad illius deciſionem (ut diximus) argument.l.de qua re.ff.de iudic. capitulo ſi iudex.de ſenten.excommunica.in ſexto, Sentit Bart. Imol.Alex.Iaſ.& alii,in.l.à Diuo Pio.in principio.ff. de re iudi. ponit Felin.in capitulo ſuper quæſtionum.per illum tex.columna ſecunda uerſicu.nota ubi cauſæ.&c.de off. deleg.

Sub ergo ſimplici commisſione cauſæ regulariter includuntur et ueniunt omnia ſine quibus iuriſdictio explicari , & cauſa cognoſci

cognoſci non poſſet.l. ſecunda.ff.de iuriſdi.om.iu.l.ad rem.et.l. legatum.ff.de proc.idcirco datus iudex in cauſa ſpolii cognoſcet etiam de damnis datis in expulſione, quia talia ſunt acceſſoria ad interdictum unde ui.l.i.§.qui ui deiectus.ff.unde ui.c. grauis de reſti.ſpol ponit Abb.in.d.c.cum olim.de off.dele. item iudex in cauſa matrimonii datus de dote tanquam acceſſorio,et ab illo dependente cognoſcere poterit.c.de prudẽtia.de dot.poſt.diuor. reſti.et ponit Abb.in conſil.xviii. Ieſu Chriſti.in. 3.col.ii.parte et in ſumma iudex datus ſuper aliquo negotio, de omnibus incidentibus,dependentibus,emergentibus,annexis, et connexis, ſine quibus negotium cõmiſſum cõmode explicari non poſſet, cognoſcet,ut eſt gl.in.c.cum dilectus.de arbit.etiamſi eſſent acceſſoria acceſſorii,ut ponit idem Abb.in c. prudentiam.§. ſi uero.in.i.notab.et in.ca.præterea,in ulti. notab.in fin.ubi plura de hoc poſuit Felin.extra de off.deleg.et Iaſ. in.l..ſi procurat.C. de procur.facit quod poſuit Specula.in titu. de reſcrip. præſenta.§. ultimo,columna quarta,uerſiculo item quod facit, et Caſſador. deciſion.vi.de reſcrip.et plenius deciſion.ix.de cauſ.poſſ. et proprie,ubi uideas et facit tex.in.l.quoties.C.de iud.et.l.i et.ii. ff. de quib.reb.ad iud.eundem eat.et quod ponit Bal. in.l.aduerſus.C. ſi aduerſ.rem iud. et in.l. cum Papinianus. C. de ſentent. et.l. ſi idem cum eodem.§.quod ſi mutuæ.ff.de iuriſdic.omnium iudicum.in quibus locis reperies regulam quòd ratione coniunctionis et connexitatis cauſam, ac diſpendii incommoditatis,et per-

69 plexitatis euitandæ ad eundem iudicem iri debet, et qui cognoſcit de uno,poteſt et reliquum cognoſcere,nec opponi regulariter poteſt exceptio incompetentiæ,ut declarat idem Bald. in dicta.l.cum Papinianus.et Felin.in capitulo præterea, column.2. uerſi.nota ꝙ uno commiſſo.de off.deleg. et in cap. cauſam quæ. col.2.uerſi.ubi mandatum.de re iud.ponit decis. Neapol.ut per Capic.decis.cxxii.in cauſa ſpectabilis, cum ſimil. et hæc dummodo iudex capax cognitionis incidentes quæſtionis exiſtat, propter tex.in.c.tuã.de ord.cog.et.c.lator.extra,qui fil,ſint. leg.

70 Et notabis unum quòd ubicunque de quantitate ad iuriſdictionem pertinente quæritur, ſemper quantum petitur, non quantum debeatur,attendi debet.l.penul.§.fin. ff. de iuriſdictio. omn.iud.nec fieri debet coaceruatio ſummarum ad impediendam iuriſdictionem.l.ſi idem cum eodem, in princip.ff.eo.et licet in princip.cauſæ de ſumma ſeu ualore rei dubitaretur, etiam

quòd poſt modum in proceſſu rem, ſeu ſummam præfatam limitem iuriſdictionis excedere apparuerit, nihilominus talis iudex ratione dubietatis, quæ à principio inerat, ſuper tali repetantem & metas ſuæ iuriſdictionis excedẽ. pronuntiare poterit, per tex. in l. fi. §. fi. & ibi Bar. qui hoc multũ cõmẽdat. C. de ap. & idẽ Bar. quẽ cæteri ſequũtur in d. l. ſi idẽ cũ eodem. ff. de iuriſ. omn. iu.

Aliquando etiam iuriſdictio delegata impugnari conſueuit ſub prætextu, quòd omnis iuriſdictio ante ſententiam tacite, uel uel expreſſe per obitum delegantis expirauerit, ſeu per aliquem alium ex modis poſitis in Spe. de iud. dele. in. §. reſtat. & doc. in c. gratũ. & c. in literis. extra. eo. tit. in quo erit aduertendũ, qm̃ uera eſt regula, iuriſdictionem delegati re integra. i. antequam de-
72 legatus iuriſdictione uti incipiat, per deceſſum ſeu receſſum ipſius delegãtis omnino expirare. c. quamuis. de off. de. in. vi. c. fi. in fi. extra de off. le. declarãt doc. in l. & quia. in fi. ubi eſt tex. ff. de iuriſ. om. iu. & in l. eius qui. ubi Ale. ff. ſi cer. pet. & cano. in d. c. gratũ. ſed ſi iuriſdictio ſemel fuerit acquiſita, & in perſonam ipſius delegati efficaciter tranſierit, amplius ipſo iure non expirat, ſed opus eſt exceptione, per q̃ deducatur & probetur cã, propter qua expiraſſe prætẽditur, p̃ tex. in c. ſi à ſubdelegato. & ibi gl. in uerb. ipſo iur. & Arch. de off. de. li. vi. tenet Hoſt. in ſum. de of. de. §. fi. uerſ. uel receſſum. & Inn. in c. licet. eo. ti. & Spe. in d. §. reſtat. uerſ. quid ſi delegatus. col. iii. in fi, de quo per gl. in c. cũ ueniſſet, ubi Abb. tenet contrariũ. de teſti. uoluntas etenim durare præſumitur, quatenus mutata nõ probetur. l. ii. & l. cũ qui. ff. de prob.
72 c. prælatũ. de his quæ met. cau. c. maiores. & ibi gl. circa fi. de baptiſ. facit tex. in l. ſi forte. ff. de of. præſ. & reſcripta ac mãdata hu-
73 iuſmodi delegatoria tm̃ durãt, quãtũ actio ſup̃ qua cõcedũtur, ut inquit Abb. in c. quærẽti. uer. ſuper gl. fi. de of. de. c. pe. de iud. c. ſi aũt. de reſcri. l. ii. C. de diuer. reſcri. Qualitercunq; igitur iuriſ-
74 dictio reuocetur, hoc proponi, & iudici delegato notificari debet, alias ſi ante exceptionẽ & notificationẽ, tanquã iudex ſententiã ferret, reputaretur ualida. arg. tex. in cle. i. de renũcia. & c. auditis. de procu. c. dilecti. el. ij. de præb. c. audita. de reſtit. ſpo. & ponit Bal. in l. i. in fi. C. ut lit pẽ. & in l. mãdatũ. col. pe. C. mand. & in l. falſus, col. vii. C. de fur. & Fel. in c. de cauſis. ſuper gl. in uerb. certũ tẽpus. de of. de. doc. in c. cæterũ. de reſcr. & late firmat Dec. cõs. 295. in cauſa iſtorum. col ij uer. 2. r̃ndetur. li. 2. Videas nihilominus Boe. in dec. parl. 347. dũ ponit, nũq̃d p̃ creationẽ ſecundi

uicarij

uicarii cenſeatur prius reuocatus. Et an geſta a ñ notificationẽ re uocationis teneant, ubi ſuper utroque negatiue coucludit.

75 Sed ſi opponeretur delegationẽ, ſeu reſcriptũ, & cauſæ commiſſionem ratione ipſius impetrantis non ualuiſſe, quaſi quòd ad id nullũ habuerit à principali domino mandatũ iuxta tex. in. c. nõnulli, in fin. & in. c. ex parte decani, de reſcrip. cum aliis, de quibus per Alex. qui hoc tenet in conſil. cxxxv. Põderatis. colum. 2. lib. 2. Tunc reſponderi poterit ex ſtylo Rom. cur. hoc nõ ſeruari, quinimo indiſtinctè unus pro alio etiam ſine mandato reſcripta huiuſmodi & cauſarum commiſſiones impetrat, ut quotidie uidemus, & de hoc ſtylo atteſtatur glo. in. d. c. nonnulli. & c. ex parte. in uerb. ſiue. & Rot. decis. clxxv. cõmiſſio. in no. & Caſſad. deciſio. prima, in fin. ſub tit. de procur. ſatis igitur fuerit quod illis plures aliquando uſi fuerint, quia tunc non diſputabit de perſona impetrantis, per id quod ponit Aegid. conclu. dlvi. concluſio circa medium. & dlxxxiii. licet uſus. cum ſequẽt. præterea ubi impetratio ſeu actus requirit impenſam præſumitur ab eo factus, de cuius intereſſe acquiritur per doc. Bart. in. l. cũ ſeruus. ff. de uerb. oblig. cum aliis latiſſime cumulatis per Felin. in c. ſicut. colum. xxii. uerſic. fallit quinto. & Capic. deciſi. lxxxvi. in cauſa magna. num. 11, & alias dixi primo, de re iud.

Hæc igitur & ſimilia prodeſſe poterunt, quando aduerſarius eum qui ius dixit, nullam habuiſſe iuriſdictionem & poteſtatem excipiet. ſi uero illum iudicem fateatur, ſed incompetentem affirmet, puta ratione loci, cauſæ, ſeu rei, temporis, uel perſonarum, tunc diligenter conſiderata obiectione, & illius ueritate, ad uertas primo nunquid fueris in aliquo ex caſibus in quibus nõ attenditur neque fori, neque iudicis cõpetentia, quos enumerant Moderni in Rub. de fo. comp. et Corſet poſuit. xxxv. in dictionario, dominus Abb. Panorm. in uerſi. iudicis incompetentia. et ſi in aliquo ex ipſis non fueris, ac reliqua tibi deſint, poteris ad

76 materiam prorogationis cõuolare, qm̃ tu ſcis quòd iuriſdictio tam ordinaria quàm delegata per conſenſum partiũ tacitum uel expreſſum de tẽpore in aliud tẽpus prorogari põt, dũmodo iudex ſaltẽ tacite cõſentiat, ut probatur in. l. ii. §. ſed ſi iudex. et ibi Bar. ff. de re iud. et in. c. i. de cauſis, ubi ꝑ Inn. et alios de of. deleg.

77 Sicuti utraque iuriſdictio poteſt etiam de re ad rem & abſque aliquo partium conſenſu expreſſo prorogari. l. de qua re. §. i. & ibi glo. ff. de iudic. c. cum olim Abba. et ibi ſcribe. extra de offic.

deleg.declarat Bart.in.d.l.2.§.ſed ſi iudex.Imol.et Panormit. in d.c.P.et.G.colum.22. et Felin.in.d.c.de cauſis.colum.3.uerſicu. ſeptima declaratio.ac(ut dixi) ſatis eſt quòd tacitus partium cõſenſus accedat, ſecundum Bal.in.l.i.in.4.colum.C.ſi à non compet.iud.tenet. et declarat Alex.in conſi.lxxxiiii. ſuper. lib.v. et deci.Neapol.cxvii.promisſio.nume.4.Paris de Put. de ſind. in uerb.inſtrumentum.in princip.Guid.Papæ.q.cclxxxv.ſtatuto.

78 Prout etiam ex eodem tacito uel expreſſo partium conſenſu,etiam abſque ſcitu iudicis iuriſdictio ordinaria poterit de perſona ad perſonam prorogari, et unus iudex pro altero aſſumi.l. i.et.2.§.conuenire.ff.de iud.l.i.C.de iur.om.iud.c. ſignificaſti. de foro compe.quamuis ſi perſonæ litigatorum eſſent alteri iudici nedum ratione nudi exercitii iuriſdictionis, uerumetiam alterius ſuperioritatis et ſubiectionis ſuppoſitæ,prout ſunt clerici reſpectu ſui ordinarii,ac uaſſalli reſpectu domini feudi,tũc ad prorogandum alterius iudicis iurisdictionem requireretur etiam conſenſus illorum ſuperioris dicto cap.ſignificaſti. &c. Romana.in princ.eodem tit.in.vi.ponit Spec.de comp.iud. adit.§. generaliter.uerſic.et nota quatuor eſſe neceſſaria.declarat. Bart. in. d.l.i.ff.de iudic.et doctores in.d.l.ſi quis ex conſenſu.& Capi. in deciſi.Neap.deciſio.ix.in cauſa uertente.col.i.ubi uide.

Delegata autem iuriſdictio hoc caſu de perſona ad perſonam in delegatione tacite,uel expreſſe, ſeu principaliter , uel incidenter non comprehenſam non prorogatur , per text. in. d c.P. & G.ubi gl.et doct. ad omnium tamen perſonas quas negotium tangit,et de quarum intereſſe agitur , iuris authoritate extenſio fit ut inquit Hoſtien.in ſumma,de off.iud.delega.§. quibus modis.columna fina.uerſic.et in ſumma. et ponit decis. Neapolitã. ccxxvii.quidam nobilis.et diximus ſupra.

79 Vtraque etiam iuriſdictio de loco ad locum conſueuit prorogari,dummodo in iudice delegato partes expreſſe cõſentiant. c.ſtatutum.§.in nullo.de reſcrip.in.6.et tenet Rot. decis. 380.ſi iudex.in no.ubi quòd tacitus conſenſus non ſufficeret,et ſi locus ille foret in alterius iudicis territorio,etiam illius iudicis conſenſus requireretur,ut uoluit gl.in.c.ut litigantes,de offic.ord.in.vi. et tenet Abb.in.d.c.P.et G.colum.vi.in princip. et.c. cùm olim Abb.de off.dele.Ang.in.l.fi.ff.de iurisd.om. iu. Notabis tamen ꝙ in omnibus caſibus in quibus agitur de proroganda iuriſdictione requiritur neceſſario quòd iudex capax ſit illius iuriſdictionis,

ctionis, et cognitioni. quæ prorogari intenditur, ut uoluit Innocen. in cap. paſtoralis. de re iudica. et doctores in c. fi. de iudi.

80 Quandocunque igitur oppoſitum fuerit de iudicis incompetentia, ad ſaluandum proceſſum replicari poterit de illius prorogatione expreſſa, uel tacita, ideſt quòd partes ſponte, et ſcienter coram huiuſmodi iudice litem conteſtati ſunt, uel etiam ante litem conteſtatam coram eo actus poſitiuos, qui citra iuriſdictionem explicari non poterant, feciſſe reperiuntur. His nãque modis in eum tanquam iudicẽ conſenſiſſe, et iurisdictionẽ prorogaſſe uidetur, prout eſt cõmunis opinio ſcribentiũ, de qua fidem facit Felin. in. c. i. colum. 3. uerſi. glo. in uerb. placere. extra de iud.

Erit tamen aduertendum, quòd ſi litigator non fuerit peritus, præſumitur in dubio coram iudice incompetenti litigaſſe per errorem, ut uoluit Spec. in ti. de iud. compe. adit §. i. uerſi. ſed nunquid præſumetur, et Bal. in. l. eos, in prin. col. fi. C. de appell. cum aliis, de quibus per Alex. conſil. xii. uiſo. col. ii. uerſi. 3. reſponderi, lib. vi. hæc et ſimilia prodeſſe poterunt, ubicunque nullitas ex defectu iuriſdictionis ex aduerſo opponetur.

Si uero nullitatem aliunde puta ex inhabilitate litigatum, uel defectu mandati comparentium proueniſſe prætenſum fuerit, imprimis diligenter conſiderabitur nullitas obiecta, ac unde, et qualiter proueniat, et in iudicio proponatur.

81 Nam finge quòd aſſeratur ſententiam et proceſſum nullum, ex eo quòd is qui in iudicio fuit, et ſententiam ſibi fauorabilem reportauit, fuerit minor. xxv. annis, qui abſque interuentu tutoris uel curatoris perſonam legitimam in iudicio ſtandi non habet, ut in. l. prima, et ibi tradunt ſcr. C. qui legit. perſ. ſtand. et in. l. ſi præſes. C. quomodo et quand. iud.

Siue quòd fuerit filiusfamilias, qui abſque conſenſu patris in iudicio regulariter eſſe non poteſt, ſecundum gloſſ. in. l. cum non ſolum, ſuper uerb. neceſſitate per illũ tex. C. de bo. quæ lib. et in. l. fi. C. ad Maced. et. c. ſi annum. de iud. in ſexto.

Vel quòd monachus, ſiue religioſus ſine ſuperioris ſui licentia in iudicio ſteterit, contra tex. in cap. cauſam, extra de iud. c. ex parte, de accuſ. c. placuit, el. ii. et. c. nonnulli. xvi. q. i.

Aut mutus, ſurdus, prodigus, cui bonis fuerat interdictum, uel ſimiles, qui ſine curatore in indicio ſtare non poſſunt, ut. ff. de priuil. credit. l. dabimus. §. ſi. et. l. ſurdo. eo. tit. l. i. et. l. mulieri. ff. de cura. fu. l. i. §. fin. cum ſeq. ff. de poſtul. cum ſimil.

Huic & ſimili obiectioni poteris reſpondere, quòd & ſi oēs et ſinguli ſupradicti regulariter quoad illorum præiudicium in iudicio ſtare non poſſint, ſecus tamen eſſe quoad ipſorum cõmodum & utilitatem, quia talibus à l. ſpeciali fauore indultum eſt, ut eorum conditionem meliorē per ſeipſos, deteriorem uero nõ aliter ꝙ cum tutoris aut curatoris authoritate facere poſſint. l. contra iuris regulas, in princip. ff de pact. inſti. de autho. tuto. in prin. et propterea uelle et nolle in eorũ commodum, non autē in eorum præiudicium habere dicuntur. l. Iul. §. ſi quis pupillo. ff. de act. empt. l. ij. §. ſi. ff. ſol. mat. l. inuitam. ff. de ſeru. urb. præd. ponit gl. in. l. pupillus. ff. de reg. iur. idcirco cum in caſu noſtro ſententia in eorũ commodũ & fauorem lata præſupponatur, ad ipſam inualidandam quòd tales fuerint inhabiles, aut incapaces opponi non poterit, cum iure ſpeciali, quoad illorum commodum capaces & habiles reputentur, uel potius ceſſet cã & rõ legis eoſdē per ſe in iudicio ſtare prohibentis. Sententiæ igitur & proceſſus illorum fauorē concernētes ualidi ſunt, prout eſt text. expreſſus in. l. non eo minus, ubi late ponunt ſcribent. eo. C. de procur. & l. i. ubi gl. ĩ uerb. aduerſus. C. qui legi, perſonã, & l. ſi tutor, ubi gl. Bar, et alii. C. in quib. cau. in integ. reſti. Et quãuis. d. l. non eo
82 minus. in nomine. xxv. annis minus legitime iudicio comparēte loquatur, nihilominus ex idētitate rõnis ēt ad alios qui tutorũ uel curatorũ auxilio iuuantur, extendi ſolet, qm̃ priuilegium uni ex prænominatis conceſſum, ſæpius ad alios leges ipſe extendũt, prout patet in. l. Fulci. §. adeo, & ibi Bar. et Alex. &. §. planę. ff, ex quib. cauſ. in poſſesſionē erat. & l. et mulieri. §. ſi. iuncta gl. ff. de cura. fur. l. ii. et ibi gl. et Bal. qui in materia nullitatis loquitur, & tales parificat. C. eo. tit. & d. l. dabimus, in fi. cum l. ſeq. ff. de priuil. credit. et. l, tutor pupilli, & ibi Paul. de Caſt. ff. de iureiuran. l. ſi curatorem habens. C. de integ. reſtit. nu. & ſpecialius ꝙ de pupillo, & eo cui bonis eſt interdictum fiat comparatio, uidetur tex. in. l. certi condictio. §. qm̃ in fin. ff. ſi cert. pet. & l. qui bonis. ff. de nouat. iuncto tex. inſti. de autho. tutor. in princ. de furioſo & prodigo uidetur tex. in. l. i. ff. de cura. furio. & l. furioſi. ff. de reg. iur. de pupillo ſeu minore et furioſo probatur in. l. i. §. ſed furioſo. & §. igitur. ff. de acquir. poſſ. et. l. ſi contra iuris. §. i. ff. de pactis. Ambo enim loco abſentium reputantur, ut inquit text. in l. diem. §. coram. ff. de arb. & l. ii. §. ſi furioſus. ff. de iure codicill. iunct. text. in. l. pupillus. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eat. Et in

complu-

compluribus locis inuenies diſpoſitionē factam de uno ex iſtis ad alterum extendi,& tenet Bart.in.l.Imperatores.ff.de re iudic. & Felin.per glo.& alios,in c.paſtoralis.in uerb.uniuerſitas.& in c.cauſam quæ.colum.4.de iud.& ponunt doctores in. d.l. non eo minus.ubi Iaſ.ponit plures expenſiones illius text.& declarat Bart. poſt alios in.l.à furioſo.ff. de re iudic. aduerte tamen quia iſti incapaces adæquantur quoad priuilegia, quorum ipſi ſunt capaces,& non alias.Et propterea cum furioſus & mentecaptus iudicij reputentur omnino incapaces,ut diximus ſupra ſub rub. de nullitat.ex defect. inhabil. comparent. propterea ſupradicta æquiparatio quoad iſtos pœnitus incapaces non procedet.

Si uero tales ſententiam ſibi contrariam reportauerint, & ad ipſam inualidandum pro eorū parte nullitas ex defectu inhabili tatis & incapacitatis ipſorum opponetur, tunc primo diligenter examinandum fuerit, nunquid cauſa & articulus ſuper quibus ſententia lata reperitur,fuerit talis quòd ſupra nominati non ha
83 buerint legitimā perſonā in iudicio ſtandi, quia & ſi præſcripti regulariter in iudicio ſtare nō poſſint,iſtud tamen nō eſt perpetuo uerum, ſed plures fallentias recipit,prout de minore & filio familias ponunt doctores in.l.non ſolū.§ neceſſitate.C.de bonis quæ liberis:&.l.ſi longius.§.ſi filiusfamilias.et.l.lis nulla.ff.de iu di.& ponit Specu.in tit.de actore.§.1.uerſic.item quòd eſt filiusfamilias,& in princ.& uerſic.ſed nunc quid in caſibus, colu.16. eſt textus et ibi gloſſ.& ſcribent.in.d.c.ſi annum.de iudic.in ſexto, &.c.ex parte.ubi gloſſ ordinaria de reſtitutione ſpolia.& Rom. ſingula.cccxx. incipient. Tu ſcay.in quibus locis inter alia reperies minorem uigintiquinque, maiorem tamen quatordecim, etiam abſque conſenſu patris in cauſis ſpiritualibus,ac beneficia libus,& ab his dependentibus , de quibus in clementina diſpendioſam.de iud.ſeu ſuper bonis caſtrenſibus uel quaſi, et alus rebus quarum plena adminiſtratio illi competit. uel etiam in aduentitiis abſente patre,uel ipſo præſente,& filium publice admi niſtrare,tolerante, poſſe agere.

84 De Monachis & religioſis quòd abſque ſcitu & licentia ſuperioris in quampluribus poſſint etiam ipſi in iudicio ſtare:prout ſi in cauſa ipſorum electionis egiſſent,uel pro aliqua re ſpectante ad peculium, ſeu adminiſtrationem de conſenſu ſuperioris eiſdem conceſſum, uel in cauſis contra ipſorum ſuperiorē motis: puta ipſum de aliquo crimine accuſando, uel contra eundem

agendo,ut ipſos ad clauſtrum reſtituere deberet, ſeu ab obſidio ne liberet:uel egerint cõtra aliquos pro reſtitutione alicuius rei, qua dum aberat ſuperior, ſpoliati fuiſſent: uel agerent tempore quod de licentia ſuperiorum in ſtudiis permanent: his namque et ſimilibus caſibus iudicium contra tales actiue et paſsiue agitatum tenebit,nec ratione incapacitatis inualidabitur: prout aliqua ex præmiſsis reperies in clement.religioſus.in uerb. conſtituere.de procurator.Speculat. in dicto titu. de actore.§. primo. uerſic.item excipitur contra actorem quòd eſt monachus.et ibi Bald.in additi.in uerb.an monachus.et doctores maxime Abb. et Felin.in.c.cum dilecta.de reſcrip.etc.ex parte,de accuſatio, et ponit Rot.cccc xxxviii.utrum religioſus,et deciſ. xviii. nota ꝙ monachus.in antiq.quæ inter alia notanter uoluit religioſum et pro laico ſub prætextu utilitatis ſuę eccleſiæ in iudicio poſſe cõparere:neque illi opponi poſſe quòd non ſit utilitas eccleſiæ: ex quo talis cognitio ad ipſum non ſpectat,prout ibi.

85 Et ſi ex præmiſsis proceſſum et ſententiam quis defendere non poterit:ne tempus in his diutius conteratur, conſulo quòd ſi inhabilis et incapax fuerit actor,ex parte rei opponatur,et excipiatur eundem actorem audiri,neque ad ulteriora ad eius inſtantiam procedi debere:ex quo talis non habet legitimam perſonam litigandi, ne iudicium claudicare contingat, iuxta text. in.c.cum inter.de exception.Controuerſia etenim quæ legitime incepta fuit,duntaxat terminari debet.l.fin.C.qui legitim.perſo. l. uniuerſ.C.qui dari tuto.et hæc oppoſitio ad repellendum inhabilem,et retardandũ proceſſum ualida reputabitur:ut uoluit Speculator in tit.de act.et ibi Ioann.And.§.i.col.4.uers.quid ſi minor.et tenent Bartolus, Alexand. Iaſon,Paul.de Caſtr. poſt Cynum, et alios in d.l. non eo minus. Et quamuis talis exceptio non reddat iudicium retro nullum, impedit tamen (ut dixi) progreſſum iudicii.ut declarant doctores in ſupradictis locis.

Si uerò inhabilis et incapax in iudicio tanquam reus ſteterit: et ipſe opponat contra proceſſum nulliter actum ratione perſonæ ſuæ minus legitime: ſi oppoſitio in facto uerificetur, ac de iure procedat:conſilium erit quòd actor ex integro contra hu-
86 iuſmodi inhabilem et incapacem inſtantiam ordiatur: et ſi talis puta pupillus fuerit,et maior ſeptennio, iudicium contra illius perſonam dirigat in perſonam eiuſdem libellum concipiendo: cui idem minor reſpondere cogetur cum authoritate curatoris,

ſi quem

ſi quem habebit: ſi non habebit, poterit ſemel citari ad legitime comparendum: nam tunc intelligitur citatus ut compareat, & ſibi curatorem petat, ut declarat gl.in.l. ſi minor.ff.de bo.autho. iudic.poſsidend.& per Bal.in.l.non eo minus.in fin.C.de procurat.& in.l.fin.in princip.C.ſi propt. pub. penſ. refert & ſequitur Deci.conſi.dix.exhibetur.col.ii.uerſi. non obſtat.lib.4.& ſi non comparuerit, uel minus legitime comparuerit, tunc poterit a iudice peti curatorem in litem huiuſmodi dari, et dabitur illi etiam inuito, ut.l.potuit.&.l.ſi infanti.C. de iure deliberand.l.i.ubi Cy. Iaco.de Areti.& Bal.C. qui pet.tutor.l. qui habet.§.idē Caſsius. ff.de tutel.quem textum ita in terminis noſtris declarat deciſio. Neapo.ccxlvi.mater uidua.& facit quod ponit Lap. alleg.123. quidam expoſuit.col.pen.uerſi.nec prodeſt &c. uide tamen Bar. in.l.hæc autem.in princ.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.ubi uidetur aliter ſentire &c.Si uerò minor fuerit abſens, aut minor ſeptennio, tunc iudicium dirigetur contra perſonam tutoris, ſeu curatoris ſi aderunt, alias deputari debebunt, quoniam etiam impuberi tutore carenti curator in litem dari poteſt; ut plene examinat & comprobat Alex.conſil.cxxij.uidetur.lib.i.& patet.tot. titul.de in lit.tut.uel curato.dand.&.l.i.C.qui tuto.dare.& præmiſſa docet Io.And.in Spec.in titu.de reo.col.iiii.in uerb.authoritate. & per eundem Specu.in titu.de libel.concept.§.iam nunc. in princ. uerſic.porrò ſi uis agere &c.& Bartol.in.l.C.de bon.mat. & deciſio.Neapo.cclxij.fuit in conſil.col.i.cum ſim.

87 Vel ſi cum religioſo aut filiofamilias quæſtio fuerit, ſuperior, ſeu pater ad conſenſum præſtandum etiam captis pignoribus, ſi fuerint præſentes, cogi poterunt, aut ſi ad conſentiendum ſemel interpellati recuſauerint, à conſenſu huiuſmodi præſtando ob illorum contumaciam alieni fiunt, & ulterius non requirentur, uel (pro abundantiori cautela) huiuſmodi conſenſus poterit per iudicem ſuppleri, iuxta tex.in.l.qui bonorum.C. qui admitti.& interloqui talem legitimam perſonam in iudicio ſtandi habere, ut docent ſcribētes in.d.§ neceſsitate.et Spec.in.d.§.i.tit.de actore.uerſ.ſed quid ſi pater noluerit conſentire.col.xi. & ibi Io.An. in uerb.cōſentiat.& Ale.cōſ.lix.uiſo.col.ij.uerſi.ij.rñdeo. libro.ij.

88 Et poſtquam per aliquem ex ſupradictis modis actor perſonam rei inhabilis habilem reddiderit, unico contextu, & audientia cum perſona huiuſmodi habilitata acta quæ dicebantur nulla, ex integro recenſere & repetere poterit, prout docet Bartol.

 in.l.

in.l.mutari.ff.de procurat.et.l.i.col.ii.C.de ſent.&.l. ſi ut propo-
nis.la.i.uerſic.quæro utrum iudex.C.quomodo et quando.et.c.
Abbas in cap.fina.col.ii.extra de probat. Et uidetur ſentire Ioã.
And.in Specula.dicto titulo.de act.§ primo.in uerb.claudicare.
dum allegat.l.ſi id quod.§.primo.ff.de reſcindend.uendition.ubi
actus nullus factus a pupillo renouatur cum authoritate curatò
ris,& efficitur ualidus, & hanc practicam repetẽdi & tali modo
reintegrandi acta nulla,& proceſſum puta cum pupillo,uel mi-
nore,ſiue curatore factum,docet & commendat deciſi. Neapol.
deciſio.cclxij.fuit in conſil.in fin.aſſerẽs in regia curia ita ſæpius
practicari.et Deci.in conſi.dxlix.requiſitus à ſpectabili. in fin.li
bro quarto.et idem ſentit in conſilio.661.in caſu de quo in fin.
ubi dixit quòd quando propter inhabilitatem perſonæ actus eſt
89 nullus,licet ceſſet ſeu remoueatur inhabilitas , non propter hoc
actus reconualeſcit, ſed opus eſt nouo conſenſu , et quòd actus
reiteretur,per tex.in.l.i.C.de contract.iud.&.c.ſi eo tempore. de
reſcri.in.vi.et in ſimili quotidie uigore conſtitutionis extrauag.
Innocent.viii. termini ſubſtantiales in ſacro cauſarum palatio
apoſtolico male ac nulliter,& perperam obſeruati unica audien
tia et citatione in Romana curia repetuntur & reintegrantur :
de quo ponit Caſſadoreus deciſio.viii.de reſcript. ac etiam uirtu
90 te præmiſſorum in eadem Romana curia forſan reſcriptum
poſſet impetrari,máxime cum illa clauſula refectis expẽſis &c.
ut iudex eiſdem actis et proceſſu ex defectu (prout eſſe contige
rit) nullo,unica audientia & citatione reintegrato & reiterato,
ad expeditionem cauſæ pro fouente iuſtitiam procederet : quia
hoc (prout uides) non longe à iuris communis diſpoſitione di
ſtat :& hæc inſeruient quando ab eiſdem ſeu per ipſoſmet princi
pales litigatores qui per ſeipſos in iudicio comparuerunt , exce-
ptio opponetur.

Sed ſi iudicium non per ipſoſmet principales,ſed per alios eo
rum,nomine ut puta procuratores,actores,curatores, ſindicos,
& ſimiles agitatum fuerit : et opponatur nullitas ex defectu po
teſtatis et mandati ipſorum comparentium : Aduertendum erit
qualiter,& à quo nullitas huiuſmodi proponatur.

91 Nam ſi fuerit oppoſita ab eo cuius nomine litigatum fuit,ut
puta quòd dominus principalis aſſerat ipſum qui pro eo et eius
nomine iudicio interfuit,et ſententiam contra reportauit procu
ratorem ſuum non fuiſſe, ſi de mandato non conſtabit,erit po

tiſsima

tiſsima exceptio, quæ quoad ipſum dominum reddit iudicium retro nullum, et quandocunque etiam uſque ad mille annos opponi poteſt, prout tradunt doctores in.l.licet.per illum textum. C.de procurator.et.c.in noſtra.extra eod.tit.l.ii.et ibi Bart.ff. de eo quod pro tuto.& idem Bar.in.l.Pomponius.§. rati.in fin.ff. de proc.poſuit Bald.in.l.ii.C.ſi ex falſ.inſtrumen.Cuius dictum uidelicet poſſe agi abſque aliqua temporis præfinitione ſecutus eſt Alexand.in.l.qui aliena.§.primo.ff.de acquirend.hæred.et in l.ſciendum, colum.iiij.uerſi.unum tamen ſcias de uerborum obligatio.& in conſil.cxci, proſpecto.columna ſecunda, uol.ſexto.et conſil.primo, columna quinta.in fin.lib.quarto. et Decius conſil.ccv.in cauſa uertente, columna prima. uerſic.ulterius. et deciſion.Neapolitana.cccxlv.nume.8.deciſio.368. in cauſa nobiliũ, nume.9.et Iaſ.conſi.cxl.Fel.in.c.ſicut.colum.xvi.uerſi.vi.aduerte.de re iud.Albert.Bru.conſ.cxcv.et alias dixi.

92 Et quamuis aliqui uoluerint ex temporis diuturnitate mandatum præſumi debere, de quibus per Bald. conſil. cclxxxix. in princ.colum.4.uerſicu. quoad ſecundum punctum.lib. tertio.& Curt.conſi.lxxvij.ſuper motius redditis, colum.ſecunda.et Dec. conſi.dcxxxviii.communitas, columna ſecunda.et Iaſ.in.l.ii.C. qui admitti.et Bal.in tract, præſc. parte prima tertiæ partis principalis.nu.28.horum tamen opinionem intelligere potes, quando alius quàm ipſe principalis dominus hoc opponeret, quoniã tunc propter dubietatem an idem dominus dediſſet mandatum necne præſumi poſſet in dubio ex temporis diuturnitate mandatnm, pro quo uidetur gloſſ.in uerb.debet. et ibi Ioan. And.in c.ea noſcitur. de his quæ fiunt à præla.et declarat Alex. in conſil.lxxviii.circa primum, col.iiij.poſt principium.lib.i.& conſil. ix.uiſo themate.col.fin.libro.iii. uolentes ei qui dicit conſenſum capituli in alienatione non interueniſſe, quando capitulum ipſum non reclamat, incumbere onus probandi, ſed ſi capitulum reclamaret, quod interuenerit per eum, qui dicit interueniſſe probari debere: quia tali caſu non præſumitur.

93 Vel intelligere potes opinionem iſtorum doctorum procedere, quando mandatum in aliqua parte proceſſus enuntiaretur, quia tunc ob temporis diuturnitatem huiuſmodi narratiuæ & enunciationi crederetur, prout ſentit Rot. quæ hunc articulum late diſputat, ut per Caſſad.deciſ.iii.de proc.col.ii.uerſ.ſi igitur in inſtrumẽto ſentẽtiæ &c.et per Deci.conſi.36.col.4.uel intellige ut per

ut per Alexan.dic.conſi.cxci.& conſi.lxxix.col.iiij.uerſi.fortiſſi catur.lib.ij.& conſil.xxxv.conſideratis.col.i,lib.vij.

93. Hoc etiam caſu quando principalis dominus quòd comparens non fuerit ſuus procurator opponit,non proderit etiã quòd per iudicem pronunciatum fuiſſet dictum comparentẽ eſſe procuratorem legitimum,ac legitimam habere perſonam in iudiciò ſtandi, quia talis pronunciatio cum falſo procuratore facta ipſi domino abſenti in nihilo præiudicat,ut per glo.fin.& ibi Bartol. et alij,in.d.l.licet.& gloſſ.in uerb.partem.in.l.iam tamen.§.nunc uidendum.ff.iudicatum ſolui.et Spec.de reſcrip.præſens.§.i.in fi. & Abb.in.c.cum in iure in fi.de off.delegat. cum alijs de quibus per Alex.conſi.lxxx.examinato.col.ii.uer.et licet.et conſil.ciii. uiſis.col.pen.in fin.lib.ij.& conſi.lxi.uiſo.col.ij. in princip.lib.v. & conſi.ccij.ſuper.colum.fin.libro.ij.

Talis igitur pronunciatio ſolummodo nocet litigatoribus præſentibus,uel obſtaret quando alius quam ipſe dominus de hoc opponeret,ut declarant doctores ſupraſcripti.

Ad ſaluandũ igitur proceſſum ab hac potentiſsima exceptione,ſi aliquo modo de mandato expreſſo non conſtabit,uidendũ fuerit,nunquid proceſſus ex mandato tacito,uel præſumpto ipſius domini opponentis defendi poſsit.

94. Exempli gratia,ſi principalis dominus cauſam ſuam per aliũ tanquam eius procuratorem tractari uidiſſet,& nõ contradixiſſet,ex quo non prohibet,mandare creditur,iuxta tex.in.l.ſemp. de re.iur.&.l.qui patitur.ff.man.c.fin.de iureiur.in.vi. ibi ſciente ac ratum habente,ſeu non reuocante &c.et.l ij.§.ſi.ff ſolu.ma.facit tex.in.c.cum olim.in uer.protinus contradixit,de off.dele.ex ſciẽtia igitur dñi,& taciturnitate reſultat tacitũ mãdatũ,et quoad præiudiciũ ipſius dñi tacẽtis ualet quod ab hmõi afferto procuratore fit iuxta celebrẽ theoricam Inno.in.c.ex parte decani.ubi ponũt oẽs doc.et in.c.nonnulli.de reſcri. et in.c.cũ in iure.de off. deleg.et Bal.in.l.ii.in.fi.C.ſi ex falſ.inſtr.et in.l.ij.§.i.& ibi Imol. ff.ſolut.matrimo.et in d.l.licet in fi.C.de procura. tenet Rot.deciſi.454.cum ſeq.per prædictam collationem.in no.& Caſſado. deciſio.3.nu.5.de procu.facit tex.cum glo.in.l. unic.C. de ſatiſdã et in.l.i.§.ſcientia.ff.ad Trebelli.per Fel.in c. cũ olim, col ij.in fi. de off.deleg.& latiſsime diſputat domi.Alexand. in.l. ſæpe. in.ii. colum.cum decem ſequentibus.ff.de re iud. & conſi.83.libro.v. & conſil.157.uiſo.colũ.iii.lib.ij.et conſil.lxxx.uiſo. colum.iij.et iiij.lib.

iiij.lib.iiij.ubi dixit dictum Innocentium magis cōiter improbari, quamuis in pluribus caſibus ſaluari poſsit, tenet deciſi.Neap. ccvij.Franc.num.6.ponit Guid Papæ.q.xl.quæritur.

Sicuti etiam diximus ſupra mandatum tacitum iuriſdictionale ex ſciētia et tolerātia ſuperioris præſumi per.l.i.§. magiſtru.ff.
95 de exer. Argumentū nāq; de uno mandato ad aliud regulariter procedit.l.et quia.in fi.ff. de iuriſ.om.iud. c.is qui de proc.in.vi. ponit Rot.deciſi.413.fuit dubitatū.in prin.in no.de quo p Feli. in.c.relatū.ii.col.de off.dele.et gl.in.l.iudicium ſoluitur.ff.de iud.
96. Prout etiam ſimile mandatum tacite præſumeretur in eo qui in iudicio tanq̄ alterius procurator comparuiſſet, poſtq̄ is, cuius nomine comparuit, ſcripturas et inſtrumēta ad cauſam hmōi faciencia ſibi conſignaſſet. Nā ſi talis comparens ſolitus eſſet agere cauſas, ut conſignatio iuriū aliquid operetur, præſumitur quòd dñs illi mandauerit, ut cū dictis iuribus pro eo ageret uel defenderet, ſecundū glo.et doctores maxime Bal.in.l.fi.C.de pac.conuen.et in.l.ſi quis per calumnia. in fi.C. de epi.et cle. Imol. in.l. Mæuia.in prin.ff.ſolut.mat.Ang.inſtit.de his per quos age.poſ. col.ii.et Bar.in.l.ii.§.cauſæ.ff.de Carbonia.edict.Iaſ.in.l.i.in fi.C. de procur.Fel.poſt alios in.c.coram.col.4.uerſi.limita.i.de offic. deleg.Rom.ſing.637.nunquid per productionem. et Caſſa. deciſi.3.col.4.in prin.de procur.quod per ſcripturarū traditionem et conſignationē mandatū præſumatur, et quis ſaltim ſub cautione de rato admitti debeat eſt cōis opinio, ſecūd.Hip. de Marſ.in l.ſi quis ne quo.uerſ.et ad hoc dicēdū.nu.171.ff.de quæſt.
97 Si tñ conſignatio iuriū nō probaretur, illorū ſola exhibitio et oſtenſio, q̄uis præſumptionē mandati induceret, tñ quoad ipſum dñm principalē obligandū nō ſufficerent: ſed neceſſe foret, ultra oſtenſionē iurium, quòd taliter comparēs etiam promitteret de rato, ſecundū Barto.in.l.uulgo.in fin.ff.de admi.tut. per quam ſa
98 tiſdationē aduerſario ſaltim pro ſumptibus et expenſis recuperandis cōſuleretur.l.ſi proc.et.l.ſi fine.§.cū autē.et.§. Marcel.ff.rē ratā ha.et ponit glo.magiſtralis in.d.c. corā. et Bart.in.d.l.uulg.
99 Idem puto ſi in iudicio compareret aliqua ex his perſonis, a quibus de iure non mandatum, ſed ſolummodo an conſtet de cōtraria uoluntate exigitur, de quibus in.l.ſed & hæ.et.l. Pomponius.§.fin.ff.de procurat.et.l.exigendi.et.l.maritus.C.eod.de quibus ponit Speculat.in titu.de coniuncta perſona. et Ange.in.§. præterea.colum.penul.inſtitu.de except.

Tales namque perſonæ etiam de rato cauere debent, per tex. et glo.in.d.l.Pomponius.§.rati.et in.d.c.coram. in.i.gloſſ.et tenet Rot.cxlii.in no.quæ cautio utique non exigeretur, ſi tales perſonæ uere eſſent procuratores, et haberent poteſtatem obligandi perſonam coniunctam, pro qua comparent, cenſentur nãque coniunctæ perſonæ habiles ad comparendum pro coniuncto abſente ſine mandato, in his quæ commodum reſpiciũt perſonæ ipſius abſentis coniuncti duntaxat, ſecus in concernentibus damnum et præiudicium, in quibus eidem abſenti ſi modo tacite uel expreſſe non ratificauerit præiudicare non poſſunt, prout uidetur tex.et glo.in.l.i.C.quibus res iud. non nocet.et.l.fin.C.res inter alios acta.et glo.in.l.iiij.ff.de exceptio. rei iudic. et tenet Bart.per illum text.in.l.iii.§. ſtipulationum.ff.iud.ſol.et Ang.in.§.item ſi.colum.pen.inſtit.de exception. et facit deciſio. Rot.777.nota quod coniuncta.et.731.nota quòd ſi aliquis.in anti.et deciſio.cccexx.ſi committatur.in nouis. Tales etenim appellantur ſimplices defenſores, ut declarat ibi Rot.

Adſunt et alii, qui aliquando iuris beneficio abſque expreſſo mandato pro aliis in iudicio admittuntur, ut in.l.ii.C.de cõſort. eiuſd.lit.et ponit Iaſ.colũ.iii.duodecima limita.in.l. exigendi.C. de proc.& in.l.unica.C.ſi per uim uel alio mod.cum ſimil.

100 Acta igitur et proceſſus ex tacito et præſumpto mandato (quamuis de expreſſo non conſtet) aliquando ſuſtineri poterunt, prout etiam ſuſtinebũtur ex eodẽ præſumpto et tacito mãdato, qñ aliquid factum reperietur ultra, uel præter formã mandati expresſi, quod tamen in euidentem utilitatem ipſius mandãtis tenderet, et quod uериſimile eſt eundem mandantem facturũ fuiſſe, prout dicunt doctores in.l.quis nec propoſitum.ff ſi cert. peta.et Io.And.in add.Spec.in tit.de inſtru.edi.§. compendioſæ. in uerb.Ioannes de deo.et Alex.conſ.cvi.lib.ii.et deciſ. Neapol. cccxl.fuit uocatum.circa ſi.quo caſu idem etiam principalis à iudice ad acta et proceſſus hmõi ſibi utiles ratificandum cogi poſſet, iuxta tex.in.l.Pomponius.ſcribit.§.i.ff de neg.geſt.cum uul.

101 Inſuper diligenter erit aduertendum, nunquid ex proceſſu de aliqua ipſius domini principalis expreſſa uel tacita ratihabitionẽ conſtiterit, quoniam ratihabitio de ſui natura regulariter retrotrahitur, et mandato comparatur, ac confirmata ea quæ ab initio inualide ſubſecuta fuerant: ut inquit tex.in.l.licet.ff.de iud.et l.fi.C.ad Macedo.et.l.donationes.la.i.in fi.C.de donat.inter uir. & uxor.

& uxor.l.ſi fundus.§.i.ff.de pign.c.ſi quis. de ſent. excom.in.vi. c.ratihabitionem.extra de reg.iur.et de quo plene ponit dominus Fel.in.c.ſicuti.columna fina.extra de ſimo.poſt glo.fin.in.c. quarto,qui matrimo.accuſ.poſſ.cum ſimil.

102 Ratihabitio nanq; per ipſum dominum principalem qñcunq; etiã quòd ſentẽtia in fauorẽ falſi procuratoris eſſet lata, et ſic ad ſui.cõmodũ fieri poteſt, ſecundũ cõmunẽ opinionẽ doctorum, quam tenuit gloſſ.et alii in.l.ſi mater.§. hoc iure.ff. de excep.rei iud.et in.l.licet.ff.de iud.Imol.in.l.ſæpe,col.xxv.ff.de re iud.et tenuit Ang.inſt.de excep §.præterea,el.ii.col.iii.uerſi. ex his infertur.aſſerens ita tenendum,ac ſæpius uidiſſe pacticari,et quòd ſit cõis opinio,atteſtatur idẽ Ang.in.§.itẽ ſi.col.antepen.uerſic.iiij. quid in procur.eod.tit.et Iaſ.in.l.licet,colum.iij.uerſicu. breuiter communis opinio eſt.G.de proc.et Fel.in.c.cauſam,colum.pen. uerſi.ſed deueniendo, extra de iud. ubi tamen hanc communem opinionem multipliciter limitat.

Contrarium tamen uidelicet quod proceſſus poſt ſententiam latam non poſſit a principali, niſi quatenus præiudicium ſuum concernat,ratificari tenuit Rot.deciſio.xiii. nota quod geſta,.et deciſ.149.nota quod ubi.in antiq.et deciſio.428.habens, in no. aſſerens ante ſententiam,cum eo tempore incertum ſit, an proceſſus in fauorem ratificantis ſit ratificari poſſe, ſed poſt ſententiam cum illud iam certificatum ſit (ne uideatur claudicare proceſſus) hoc fieri non poſſe,late eandem opinionem tenẽdo proſequitur Caſſad.ſuper reg.deciſ.xl.introducta,&c.Aegid.tamen deciſio.xxix.tenet communem opinionem, et aſſerit Palatium ita tenere,et uide de hoc per Guid.Pap.quæſt.cccxxx.quia.

Et notabis quòd Bal.in.l.Iulianus.in.v.q.ff.qui ſatiſd. cog.dixit audiuiſſe Bar.dicentẽ, quòd ſi ille qui actum fecit noĩe meo allegauit falſo ſe mandatum habere cum non haberet non poſſe tali caſu a principali domine ratificari, propter uitium obreptionis,arg.l.ſi quis obrepſerit,in uerſi.nihil agit.ff.ad.l.Corn.de fal. et cũ Bar.reſidet Bal.in.d.l.Iulian.prout etiã formaliter refert,& ſequitur Alex.cõſi.32.uiſo puncto,col.i.uerſi.accedit.li.i.et Fel. in.d.c.cãm,col.fi.uerſ.fallit.iii.de iud.ubi ponit alias limitatiões.

103 Tacita uero domini ratificatio fiet, ſi ex aliqua parte proceſſus apparuerit quòd idẽ principalis cauſam ab huiuſmodi falſo procuratore eius nomine inchoatam ſimpliciter proſecutus fuiſſet, per text.in.l.Paulus reſponde.ff. rem ratam hab. ſiue quòd

 pro-

proceſſu per dictum falſum procuratorē eius nomine facto ſim pliciter uſus fuiſſet: quia etiam per talem uſum uideretur ipſum ratificare, cum multo amplius ſit aliquid facto facere, quàm ore pronūciare, et magis colligitur animus ex opere, et factis, quàm uerbis.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edict.l.de quibus, in fin.ubi Bal.ff.de leg.c.dilecti filii, et ibi glo.in uerb. facto. de appella. et facit tex.in.l.i.et.l.fi.C.ſi maior fact.alie.rat.hab.l. pupillus.§.ſane.ff.de autho.tuto.et.l.i.et.ii.C.ſi maior fact.rat.hab.et ponunt doct.per Inno.in.c.ex parte decani, de reſc.et.c. in præſentia, de procur.et Rot.deciſi.455.per prædictam collationem. et.428. habens, in no.et ſentit Ale.conſi.cxviii.uiſo proceſſu, col.ii.lib. v.et Decius conſi.232.dura.col.ii.lib ii.ſicuti utendo quis inſtrumento alienationis, uel aliquid ex eo percipiendo confirmat illud ſi ex defectu conſenſus fuerat inualidum, ut dicunt doctores prædicti, et ponit idem Deci.conſi.58.col.i.nu.2.lib.i. et conſil. ccix.col.ii.et conſi.297.non patitur, colum.i.lib.ii.et conſi.367. uiſo puncto, col.ii.libro.iii.et conſil.463.in cauſa, columna penultima, nume.19.libro.4.et conſil.486.uiſis. in fin. et conſilio. 583.iuridicam.colum.ii.uerſi.ulterius, eod.lib.cum ſimil.

Idem forte ſi idem principalis poſt cauſam a dicto falſo procuratore inchoatam eundem ad eandem cauſam proſequendam procuratorem ſimpliciter conſtituiſſet, quia per huiuſmodi ſimplicem conſtitutionem ſuperuenientem tacite ante geſta per illum conſtituens approbare cenſetur, per tex.glo. et ſcrib.in.l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cog.tenet Io.And.in add.Spec.tit.de proc.§.i. col.ix.uerſic.in fin.et Rot.deciſi.586. quidam qui non erat procurator, in antiq.& Rot.445.fuit dubitatum utrum procurator. in no.Iaſ.in.l.i.§.qui putat.col.i.ff.de acqu.hær. et Ale.ad Bar.in l.quo enim.§.rē haberi, in prin.ff.rē rat.hab.et idē Ale.cōſi.cxix. ſuper eo.in fi.lib.v.et conſ.146.in cauſa, col.3. in princ.eod.lib.

Idem etiam foret ſi idem principalis a ſententia cōtra ſeipſum cum falſo procuratore lata ſimpliciter appellaſſet: quoniam ex quo ſententia huiuſmodi ſolummodo ex defectu conſenſus ipſius appellantis deficiebat, appellando ſimpliciter ab ea, uidetur quaſi agnoſcere iudicium de eius uoluntate agitatum, ac fateri a principio cōſenſum ſuum interfuiſſe. Hoc igitur, quod ab eius mera uoluntate pendebat, ſaltim tacite declarato ex defectu conſenſus, et mandati ſententia præfata ulterius impugnari non poterit, prout eſt tex.in.l.iii.§.falſus.ff.rem rat.hab.quem ita declarat

rat Bart. poſt glo.& alios in.l.ſi expreſſim.in princ.ff.de appell. & in.l.i.col.pen.C.qui admitti.& in.l.i.num.16.C.quando prouoc.non eſt nece.& glo.in.l.i.in uerb.infirmatur.ff.de feri. & gl. & ſcrib.in.c.primo,de ſentent.& re iudic.ponit Abb.in cap.primo,num.24.de appell.& tenet palatium,ut dicit Aegid. deciſio. xxix.ſententia lata.cum ſimilibus.

Et intellige(prout dixi) quando ſimpliciter appellatum fuiſſet: ſecus ſi conditionaliter,uel alternatiue,ut puta quando dicitur,dico ſententiam nullam, uel ſi quia eſt appello , ſiue appello à ſententia, reſeruato mihi iure dicendi de nullit. uel quòd falſus procurator fuiſſet admiſſus cum proteſtatione ſi & quatenus fuiſſet procurator, & non alias, &c. Nam his,& ſimilibus caſibus dominus appellando ſententiam,etiam ex defectu mandati nullam non ualidaret,ut declarat Anto.in dicto capit.primo, in vi.colum.& Felin.ibi,column.ult.de re iudi.& Roman. ſingul. dclxxix.tu audiuiſti,& Salicet.in.l.ſi tutor. C. in quib. cauſis in integ.reſtit.Feli.poſt alios in dicto capit.cauſam, in decima fallent.de iud. Angel.Iaſon.& alii in.l.licet.C.de proc.

104 Et præmiſſa procedunt,ſiue ꝙ nullo modo de mandato conſtiterit,ſiue de minus ſufficienti,et ualido conſtiterit , ex quo ratihabitio tacita,uel expreſſa etiam in excedente limites mandati operatur.c.cũ olim,el.i.& ibi glo.in uerb. protinus contra dixit.et doct.maxime Fel.col.3.in princ.de off.deleg.& tex. in.c. fin.de iureiur.in.vi. cũ aliјs,de quibus in propoſito per Alex. in conſi.lxxx.uiſo proceſſu,col.pen.lib.4.& conſil.clxxix. in cauſa,col.ii.lib.vi.& conſi.lxxxiiii.ſuper cõſultatione,col.i.lib.v.& Dec.cõſi.ccccxxxvii.quæritur,nu.1.lib.iii.& diximus ſupra tractando de mãdato iuriſdictionali.Nunquid autem procuratore expreſſe reuocato, ſciente, & nõ contradicente domino , adhuc procurante uideatur induci nouum mandatum uide Roman. in conſil.lxxvi.cum ibi adduct.et Alexand.in cõſi.cxxviii.ſentio. in fin.lib.vi.& Boer.deciſi.ccxlvii.in ſi.concludente quòd ſic.

Et hæc omnia poterunt inſeruire, quando(ut diximus) ipſemet dominus nullitatem ex defectu mandati, et uoluntatis ſuæ in iudicio proponit.

105 Si uero ab altero , puta ab eo qui ſententiam ad inſtantiam falſi procuratoris ſibi contrariam reportauerit,opponetur,tunc ultra omnia et ſingula præmiſſa (quæ à fortiori contra ipſum ad promandum mandatum tacitum , uel expreſſum militabũt)

de facili nullitas, et proceſſus hmōi ſanari poterit, uidelicet per expreſſam ipſius domini ſuperuenientem ratihabitionem cum (attenta communi ſententia doctorum, de qua ſupra) idem principalis dominus etiam poſt ſententiam latam poſſit eandem ex defectu mandati, & conſenſus ſui impugnatam ratificare. & conualidare, ut ſupra uidimus, & ideo ceſſabit obiectio.

Sed ſi idem aduerſarius ſententiam, ſeu proceſſum ratione defectus mandati reſultantis ex inhabilitate ipſius conſtituentis oppugnaret: puta quòd conſtituens fuiſſet pupillus, religioſus, filiusfam. uel ſimiles, tunc cum ſententia, & actus fuerit ád com modū, & utilitatem couſtituentium geſti, obiectio nō procedet, per reg. l. non eo minus. C. de procur. ut diximus ſuprá.

Si ratione inhabilitatis ipſius procuratoris conſtitúti proceſſus impugnabitur, conſiderāda erit ſpecies inhabilitatis obiecta, quoniam ſi aliquo pacto idem conſtitutus capax iudicii extiterit, & ſaltim pro ſeipſo in iudicio ſtare potuerit: prout minores, filijfamilias, fœminæ, religioſi, et ſimiles, qui & ſi pro aliis non poſſint, pro ſeipſis tamen (ut multi uoluerūt) legitime in iudiciis eſſe poſſunt. Vnde ſi cōtra eosdē non fuiſſet oppoſitū, neq; exceptum iudiciū, & ſententia ab eiſdem obtenta ualida reputaretur, ut notatur in. l. filiusfamilias. §. ueterani. per illum tex. ff. de procu. & in. l. quos prohibet. ff. de poſtul. & l. ita demō. & l. exigēdi. C. de proc. & l. qui procur. §. ſi quis remiſit, & l. Pompon. §. rati. ff. de procur. & in. l. licet. C. eodem tit. & Abb. in. c. non iniuſte, ſuper. i. glo. extra eo. tit. cum alijs, de quibus in propoſito per Hippol. de Marſ. in. l. ſi quis ne quæſt. nu. 44. & nu. 109. ff. de quæſt. Tales etenim exceptiones procuratoriæ appellantur, & de apicibus iuris exiſtunt, nec (ſi umittuntur) uitiant. l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. mandati. l. in exceptionibus. §. ſed & ſi. ff. de prob. iuncta gl. in cle. ſi religioſus, de proc. cū ſimil. Si opponeretur ꝙ procurator exceſſerit fines mādati, erit diligenter cōſiderandū: primo quoad ipſam formā, & nunquid obiectio ſit uera, & habeas pro regula ꝙ in dubio actus præſumitur factus à procuratore eo modo quo fuit mandatū. l. qui negotiationē, in princ. ff. de admi. tuto. quem tex. ad hoc adducit Bald. in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber. et tradit Bart. in. l. Titiū. §. altero ff. de admi. tut. quos refert, et ſequitur Decius cōſi. 77. colum. ii. in fin.

Inſuper ſatis eſt, quòd mandatum ſeruetur in effectu. l. fin. §. fina. ff. mand. l. mandati. & ibi Bald. C. eodem titulo. ponit Deci.

conſi.

conſi.lxxvii col.iii.uerſi.primo ergò, & uide per dominum Iaſ. in.l.ſi procurator.C.de procu. Ex quibus omnibus ſi diligenter conſiderabis, facile proceſſum tuum ab huiuſmodi obiectionibus defendes,& quæ deſunt hic, ſupra ſub rubrica de nullit. ex defectu,inhab.et mand.comp. reperies.

SI PROCESSVS. & ſententia ratione defectus citationis impugnabuntur, imprimis,cōſiderabitur quomodo nullitas hæc in iudicio deducatur,et qualitercunque deducta fuerit, erit aduertendum primo,nunquid actus,qui ratione defectus citationis impugnatur,fuerit talis quòd de ſui natura partis citatio nē requiſierit,quoniam plura ſunt,quæ uel ratione ſui,aut ipſius partis citandæ citationem de neceſsitate non expoſcunt.

RATIONE ſui, ueluti ſententia, interlocutoria uim diffinitiuæ non habens , quæ et ſi parte non uocata ferri non debeat,ſi tamen fuerit lata ipſo iure tenet , ut declarat Aegid.concluſi.xcii.interlocutoria,et Rot.ccccxxv. ſed pone, in nouis.et dxlviii.utrum proceſſus,in antiq.ponit Innoc. in.c.auditis , extra de proc.et doct.in.l.de unoquoque.ff.de re iud. quod maxime procedit, quanto huiuſmodi interlocutoria parum grauat, quia talis indiſtincte abſente parte ferri poteſt , ut eſt tex. in.l. diem proferre, in princ.ff.de arb.et.l.ille a quo. et.l. recuſare. in princ.ff.ad Treb.ponit glo.in.l.i.nec quiſquam.§. ubi decretum. ff.de off.procon & Rot.deciſ.xciii.iudex in addi.in no.

107 Idcirco ſi cauſam coram iudice inter ipſas partes præſentes ſiue citatas inſtructa,ac plene de ueritate illius cognitū fuiſſet,et non ſupereſſet aliud quàm diffinitiuæ ſententiæ prolatio , etiam quòd iudex ſententiam huiuſmodi parte non uocata proferret nihilominus defectu citationis non obſtante. haberetur pro legitima: & ex hoc,ſi alias iuſta foret, non deberet irritari , quoniam omiſsio citationis hoc caſu non grauat cum iura partium fuerit audita,& diſcuſſa , et propterea non de iure naturali , ſed ſolennitate meri iuris poſitiui citatio tali caſu habenda eſſet,quæ omiſſa parum uitiaret ,quia in effectu rationi,ac menti ipſius legis ſatisfactum eſt , ut præmiſſa ſentit Bald. in.l. ſi accuſatoribus, columna penultima.uer. in eadem glo.C.de accuſ. & Bart. in.l.ii.§. quòd ſi de frumentaria.per illum textum.ff.de admi.rerum ad ciuit.pertinen et in.l.fi.in.fi.C.ubi quis de cur.alia uc,ponunt Canoniſtæ, in.c.auditus,ubi.gl. in uerb. ad illum extra de proc.et tenet Dec.conſi.dcii ii.uiſo puncto,colum.penulti. in fi.

& facit quod uoluit idem Bald.in.l.cunctos populos, in repetitio,col.xx.uerſ.item pone.4 concluſionem.C.de ſum. tri, dum ponit nō ualeret ſtatutū,quod quis abſque citatione cōdemnari poſsit,quod dicit eſſe uerū cauſa non diſcuſſa,ſecus ſi cauſa diſcuſſa fuerit,et infert ualere ſtatutū Peruſii diſponēs, ꝙ ſententia nō uitietur,etiam ꝙ reus ad ſententiam non fuerit citatus, quando de crimine,ſeu ueritate rei conſtat, quia ſublata defenſione per liquidationem facti ſtatutū nihil cōtinet iniquitatis, & hoc dictū Bal.prono.refert,& ſequitur Alex.in propoſito noſtro, conſili. ccxxv.Ponderatis,col.3.uerſ.corroboratur,li.vi. hoc etiā modo intellige eundē Alex.in conſi.lxv.habita col.pe.uerſ.& dato. li.1.dum uoluit ſtylum,et conſuetudinem poſſe ſolennitati citationis derogare, facit etiam quod ponit idem Alex.in.l.nō ſolū .§.morte,col.xv.ff.de noui ope.nunciatio.dicens non eſſe audiēdum illū,qui nihil aliud allegat,niſi quod non fuit citatus,nec deducit aliquid releuās,quod dixiſſet,ſeu propoſuiſſet ſi citatus fuiſ-
108 ſet,et idē ſentit in.l.pupillū.ff.de re iudicata.Citatio igitur poſt quam cauſa plene inſtructa reperitur,eſt de iure poſitiuo, & ex ſtylo in aliquibus locis omittitur: quoniam facta concluſione
109 in cauſa,abſque ulteriori citatione fienda iudex ſententiam dicere poteſt,prout fit in.regia curia Neapolitana,ut atteſtatur de-
110 cit.eiuſdem curiæ.cclxxxiii.diu eſt,colum.fin.et deciſi.cccxci. fuit,& propterea etiam quòd in Romana curia pars ſpecialiter, et nominatim ad ſententiam audiendam citari cōſueuerit,ut uult Rota,deciſi.ccxlii.retento,in no.et Felin.in c.conſuluit,uerſic.ii. nota.nume.16.de offic.deleg.et Alexand.conſilio.cv. Ponderatis,col.ii.lib.v.Nihilominus eueniente caſu, quòd facta concluſione in cauſa abſque pronunciatione,prout quandoque in Rotæ auditorio in ultimis audientiis, quando uacatione generales inſtant,fieri ſolet:ut in deciſio.dcclv.Sciendum eſt, quòd in uacatione,in antiq.ſi poſtea abſque alia citatione ſententia ferretur, defectus talis cùm ſit mere iuris poſitiui, et totaliter ex arbitrio iudicis pendeat,per uiam reſcripti in eadem Roman.cur. forſan de facili reparari poſſet:prout etiam in eadem reparari, & ſanari uidemus examen teſtium abſque citatione,cum interrogatoriis tamen aduerſæ partis examinatorum, ac etiam prout ſanantur reliquæ nullitates,quæ mere ſunt iuris poſitiui, & defenſionem partium non concernunt,ut dicemus infra.

Idem etiam foret,ſi fieret actus à mera,ac libera uoluntate facientis

cientis dependens,quoniam ad talem actum fiendum puta uidẽ dum fieri declarationem à proprietario rem emphyteuticam in commiſſum cecidiſſe non eſſet pars citanda.per notata in.l.in re mandata.C.man.& Bal.in.l.neque natales.C. de prob. cum aliȷs, de quibus in propoſito per Alex.conſi.vi.circa.col, fi. lib.iii. & conſi.44.uiſa,poſt princ.lib.eo.& melius conſi.cxxx.difficultas, li.i.ubi loquitur de teſtibus abſque citatione examinatis, quod ſuſtinetur quando perſona teſtis erat omni exceptione maior,et contra quam pars non poterit uerisimiliter contradicere per ea quæ uoluit Bart.in.l.Theopompus,de dote prælega.& iſtud reaſſumit Hippol.in.l.i.§.cum quis latrones.ff.de quæſt.

111 RATIONE partis, ſeu litigatoris aliquando citatio omiſſa non uitiabit,puta ſi generaliter ad totam cauſam citatus non comparuiſſet: quoniam ratione ipſius contumaciæ ad reliquos actus eundẽ ulterius citari nõ oportebit:prout notãt doc. poſt Innoc.in.c.conſuluit,de off.deleg.ubi Feli. colum.6. uerſic. Tertio nota.et in.c.cum olim,ubi idem Feli.ſuper ultimo notabili.de teſtib.& ponit Rot.deciſi.cccxlv.licet impetrans, in no. cum aliȷs,de quibus diximus ſupra ſub rub. de nullit. ex defect. proceſſ.Nam reliquæ citationes quæ ex ſtylo Rom.cu.contra huiuſmodi abſentes, & ad totam cauſam citatos non comparentes in audientia publica contradictarum fieri conſueuerunt potius ex quadam urbanitate,quàm neceſsitate fiunt,ut inquit Rota,decis.xciii.iudex,in fine, et deciſion.lxxviii. poſt lapſum,& ccxlv.licet.et.ccxxiii.ſi committatur in no.

112 Idem foret,ſi litigator fruſtratorie ab aliquo grauamine appellando à iudicio receſsiſſet:Nam cum ipſu tacite proteſtari uideatur,ſe nolle corã tali iudice decætero litigare, ſi appellationi huiuſmodi non renuntiauerit ad ſententiam contra eundem etiam abſentem,et non uocatũ procedi poterit,iuxta textum in.c.cum

113 qui.de dol. et contuma.lib.vi.et cle.i.eod. titulo. Siue aliunde contumax extiterit, uel ex aliqua alia cauſa.puta quòd ſua principaliter non interfuerit,uel certum fuerit aliquam illi non competere defenſionem, aut quòd eſſemus in aliquo alio ex caſibus in quibus de iure citatio omitti poteſt: quos enumerat Alexan. in.l.de unoquoque.ff.de re iud.et Io.Mil.in uer.citatio.Feli.in.c. cum olim,in.vii.col.de re iud.Mari. Soc.in rubr.de dila. in.vii, art.principali,ubi recenſet triginta caſus citationem non requirentes,et doct.in.l.nequicquam.§.ubi decretũ, ubi Iaſ. ponit ca-

ſus.xix.ff.de off.præſ.cxv. recollegit Ant.Nic.in trac.de cõcor. glo.iuris Ciuil.et Cano.concord.lii.quos occurrente caſu uidere poteris,quoniam aliquis forſan propoſito tuo inſeruiet.

114 Et notandum erit,quòd ubicunque citatio neceſſaria non fuerit,ſi omiſſa, ſeu inepte facta reperietur,uel is qui citabatur non expectatus fuerit,actus nihilominus ualebit,nec ex defectu citationis ĩpugnabitur,ſec.Innoc.in.c.cũ inter.in fi.per illũ tex.et ibi Abb,de elect.et Fel.in.c.cũ ordinẽ,colum.3.uerſic.et ad hæc.de reſcrip.et Ang.in.l.diuus,colum.ii.ff.de reſtit.in integ.

115 Si uero fuerimus in caſu neceſſario citationem requirente, tunc ſi ex aduerſo fuerit oppoſitum citationem aliquam nõ præceſſiſſe,uidendum erit nunquid ex proceſſu conſtet ipſum aduerſarium tempore actus,de quo agitur,præſentem fuiſſe:Nam eo caſu citatus præſumeretur,ut declarat Abb.in.cap.bonæ,col. penult.extra de elect.per Archidia.in.c.propoſuiſti. lxxxii. diſtinct.cum aliis,de quibus ad propoſitum add. per Hippol.in.l. unius.§.ſeruo.uerſic.ſed iuxta prædicta.ff.de quæſt.

116 Ex præſentia nanque partis purgatur omnis defectus citationis,ut dixi Abb.in cõſ.38.tria ſunt, colum.i. uolum. primo , et Deci.in conſi.449.uiſis duobus,colum.2.uerſic. præterea lib.4. et conſil.dcxviii.in caſu, colum. 2. nume.4. lib.5.tenet Anton. Capic.in prima deciſi.Neapol.col.fin.

Quot etiam procedit,ſi pars ſponte,et abſque citatione comparuiſſet: quoniam huiuſmodi ſpontaneo comparitio tollit (ut dixi)et purgat omnem citationis defectum,ut uoluit glo.Bald. Alexand.et alii in.l.i.in princ.ff.de feri.et idem Alex. in conſil. cxxiii.uiſo,colum.i.libro.ii.Solennitas etenim citationis relaxari,& per ſuum æquipollens adimpleri poteſt,ut dixit Caſſad. deciſio.ii.ſub titulo de iud.in iudicio autem comparere citationi æquipollet:quia ad illum finem citatio inducebatur : & propterea menti, ac rationi legis ſatisfactum eſt : ideo non curandum de modo cum finem habeamus:prout declarat Bald.in Specul.in titul.de Reo. in uerb. qui habeat ius reuocandi , ubi dicit hanc eſſe ueram,& communem opinionem,& per eundem in.l. ſi accuſatoribus,colum.ii.uerſic.in gloſſ.fuit ibi præſens, &c.C. de accuſatio. ita etiam tenet Abb.in.c.tenor. colum. final. de re iudica.et diximus ſupra ſub rub.de nullitat.ex defectu. citat.iſte etiam defectus purgatur per ratificationem actus tacite, uel expreſſe ex poſt ſubſecutam,ut probatur in,c.quod ſicuti,et ibi gl. in uerb.

in uerb.conſentire.de elect.et tenet Deci.in conſil.cclxxiiii.col. fin.uerſ.ſecundo reſpondetur,lib.ii.

117 Bonum inſuper fuerit conſiderare nunquid actus, ſeu ſententia,quæ impugnabuntur,fuerint antiqui: quoniam tunc pro ſententia,et temporis diuturnitate,uidelicet quòd rite,et recte, ac citatione præuia,lata fuiſſet præſumeretur.c.bonæ.el.i. de elect.et ponit Bal.in.c.i.col.v. uerſi. quæro ſi apparet,etc. de milit. uaſſ. qui contuma.cum aliis de quibus.per Alex. conſili.cv. Ponderatis,columna.ii.lib.quinto,et Deci. conſilio.cxxiii.columna.ii. lib.ij.et diximus ſupra loquendo de mandato.

Si uero oppoſitum fuerit quòd, et ſi citatio aliqua præceſſit, nihilominus illam tanquam inefficacem,et defectuoſam non ualuiſſe,neque arctaſſe citatum ratione citantis, citati, uel formæ ipſius citationis:prout plene tractauimus ſupra, ſub rub.de nullit.ex defect.cita.tunc conſiderabitur modus, et cauſa nullitatis
118 intentate: quoniam ſi citatio ex defectu iuriſdictionis ipſius citantis impugnabitur. poteris tunc recurrere ad ea.quæ ſupra diximus loquendo de iuriſdictione ſub hac eadem rub. et habebis pro regula,quòd illud propter quod tollitur, ſeu ſuſpenditur, uel impeditur iuriſdictio, ſeu poteſtas iudicātis,eidem iudici cōſtare debet,et notū eſſe: alioquin ſi de cauſa impeditiua illi non conſtaret,citatio ſaltim quod conſtituendum ipſum citatum nō comparentem in contumacia, ac eundē uelut contumacem puniendum,regulariter ualeret,argum.tex.in.l.ſi quis ex aliena,et ibi doct.ff.de iud.et tex.in.l.2. ubi etiam ſcribentes. ff. ſi quis in ius uocatus,et in.l.non uidetur,ubi gl.et Bar.ff.co.ti. de iud. ponit gl.in uerb. niſi cognouerit. in.c.ſi duobus, de appel. et in.c. cum ordinē,ubi Fel.col.x.uerſi.quarta declaratio.poſt Pan. ibi, col fin.de reſcrip.et idem dicas, ſi citatio impugnaretur ratione alicuius priuilegii, ſeu infirmitatis,uel alterius legitimi impedimenti,quia de his iudici conſtare debuiſſet.alias citatio, et proceſſus ipſo iure tenerent,ut notant doct.in l.quæſitum, per illū tex.ff.de re iudic.et in.d.l.ſi quis ex aliena. et.l. contra maiores, ubi gloſſ.eodem titul.de re iudi.et Canoniſtæ in.c.ſecundo, extra de procuratoribus. et doctores in.l. ſecunda §. ſi quis in iudicio.ff. ſi quis cautio. et alias ſupra diximus in rubrica de nullitate ex defectu.iuriſd.
119 Si citatio ratione defectus ipſiuſmet citationis oppugnatur, puta quòd tempore feriato per iudicem decreta fuiſſet

tunc

tunc poteris reſpondere quòd quicquid ſit de iure, in iudicis magis receptum eſt: citationes, & illarum executiones, etiam tempore feriarum decerni,& exequi poſſe,ut docet Rota, deciſione.ccclxvii.ſi committatur.in no.

120 Si diceretur citationem non ualuiſſe, quaſi à iudice non commiſſam,uel ſaltim ad inſtantiam partis decretam non fuiſſe,replicari tunc poterit eo ipſo,quòd de citatione per relationem nuntii ex actis cõſtat,partis inſtantiã, & iudicis decretũ proceſſiſſe, præſumi debere:ut uoluit Guil.de Cuneo, in.l. ad peremptoriũ. ff.de iud.& Ant.Imol.Abb.Feli.& alij in.c.i.extra eo.tit. & Lanfranc.in.c.quoniã & cõtra.in uerb.citationes, uerſi. item eſt notandum,quòd citatio &c.extra de prob.& tradit Alex.in conſ. cxxiii. uiſo proceſſu.uerſi.& cum nihil appareat,&c.eo.lib.ii.

121 Si opponeretur citationem non ualuiſſe quaſi abſque loco,& tempore decretam replicabitur quòd omisſio eorundẽ, ſi fuerimus in iudice ordinario,non uitiat,cum de loco & tempore ſolitis uidelicet quibus idem iudex ius dicere conſueuit, intelligendum ſit, prout de utroque dicit & comprobat Felin. in.c. cum M.col.iii.circa fin.de conſtit. & idem poſt alios in c. conſuluit. uerſi.nota ibi in textu ea hora &c.de oſi.deleg. & Alex. in conſil.xlviii.in cauſa circa fin.lib.vii.prout hęc & ſimilia latius uidere poteris ſupra ſub rub.de nullit.ex defec.citat.

122 Inſuper tam ad præmiſſa,quàm etiam ad reliquas oppoſitiones quæ aduerſus citationem fieri poſſent, erit aduertendum, nunquid forſan probari poterit,quòd citatio quæ defectuoſa & inualida prætenditur,ad notitiam eiuſdem aduerſarii peruenerit, per illamque ſufficiente de cauſa mota, ſeu actu contra ipſum fiendo,inſtrui,& certificari potuerit,quoniam tunc probata huiuſmodi notitia taliter certificatus habebiť pro legitime citato, ut uidetur tex.in.cle.cauſam.in fin.& ibi ponunt doct. de elect. & Feli.poſt alios in.c.cum contingat.col.vi. uerſi. & pro iſta limitatione. de reſcrip.& facit text. in.l.i.§.ex edicto.ibi,neque in notitiam peruenit &c.ff.quæ ſent.ſine appell.reſcin.l.ex conſenſu.§.ſi.ibi,cũ qui cognouit edictum &c.de appell. tenet Roma. conſil.ccccx.incipiente,ut clarior reddatur.col.i.cũ pluribus alijs adductis in propoſito per Boer. qui hoc tenuit deciſio. 235.col. penul.in prin.& extat deciſi.Rot.cclxxi.ſi de mãdato.in no. & in eadẽ Rota ſuper hoc uiget particularis cõſtitutio Inn.8. quæ uulgo dicitur Innocentiana, quam habemus quotidie ꝑ manib.

123 Talis

123 Talis autem notitia inter cæteros modos probabitur, ſi conſtabit citatum uel citandum ſuper eadem citatione, uel comprehenſis in ea amicum ſeu procuratorem conſuluiſſe,ut docet glo. in.d.clemen.cauſam.in uerb.certa.aut ſi appareret poſt executionem huiuſmodi citationis eũdem citatum ad talem cauſam procuratorem conſtituiſſe,ut docet Rot.deciſi.xix.fuit dubitatum. & dicta deciſi.cclxxi. & deciſio.ccccij.ſi actor.circa fin.in no.& Aegid.concluſio.dxxxix.licet.&.ccclxiiij.qui per ſe.& ſequitur Feli.in.d.c.cum contingat.& Staſil.de lit.grat.fol.145.& Saruē. in compend. ſuper regu.de non iudicando.fol.84. ſecunda facie. & Boer.deciſio.cclxxxi.columna penulti. in fin. uel ſaltim talis
124 defectus de facili hoc caſu per reſcriptum reparari poterit: ut in Romana curia quotidie experimur: dum defectus huiuſmodi citationum ſanantur per reſcripta adiecta clauſula (dummodo ad notitiam citati peruenerit) prout etiam atteſtantur doctores ſupradicti.

Quæ inſeruire poterunt nedum quando contra citationem, uerumetiam quando contra illius executionem opponeretur, puta de forma ipſius citationis non ſeruata: prout in iſtis terminis proprie loquitur Rot.et Aegi. in ſupraſcriptis deciſionibus.

Hæc pauca quoad iuriſdictionis inhabilitatis,ſeu mandati cõparentium & citationis defectus præcipuos & releuantes repa-
125 randos currenti calamo prælibauimus Reliqui uero aliunde prouenientes defectus,cum mere iuris poſitiui ſint, neque partium,uel iura cauſarum merita concernant, ſed potius ad quendam iuris rigorem conſeruandum inducta, uideantur in eadem Romana curia in uim reſcriptorum de facili reſarciri,& reparari conſueuerunt,maxime in cauſis beneficialibus, ſeu alias quomodocunque ſummarijs: in quibus iudex procedere poteſt ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij, a ſola ueritate inſpecta &c.uigore quarum clauſularum idem iudex ab omni forma iudiciorum a iure ciuili inducta,releuatur,& duntaxat ad formam a iure naturali & gentium inductam obſeruandam adſtringitur,ideo ſatis fuerit quòd tunc in iudicio interuenerint ea, quæ inſtruunt,& decidunt: quamuis ea quæ ordinem, ac ſolennitatem iudiciorum reſpiciunt,omiſſa fuerint: ut uoluit text. in clem.ſæpe.& ibi glo.in uerſi.daſenſiones.et ſcribē.de uerb.ſignific.& Bar.in conſtitu.ad reprimendum.in uerb.figura.& Io.mo. in.c.fi.in uerſi.figura.de hæret.lib.vi.ubi dixit quòd iudex ſtan-

tibus huiuſmodi clauſulis poteſt incipere proceſſum ab articulis & illis probatis proferre ſententiam,quem retulit Rot.deciſ.33. qñ committitur.poſt prin. in nouis. & Paris de ſind.in.5. reſtat unum aliud.col.fi.ubi & ſuperius in uerſi.eſt tamen aduertẽdum cum pluribus ſeq.copioſe de hac materia differit, cũ alijs de quibus per Fel.in.c.olim.col.fi.de accuſ.& in.c.i.col.xvij.cum ſequ. de conſtitu.& Anto.in.c.ij.de iurament. calum.Deci.conſi.449. uiſis.col.4.nu.21.lib.4.Et talia de iure cõi intelligi debent. qualiter autem intelligatur, & qui termini ſubſtantiales etiam in ſimilibus iudicijs ſeruari debeant, magiſtraliter ordinarunt dñi de Rota ex illorũ antiquo ſtylo in deciſione prædicta.33.et declarant etiam in deciſ.56.domini oẽs.in nouis.Nullitates itaque ex defectu iuris poſitiui inſurgentes in ſimilibus cauſis uel opponi non poſſunt,uel ſi opponerentur,de facili (ut dixi) reſarciuntur & nedum hoc fieri conſueuit in curia in cauſis prędictis,uerumetiam in cauſis profanis, ante tamen ſententiam : et priuſquam de nullitate per partem aduerſam oppoſitum fuerit : uel etiã qñcunque: ubi ageretur de proceſsibus in partibus factis,uel etiam de factis in curia : ſed tunc adiecta clauſula refectis expenſis, uel conſtito de bono iure. His etenim & ſimilibus caſibus ſolitum eſt obtineri reſcriptum,quòd iudex cauſæ quibuſcunq; nullitatibus reiectis dummodo ex defectu iuriſdictionis,mandati,et citationis non ſint,ex eiſdem actis ad confirmationem uel infirmationem,ſeu cauſæ expeditionem perinde ac ſi defectus & nullitates oppoſitæ non obſtarent procedat : pro quibus facit concluſio Aegid.concl.738.in cauſa mea Gerunden.& Caſſad. deciſ.4. nu.5.de cauſ.poſſeſſ.& proprie.et Stafile.de lite.grat.& iuſt.152. uerſi.ulterius notandum eſt.et fol.184.uerſi.cauſa. ſi in profana & Saruen.in dicto ſuo compendio fol.86.uerſi.aliæ tamen nullitates ſecunda facie & facit etiam alia deciſio Caſſado. deciſ.ij.de iud.loquens de terminis ſubſtantialibus ad dicendum contra articulos,et dicẽdũ cõtra producta : qui ſi omittũtur,proceſſus ſaluari poterit,cõcurrẽtibus his de quibus ibi per eũ, quẽ uide &c.

POSTREMO generaliter in materia noſtra prodeſſe poterit,ſi ex aliqua parte actorum confeſsio ipſius aduerſarij ſuper eo quod agitur principaliter emanata deprehenderetur : qm̃
126 proceſſus et ſententia licet ob ordinem iuris non ſeruatum,aut lapſam inſtantiam uel alias per uiam nullitatis impugnari poſſent, in uim tñ confeſsionis huiuſmodi iudicialis ſuſtinebuntur.

Ex

Ex quo confeſsio ad ſui ualiditatem telam iudiciariam regulariter non requirit: ut uoluit Innocen.in.c.qualiter & quando.el.ij. col.pen.uerſi.non negamus tamen.de accuſat. Et quia ex tali cõfeſsione iudiciali inducitur notorium.c.ueſtra.et.c.fin.de cohabitatio.clerico.& mul.& Innoc.in.c.ſtatuimus. col.ij. in fin.de off. dele.In notorijs aũt ordo iuris, et iudiciorũ ſolennitas non requiritur: prout in terminis noſtris dicit Bald.in.l. properandum.in princ.col.4.in fi.C.de iud.& in.l.i.col.iij.uerſi. quæſtio ergo ſtatus.eod.tit.& in.l.et ſi ſeuerior.col.fina.C.in quib.cauſ.inſam.irrog.Sententia igitur & proceſſus ſuper iudiciali partis confeſsione, quaſi ſuper notorio fundata, ſuſtinebitur: neq; oppoſitio nullitatis, quę eandem confeſsionem ratione incompetentis iudicis, ſeu inhabilitatis ipſius confitentis non concerneret releuabit: ut declarat Bal.in.l.fi.col.ij.uerſi.quæro quomodo.C.de fideicommiſſ. libert. ubi dicit quòd licet confeſſus de nullitate ex defectu proceſſus obijcere non poſsit, poterit tamen obiicere quòd perſona confitentis non fuerit legitima: & per docto.in.c.at ſi clerici.extra de iud.late poſt Bar.declarat Alexand.in addi.in.l.ſi confeſſus.ff de cuſtod.reo.& de quo per Bar.in.l.creditores. colum. vij.uerſic.quinto principaliter.C.de pignor. quem ad hoc adducit deciſio Neapolit.cxci Abbas ruſilius.colum.fina. & deciſio. clxxxij.quia.columna ſecunda, ponit Bald.in.l.ij.columna ſecunda.uerſic.extra oppono.C.de re iudica.ubi dicit quòd confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine libelli.ſeu alio iuris ordine non ſeruato.& idem ponit in rubric.de iuriſdictio.omnium iud. columna fina.et Alexand.in conſil.34.uiſo proceſſu.columna ſecunda.uerſicu.non habet obſtare.lib.iij. ubi uoluit iudicem contra confeſſum ad expeditionem cauſæ procedere poſſe: non obſtante quòd proceſſus ſit nullus, Idem etiam uoluit in conſilio. cxxvij.uiſa.col.ii.in princ.lib.4.et Socy.in.c.fi.art.32. de libell. oblat.et Fely.in.c.licet Hely.col.fin.uerſi.xxvij.de ſimo. & Abbas poſt alios in.c.Piſanis.col.iii.uerſic.ultimo ſingulariter nota &c.de reſtitutio.ſpolia.et in.c.ſecundo, de confeſſ.Guid.Pap.deciſio.cxx.Paris de put.de ſind.in uerſi.executio.uerſi. pone quòd. circa fin.& Franc.in.c.dilecto.col.v.de appellatio.quem refert et ſequitur idem Felin.in.c.cum dilecta.colum. xviii.uerſicu.limita octauo.de reſcript.cum pluribus alijs ad propoſitum congeſtis per Hippoly.in.l.i.§.diuus. Anto.uerſi. & licet iſtud dictum Saly.numero.12.ff.de quæſt.

Quamuis igitur proceſſus ex aliqua cauſa non ualuerit, ualebit tamen confeſsio coram ſuo iudice emanata: inquit Bal. in authenti. offeratur. in fi. de litiſcont. Abb. in. c. cauſam. col. i. uerſicu. contra textum oppono. de off. deleg. dummodo (ut diximus) cauſa annullans pariformiter inualiditatem confeſsionis non reſpiceret, puta ratione inhabilitatis ipſius confitentis. l. clarum. C. de authorita. præſtan. l. ſi filius. la. ii. ff. de interroga. actio. & ponit Bal. in addi. Spec. in titu. de confeſſ. colum. iij. uerſic. quandoq; proceſſus. & Abb. in. d. c. Piſanis. col. iij. in fine. de reſtitutio. ſpoliato, et Fel. in d. c. cum dilecta. col. xviij. uerſi. et intellige prædicta de reſcrip. Vel ratione incompetentiæ ipſius iudicis: ut declarant Cano. in. d. c. at ſi clerici. & Spec. in titu. de confeſ. §. nunc uidendum. uerſic. nunc dicendum reſtat. cum alijs de quibus per Alexand. xiii. conſil. col. iii. uerſi. fortificari. lib. i. & hanc materiã proſequitur Ange. et poſt eum Auguſtinus conterraneus meus in tracta. maleficiorum. in uerb. comparuerunt dicti inquiſiti, & totum confitentur. uerſicu. quæro an confeſſus. fol. 239. ſecundum paruas impresſiones.

Vel ſaltim ſi tanquam ſolennis ſententia ob aliquam nullitatem ſuſtineri non poſſet: nihilominus tanquam præceptum in confeſſum factum ſuſtineretur, iuxta terminos. l. ſi debitori. ff. de iudic. et. l. proinde. in fin. ff. ad. l. aquil. prout notanter determinat Rota deciſio. dlxviij. utrum ſi contra reum. quam uide. & facit alia deciſio. dxli. utrum præceptum. in antiq. & propterea ſi iudex magis adhæreret opinioni Ang. poſitæ in conſi. clxxvii. in Dei nomine &c. et Bal. et Salic. in. l. ut debitum. in fi. C. de hæred. actio. et eiuſdem Bal. in. l. fi. § quòd ſi actor. uerſicu. ulterius &c. C. de iuramen. prop. calum. dat. uolentium quòd ſi ſuper libello inepto emanaret partis confeſsio: uel quòd in eodem iudicio, ubi adeſſet confeſsio, omitteretur, uel præpoſteraretur ordo iudicij: ſententia aliqua condemnatoria ſequi non poſſet &c. Tunc enim replicari poterit, quòd ſi huiuſmodi ſententia tanquam ſententia non ualet, ualebit tamen eo modo quo poterit, uidelicet tanquam præceptum factum inconfeſſum. per deciſio. dlxviij. et ad præmiſſa facit id quod uoluit Alexand. conſil. lxxv. in cauſa. columna ſecunda, lib. vii. cum ſimil.

127 Inſuper ſtudere oportebit, nunquid nullitas obiecta aliquo modo ex iure, uel ex facto offuſcari, uel ſaltim dubia reddi poſſit: quoniam re exiſtente dubia contra nullitatem: & ut actus

ſuſtinea-

ſuſtineatur,& magis ualeat quàm pereat iudicari debebit. p reg. l.quoties.ff.de reb.dub.l.ſi quando.ff.de lega.i.l.Gallus.§.i.l. Titius.§.fin.ff.de liber.et poſthu.c.in his.de uerb.ſignifi.l.ſi pars.ff. de inoff teſtamen.l. ſi inter.in fin.ff. de reb.dub. ponit Bald. in.l. eam quam.col.x.uerſicul.ſed ſubiungitur.C. de fideicommiſſ.et gl.in uerb.non uidebatur.in fi.in.l.i.ff.de eo quod cert.loc.& ponunt Cyn.Bald.Imol.in.l. cum teſtamento.§. hæc uerba. per illum text.ff.de hæredi.inſtitu.et Rot.dlxviij. utrum ſi contra.in antiqu.& Aegid.concluſ.cxxxv.ſi epiſcopus.

128 Sicuti etiam in dubio uidemus pronunciari appellationem ualuiſſe,nec eſſe deſertam : ut docet Pau. de Caſtr.in.l.i.ff.ſi quis cautio.quem ſequitur Rota , ut per Caſſad.deciſio.viii.in fin.de appellatio.et deciſio.ſeq.in fin.eod.tit.ubi aſſerit Rot. ita tempore ſuo ſeruaſſe : quam doctrinam ſecutus eſt etiam Deci. conſil. lxxxiij.diuino.in fin.& conſi.cccclxv.in caſu.col.x.numero.45. et conſil.dclxxvij.uiſis et conſideratis.in princ.& Alexan.conſil.cxiii.uiſo.in princ.lib.v.& conſil.ccclvi.in cauſa. in princip.libro tertio , cum pluribus alijs ſimilibus per me poſitis ſupra in prima Rubrica ſub numero.24.ubi uide.

129 Erit etiam conſilium quòd cauſa,quoad ſui merita, quantum fieri poſsit,inſtruatur : ut iudici nullitatis ſeu appellationis de bono iure partis in negotio principali conſtet. Nam præſuppoſito quòd ſententia prima foret nulla.puta abſque citatione , uel in die feriato,ſeu extra inſtantiam,uel ex aliquo alio defectu ſententiam ipſam concernente,lata : ſi tamen cõſtaret eandẽ quoad cauſæ merita in ſe iuſticiam continere a iudice appellationis ſeu nullitatis in parte,uel in totum quoad merita & negotium principale confirmari uel reformari poſſet. arg.l.fina.§. fina.ff. quot met.cauſ.ubi ſuper uero debito exacto proceſſus inordinatus tolleratur.et facit.l.abſentem.C.de accu.l.i.§.i.ff. quæ ſent.ſine app. reſcind.per quæ iura ita determinauit Bar.in.l.ſi expresſim.col. pen.uerſi. et dico quòd iudex nullitatis &c. de appellat. et idem Bar.in.l.ſi ut proponis.la prima,col.ii.uerſi. ex quo habes quòd ſicut cauſa appellationis &c.ubi dicit tale uerbum ab eo nunquã alibi auditum.C.quomodo et quando,et in.l.i.col. fina.uerſicu. quæro quid ſi datur libellus ſuper nullitate.C. quando prouoc. non eſt neceſſ.et in.l.iudex poſtquam.uerſicu.oppono quòd ordinarius &c.et.l.cõquerebatur.ff.de re iud.quem ſecutus eſt Anchara.in clemen.i.de re iud.et Anto.in.c.dilecto.colum.vi.et ibi Abb.

Abb.col.ii.de appel.& idem Abb.in.c.cum Ioannes.in fi.de fid. inſtru.& in conſi.xcvij.Saluatoris. col.i.lib.i. tenet Alexand.in conſil.lxxiii.in cauſa appellationis.uerſicu.tertio reſpondeo.col. fina.et conſil.clxxxi.in cauſa.col.fin.lib.vi.et conſi.lxxxi.in cau ſa inter Gaſparem.colum.fina. lib.vii. ubi etiam ponit quòd iu-
130 dex nullitatis confirmare debet tenutam nulliter datam: quan do ſibi conſtat quòd de nouo iuſtitia exigente danda foret: de quo plenius ponit Ang.in.§.quadrupli.col.xxi.uerſi.quæro im
131 miſſus.inſtitu.de action.Prout idem dicitur de captura non ri te facta, quæ ſi conſtat de debito, ſuſtineri poteſt: ut concludit Pau.de Caſtr.conſi.ultimo,in fin.primæ partis: & prædicta po nit & ſequitur Deci.in conſil.449. uiſis duobus.colū.iii.in fin.&
132 quòd ſententia nulla quoad merita cauſæ a iudice nullitatis cō firmari poſſit, eſt communis doctorum ſententia: prout atteſta tur et comprobat idem Alexand. in conſil. lxvii. uiſo themate. lib.vi.& in conſi lxxix.perſpectis.in princip. lib.ii. etiam quòd ex defectu iuriſdictionis nullitas prætenderetur, ut per eundem in conſil.cxi. uiſo themate. ubi de communi pariter atteſtatur. lib.v.& de quo per eundem in conſil.cxxii.uiſo proceſſu. in fin. lib.ii.& Guid.Pap.quæſtio.ccxciiii.quęro.& facit concl.Aegid. ccxcv.in cauſa mea.et conclu.381.ſi auditor ſecundæ. ubi dicit quòd iudex ſecundæ inſtantiæ ſuper nullitate primæ ſententiæ nullæ ex defectu ordinis iudiciarij, uel alicuius termini ſubſtan-tialis omiſſi pronuncians,ſi reperit dictam ſententiam iuſtam, il lam confirmare poterit,& eo modo pronunciare, quo pronun-ciauerat primus iudex: & Aegid.ſequitur Fel.in.c.cum cauſam. colum.iii.in prin.de re iud.Poterit itaque iudex reiecta nullitate primæ ſententiæ ſi error non fuerit expreſſus in prima ſentētia: & cauſa talis nullitatis in ſecunda ſententia ceſſet,eandem quoad merita proceſſus confirmare: ut declarat idem Alexan.in conſi. 53.quæritur.col.iii.lib.v.et Deci.conſi.483.pro reſolutione. co-
133 lum.ii.nu.8.uel etiam eadem ſententia reiterato prius, ac ſana-to proceſſu in toto,uel in parte defectiuo,idem iudex & nullita-tem declarare, & ſententiam eandem quoad merita confirmare, & uitium illius emendare poterit.prout docet Bald.in.l.eos.col. iii.uerſic.quærunt doctores.C.de appel.et in addi.ad Spec. tit.de ſentent.col.vii.uerſicu.ſi appellatur a ſententia nulla. et Franc.in rub.de app.col.vii.uerſic. quid autem ſi in cauſa. Lap. alleg.cvii. factum,col.peu.et Aegid.conclu.dxxii.concluſio quòd ſit audi tor.

tor.et conclu.404.ſi proceſſus.ubi dixit ex proceſſu ualido poſſe per iudicem appellationis proferri nouam ſententiam, quamuis prima fuerit nulla: ut ibi per eum.& in Roma.cur. aliquando ad circuitus euitandos concedi conſueuerunt reſcripta, quòd idem iudex de nullitate et negocio principali ſimul cognoſcat: ſiue quòd ſuper confirmatione et infirmatione primæ ſententiæ
134 ſimul et ſemel etiam ex eiſdem actis procedat: quoniam commixtio conſeruans ius partium, et illis proficiens admittiti debet: ut in iſtis terminis inquit Stafileus in dicto tract.de lit.gra. et inſti.fol.182.uerſi.ſi pars innodata &c.et in Rota uiget con-
135 ſtitutio Innocentiana, per quam auditor ſuper articulo grauaminis, ac negotio principali ſimul ac etiam aliquando (refectis tamen expenſis) omiſſo articulo appellationis, in dicto negotio principali procedere poteſt: ut quotidie practicatur. Idcirco habere iudicem propitium ualde expediet: quoniam ſi coram eo de nullitate ſententiæ (ut cauſa in longum traheretur) diſputabitur: per unum ex ſupradictis modis pronunciandi ipſi actori de facili conſulere poterit.

Et hæc ſunt quæ pro breui iuuenum exercitatione ſummatim et breui manu hic inſerere libuit: pleniorem autem doctrinam, & præmiſſorum cognitionem ex doctioribus eorum qui ante me fuerunt, et poſt uenturi ſunt, libris, Deo propitio adipiſcentur.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX SEV REPERTORIVM PRAESENTIS OPERIS.

DE LITERA A.

ABSENTEM iudicare diuinæ ac humanæ leges prohibent.titu.de nullit.ex defectu cita.nu.viii. pag.337

Acceptatio ſeu nominatio nulliter facta non conſumit poteſtatem iterum nominandi & acceptandi titulo.Quoties & intra quod tempus &c. num.xxxii. 119

Acta iudiciorum ſubſtantialia à lege non à partibus pendent:ideo ſi ſint nulla non poſſunt à partibus ualidari, quamuis partes poſſint ſe adinuicem obligare de illis parendo, & tunc in uim pacti ſuſtinētur,& mandant executioni, etiā ꝙ ſunt nulla. tit.qualiter & quib.mod.ſent.null.rep.poſ.num.xviii. 460

Acta facta cum perſona inhabili puta pupillo poſſunt unica citatione & audientiam cum perſona habili repeti et reintegrari, & in Rom.cu.poſſet ſuper hoc reſcriptū impetrari.tit.eo.nu.xc. 490

Acta facta corā uno iudice repetēda ſunt corā alio,alias nō prodeſſent.tit.quot,et quib.mod.nulli.in iu.prop.poſ.nu.cxxvii. 98

Acta et proceſſus in cauſa appellationis integraliter producenda ſunt:nec ſufficit producere partem. tit. à quo & quibus modis nullit.prob.poſ.num.xxi. 107

Acta iudicij non fuiſſe facta probantur per inſpectionem proceſſus.tit.de nullit.ex defect.cita.num.xv. 335

Actor ſi fuerit iudicij incapax puta minor,ex parte rei, opponi poterit de illius inhabilitate & impedietur proceſſus,ne iudiciū claudicet.tit.qualiter et quib.mod.ſent.nul.repa.poſ.nu.lxxxv. 488

Actor ſuam intentionem: et reus ſuam exceptionem etiam quòd eſſent fundatæ in negatiua probare debent. titul. à quo et quib. mod.null.prob.poſ.nu.i. 100

Actor ſeu procurator ad lites non facit inuentarium.titu.de nullit. ex defect.inhab.&c.num.cxlv. 304

† Act.o

Actio & libellus in iudicio apte proponi & concipi debet.titu.qua liter & quibus mod ſent.null.repa.poſ.num.vi. 457
Actionis nomen ſi in libello inepte exprimeretur, hodie nõ uitiat, tit.de null.ex defect.proceſſ.&c. num.xxv. 398
Actus qui fiunt per plures ut uniuerſos ut per capitulum,collegiũ: & ſimilia ratione inhabilium, qui interuenerunt non uitiantur. tit.de nullit.ex defectu iurisd.ord.num.clxxxv. 209
Actus à principe factus ſi aliter ſuſtineri non põt: præſumitur factus de plenitudine ptãtis.ti.de null.ex deſ.iuriſ.del.nu.liiii. 233
Actus loco nõ ſolito et clãdeſtine celebrati quaſi fraudulenti reprobantur.tit.de null.ex defe.proceſſ.&c.num.lxxxii. 417
Actus contra legem penalẽ factus non eſt nullus.ti.de null.ex defec.iurisd.ord.nu.cxxiiii. 179. Quid ſi fit contra iuramentum: uide tit. de null.ex defect.proceſſ.num.cxxxix. 443
Actus nullus nullum operatur poſitiui iuris effectum.titulo, quoties et intra quod temp.etc.num.xxvi. 119
Actus nullus habetur pro inutili et non facto quoad præiudicium tertij,ſeu commodum gerentis: ſecus quoad præiudicium illius.ti.eo.nu.liii. 123
Appellatio quando interponitur à ſententia, reſeruato iure dicendi de nullitate cẽſetur cõditionaliter interpoſita,uidelicet quatenus ſententia ſit aliqua.titu.quot et quibus modis null. propo. poſſ. etc.num.x. 76
Appellatio à diffinitiua etiã ꝙ eſſet nulla ex ſui natura ſuſpendit,deuoluit,et citat.ti.de nullita.ex defect.iuriſd.ord.nu.xix. 144
Appellatio non deuoluit niſi id quod in iudicio pendere reperitur: et ſic non deuoluit petitorium ſuſpenſum,tit.eo.nu.lxxxvi. 163
Appellatio ſiue bona, ſiue mala quoad appellantem deuoluit et citat:adeo quòd ſi in termino non comparuit, poteſt per audientiam contradictarum contra eum procedi, dummodo ſit acceptata à iudice,uel à parte.tit.eo.num.lxxxviii. 164
Appellatio ut deuoluat reſpectu appellati qui illi non detulit, eſſe debet legitima et legitime intimata,prout hic. titulo, eodem. num.lxxxix. 165
Appellatio ut deuoluat in qualibet cauſa ubi et qualiter in Rom. cur.ſit repræſentanda.tit.eod.num.xc. 165
Appellatio ſi eſt nulla,nullum operatur effectum : ſi fruſtratoria, iudex apoſtolos concedere debet, ſi fuerint petiti:alias proceſſus eſſet nullus.ti.eo.nu cxlii. 187
Appellatio quòd ualuerit,et quòd non ſit deſerta in dubio pronuntiandum

tiandum eſt.titu.qualiter et quibus modis ſentent. nullitat.rep. poſ.num.cxxviii. 509
Appellatio dicitur auxilium commune,et qualiter definiatur ſecũdum communem opinionem.ti.quid ſit nullitas.nu.viii. 5
Appellatio à quo ſit iuſtificanda, uidelicet ab appellante, uel appellato,et quis illorum acta producere, et quid probare debeat ad finem uictoriæ.ti.à quo,et quib.mod.etc.num.xx. 106
Appellatio nulliter interpoſita non deuoluit. titul. quoties et intra quod temp.etc.num.l. 122
Appellationis cauſa commiſſa ſi de appellatione non conſtat, iudici non cõpetit iuriſdictio,et ſatis erit conſtare per confeſſionẽ appellati,tit.de nullit.ex def.iuriſd.ord.num.ixxvi. 161
Appellationis cauſa deſerta quamuis cauſa nullitas non cenſeatur deſerta,ut num.xxxviii.nihilominus executio non retardabitur,ut ti.quot et quib.mod.etc.nu.xxxv.et.xxxvi. 83
Appellationis cauſa ad Romana curia legitime deuoluta contra appellatum proceditur per audientiam literarum contradictarum etiam ad expeditionem negotii principalis.titu.de nullitat.ex defectu iuriſdict.ord.num.xci. 166
Appellationi ab alio interpoſitæ adhærere uolens, debet intra decem dies adhærere.tit.quis poſſ.dicere de nullit.nu.xxvi. 47
Appellatione interpoſita ad Papam, ſi interim Papa moritur, deuoluitur ad ſucceſſorem, et etiam ſede uacante eſt comparendum tit.de nullitate ex defect.iuriſd.ord.nu.xcii. 166
Appellatione deſerta inſtantia perimitur,et ſententia tunc ſuper negotio principali lata eſt nulla.tit.eo.nu.cxvi. 175
Appellatione pendente nihil innouandum:intellige de ualida: ideo illa declarata nulla,uel deſerta attentata eo interim non reuocante.ſ.per uiam attentatorum,ut hic.xlix. cum ſequ.tit. quoties et intra quod temp.etc.num.xlviii. 122
Appellare poteſt quilibet ratione ſui præiudicij et intereſſe, titulo, quis poſſ.dicere de null.num.iiii. 40
Appellare prohibitus non eſt prohibitus dicere de nullitate: quia remoto, uno remedio remanet aliud, ſecundum communem opinionem doctorum.declara ut numero.xxx.titu. eodem numero.xxxiii.et xxxvi. 48
Appellare nõ licet de iure ciuili cauſa mom ẽtaneæ poſſeſſionis,ſed de nullit.dici poteſt.tit.quis poſſ.dice.de null.num.xxxiiii. 49
Appellare quamuis tertio non liceat,licebit tamen pluries dicere de nullit.etiam ꝙ in infinitũ lis protrahatur, ſecundum practicam

de qua hic.tit.Quoties et intra quod temp.nu.iii. 112

Appellari poteſt ab actu ſuo decreto nullo et tũc quis ſit iudex appellationis competens.tit.Coram quo poſſit & debeat nullitas proponi,et quis dicatur iudex competens etc.nu.iiii. 28

Appellari poteſt à ſententia ipſo iure nulla.tit.quot,et quibus modis,nullitas propo.poſ.etc.nu.xvii.pag.l.et tit. quis poſſ. dicere de nullita.numero.xxi. 43

Appellans ſeu de nullitate dicens,uel alias grauatus ad iudicem grauantem remitti non debet.titu. coram quo nullitas poſſit et debeat proponi etc.nume.vi. 28

Arbiter ſuper iniuſtitia laudi aditus poterit nullitatem illius declarare ti.quot et quibus mod.nul.prop.poſſ.nu.xix. 78

Arbiter et arbitrator ſimul ſimpliciter procedens ut arbiter proceſſiſſe intelligitur.tit.de nullita.ex defect.iuriſd.or.nu.clxxiii. 203

Aſſeſſorem uel conſultorem capere, uel non remittitur conſcientiæ iudicantis.titu.eodem numero.cxlviii. 189

Attentata appellatione pẽdente, ſi appellatio deſeritur non reuocantur per remediũ attentatorum, ſed per remedium nullitatis, aut ex offic.ti.quoties et intra quod tẽp.etc.nu.xlix. 122.

Attentata etiam ex mero iudicis officio uſque ad concluſionẽ cauſæ reuocari põt.tit.quot et quib.mod null.pro.poſ.nu.xxiii. 79

Attentata abſque aliquo iuris ordine reuocari poſſunt. titu.eodem nume.xxviii. 80

Attentatorũ cauſa pendente fatalia cauſæ principalis non currunt, intellige ut hic,tit.Quoties et intra quod tẽp.et.c.nu.xiiii. 117

Auditor cameræ apoſtolicæ antiquitus ſolummodo habebat poteſtatẽ in curiales.tit.de null.ex defe.iuriſd.ord.num.ciii. 170

Auditor audientiæ cõtradictarum olim habebat ordinariam iuriſdictionem.tit.de nulli.ex defect.iuriſd.dele.nu.xvi. 223

Auditores Rotæ in loco antiquorũ iudicum qui ſedebant in aula Lateranenſi ſucceſſerũt.ti.de null.ex defect.iuriſ.ord.nu.xlii. 149

Auditores Rotæ in cauſis claris abſque conſilio et uoto coauditorum pronuntiant.tit.eodem num.cl. 190

Auditores Rotæ in Rom.cur.ſunt tanquam ſtelle in firmamento et in cognoſcendo ordinarii,in decidendo delegati reputantur, titu.de nullit.ex defect.iuriſdict.deleg.num.xvi. 223

Auditores Rotæ non ſubdelegãt,nec eorum iuriſdictio prorogatur,titu.eodem num.xviii. 223

Auditores Rotæ aſſerunt ſe habere ſtrictam iuriſdictionẽ, et multa facere ſine ſpeciali mandato recuſant,tit.eo.num.xix. 224

Auditores

Auditores Rotæ ſimul et ſemel in articulo grauaminis puta nullitatis et negotio principali,uel etiam omiſſo grauaminis articulo procedere poſſunt ideo bonum eſt iudicem habere propitiũ, titu.qualit.et quib.mod.ſent.null.rep.poſ.nu.cxxxv. 511
Auditor Rotæ in cognoſcendo ordinarii,in diffiniẽdo delegati habentur:ideo eorum ſentẽtias nullaś reuocare nõ poſſunt,ti.quot et quib.mod.nullitas in iudicio proponi poſsit. nu.xv. 32
Auditores Rotæ habent iuriſdictionem habitu et non actu, et magis ſtrictam quàm alii delegati,tit.quot et quibus modis nullit.in iudi:prop.poſ.nume.xvi. 32
Audientia ſi cui per ſtatutum ſeu iudicem denegetur,efficitur adeo inhabilis ut ſententia pro eo lata ſit ipſo iure nulla, tit. de nullit. ex defect.inhab.ſeu mandatus comparentium.num.lii. 274
Auditorum Rotæ deciſiones tanquã magiſtrales ab aliis iudicibus ſequendę ſunt,ti.de nul.ex defect.iuriſd.dele.num.xx. 224

De litera B.

BANNITVS id eſt extra Rempub. ſuam eiectus, ſi ab imperiali culmine,perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis communis, ſi à ſola ciuitate,perdit ea quæ ſunt iuris illius ciuitatis, retenta poteſtate iuris communis,ti.de nullita.ex defectu.inhab. ſeu mandat.compa num.li. 274
Bannitus captus extra territorium bannientis relaxari debet,tit.de nullit:ex defect.inhab.ſeu man.comp.num.lv. 175
Bannitus excommunicato eſt ſimilis,ideo non poteſt eſſe iudex,ti. de nullit.ex defect.iuriſd.deleg nume.lxv. 236
Bannitus nulliter ſi uigore ſtatuti occidatur, occidens non excuſatur, ſed punitur,prout hic,ti. Quoties, et intra quod tempus &c.numero.xliiii. 121
Beneficii collatio quòd non fuerit facta, probatur per inſpectionem libri,in quo talia regiſtrantur,titu. à quo et quibus modis nullitas proba.poſ.nu.xiiii. 105

De litera C.

CALVMNIA ceſſat, ſi nullitas allegata reſultat ex actis titu.quis poſſ.dicere de nullit.nu.xxviii. 47
Captura ſiue fiat ob cauſam ciuilem, ſiue criminalem, regulariter abſque iudicis decreto fieri non poteſt. fallit prout hic. titulo de nulli.ex defectu cita.numero.xxxiii. 339
Camerarii apoſtolicæ ſedis poteſtas in quo præcipue uerſatur.titu.

de nullit.ex defectu iuriſd.delega.num.x. 220
Captura à procuratore ad id ſpeciale mandatum non habente impetrari non poteſt.ti.eo.nume.xxxiiii. 139
Captura non rite facta, ſi conſtet de debito, uel quòd alias iuſta ſit: cõfirmari debet.tit.Quib.mod.ſenten.& proceſſ.nu.cxxxi. 510
Cardinali uel alij magno officiali.quoad ſuam iuriſdictionem credendum eſt: ſecus quoad alia titu.de nullita. ex defectu. iuriſdi. ordina.nume.xvii. 143
Cardinales in Romana curia præſentis perfectis prætorio, abſentes uero proconſolibus adæquantur : ideo illorum ſententia nullitatibus ſubijciuntur.titu.an quælibet ſenten.per remed.nullitat.impug.poſſ.num.v. 61
Caſſatio habet uim ſententiæ.titu. Quot & quibus modis nullitat. prop.poſſ.num.xliii. 84
Cauſa & ius dicuntur de præſenti inſtantia uero de futuro: ideo procurator datus ad cauſam quã quis eſt habiturus, uerbũ cauſa capitur pro inſtantia.tit.de nullit.ex def.inhabi.nu.lxxxviii. 285
Cauſa ciuilis inter laicos ob defectum iudicum ſecularium, deuoluitur ad cognitionem Eccleſiaſticam.tit.de nullitate ex defectu iuriſdi.ordi.num.lvij. 155
Cauſa feudalis non deuoluitur ad ordinarium, niſi ob negligentiã domini feudi.tit.de nullit.ex defect.iuriſd.ord.num.lix. 155
Cauſa ſuffraganeorum non deuoluitur ad Metropolitanum, niſi per uiam appellationis.titu.eodem uum.lx. 156
Cauſa appellationis à grauamine non deuoluitur ad inuicem ad quem,niſi in euentũ legitimæ appellationis.tit.eod.nu.lxi. 156
Cauſa de partium conſenſu poteſt deuolui ad iudicem ſuperiorem, quãdo iuriſdictio eſt prorogabilis,& nõ alias.ti.eo.nu.lxii. 156
Cauſa grauaminis commiſſa cum negotio principali eſt conditionalis reſpectu negotij,uidelicet ſi pronunciatum fuerit male proceſſum.tit.de nullit.ex defe.iuriſdict.ordina.num.lxv. 157
Cauſa appellationis ad Romanam curiam interpoſita regulariter non deuoluitur, ſed cognitio eſt in partibus committenda titulo eodem.nume.lxvi. 157
Cauſa ſemel in Rom.cur.cõmiſſa propter appoſitionẽ manus Papæ nõ remittitur,niſi ex magna cauſa. tit.eo nu.lxx. 159
Cauſa ſemel in palatio commiſſa non extrahitur per rationem de qua hic.titu.eod.num.lxxi. 159
Cauſa appellationis à grauamine ad Papam interpoſita,& à iudice uel à parte approbata deuoluit ob huiuſmodi multũ conſenſum

etiam

etiam tacitum.tit.de nullit.ex defe.iuriſd. ord.nu.lxxiii. 159
Cauſa deuoluitur etiam quod appellatio fuerit nulla & nulliter interpoſita, ſi modo fuerit à iudice uel à parte approbata. titulo, eodem numero.lxxv. 161
Cauſa appellationis à diffinitiua interpoſitæ ad Papam, totum deuoluit.eo.tit.num.lxxvii. 161
Cauſa ex ſpeciali mandato Papæ in curia commiſſa dicitur deuoluta.titu.eodem num.lxxxi. 162
Cauſa cenſetur ad curiam deuoluta,quando partes in ea ſunt præſentes.tit.de nullit.ex defect.iuriſdict.ord.nu.lxxxiiii. 163
Cauſa propria quomodo intelligitur.ti.eo.nu.xciii. 166
Cauſa in propria nemo ſententiam dicere poteſt, et ſi dixerit, eſt nulla.ti.eod num.xciiii. 166
Cauſa in totum principi remiſſa, poſtquam illi fuerint præſentata, tollit omnem poteſtatem iudici remittenti.ti.eo.nu.cxliiii. 188
Cauſa ſemel effecta ſummaria in quacunque inſtantia ſummaria reputatur.ti.de nullit.ex defect proceſſ.num.lviii. 412
Cauſa ſimpliciter commiſſa intelligitur commiſſa ciuiliter et criminaliter et tam reſpectu proprietatis quàm poſſeſſorij: et tum quoad cognitionem quam diffinitionem: et cum omnibus ſuis incidentibus et dependentibus:uide hic exempla tit.quibus modis ſenten.et proceſſ.numero.lxviii. 480
Cauſæ requirentes ſpeciale mandatum remisſiue.tit. de nullitat.ex defectu inhabi.ſeu mandati compara.num.xc. 286
Cauſæ criminales non comprehenduntur in mandato generali.eodem titu.nume.xcii. 286
Cauſæ beneficiales ſub generali mandato includuntur. titu. eodem num.xciii. 286
Cauſæ maiores beneficiales,ac ſpirituales de ſui natura de facili ad curiam deuoluuntur.tit.de null.ex def.iuriſd.ord.nu.lxvii. 158
Cauſæ clericorum ac perſonarum eccleſiaſticarum, ac laicorum temporali iuriſdictioni eccleſiæ ſuppoſitorum de facili ad curiam deuoluuntur.titulo eodem.num. 158
Cauſæ appellationum à grauamine in curia commiſſæ deuoluunt totum negotium principale, etiam quòd appareat male pronunciatum.ti.eodem.num.lxix. 159
Cauſæ in Romana cur.committi ſolitæ quæ ſint.titu. de nullitat. ex defectu iuriſdict.ord.nu.lxxxiii. 163
Cauſæ cognitionis ſedis Apoſtolicæ reſeruatæ.ti.eo.nu.xcviii. 168
Cauſæ ab ordinarijs ac etiã ſecularibus iudicibus cognoſcẽdę cleri-

cis committi poſſunt.tit. de null.ex def.iuriſd.del.nu.lxviii. 237

Cauſæ Guardianis ſeu miniſtris fratrum minorum, ac prioribus mendicantium, et ſimilibus à ſede Apoſtolica committi poſſunt.titu.eodem num.lxxx. 239

Cauſæ habentibus ſimplices adminiſtrationes, et officia Eccleſiaſtica, prout ſacriſtæ, cuſtodes, camerarij, theſaurarij, et ſimiles committi non poſſunt.tit.eodem num.lxxxi. 240

Cauſæ monacho, adminiſtrationem in cathedrali Eccleſia habenti committi poſſunt.titu.eodem.num.lxxxii. 240

